
3 1761 04133 2933

BIBLIOTHÈQUE HISTORIQUE DU LANGUEDOC

ÉTUDES ET DOCUMENTS SUR L'HISTOIRE RELIGIEUSE, ÉCONOMIQUE ET SOCIALE DU LANGUEDOC AU MOYEN-AGE

PUBLIÉS PAR


M. JEAN GUIRAUD

PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ DE BESANÇON

CARTULAIRE

DE

NOTRE-DAME DE PROUILLE



PRÉCÉDÉ D'UNE ÉTUDE SUR

L'ALBIGÉISME LANGUEDOCIEN AUX XIIe & XIIIe SIÈCLES

TOME II

PARIS
ALPHONSE PICARD ET FILS, ÉDITEURS
82, Rue Bonaparte
1907

BIBLIOTHÈQUE HISTORIQUE DU LANGUEDOC

ÉTUDES ET DOCUMENTS

SUR

L'HISTOIRE RELIGIEUSE, ÉCONOMIQUE ET SOCIALE


DU LANGUEDOC

AU MOYEN-AGE

PUBLIÉS PAR

M. JEAN GUIRAUD

PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ DE BESANÇON



PARIS
ALPHONSE PICARD ET FILS, ÉDITEURS
82, Rue Bonaparte
1907

CARTULAIRE
DE NOTRE-DAME DE PROUILLE

TOME II

SUIVI D'UNE TABLE ET D'INDEX

Edition de 300 Exemplaires

N° ______

BIBLIOTHÈQUE HISTORIQUE DU LANGUEDOC

Cette collection sur l'histoire religieuse, économique et sociale du Languedoc au Moyen-Age, comprendra les publications suivantes :

I. — **Cartulaire de Notre-Dame de Prouille**, précédé d'une Etude sur l'**Albigéisme languedocien aux XIIe et XIIIe siècles** et suivi de tables et d'index. — 2 vol. in-4° .... **50 fr.**

II. — **Visite du Monastère de Prouille (1340)** précédé d'une Etude sur **le Monastère de Prouille au Moyen-Age**. — 1 vol in.-4° .... **25 fr.**

(Paraîtra en 1907)

Ces trois volumes ne se vendent pas séparément ; les souscripteurs des deux premiers s'engagent à retirer le troisième à sa publication.

III. — **Inventaires Narbonnais du XIVe siècle,** précédés d'une Etude sur **le Mobilier languedocien au Moyen-Age**, et suivis d'un glossaire. — 1 vol.in-8°.................... **10 fr.**

(Paraîtra en 1907)

EN PRÉPARATION :

IV. — **Comptes de construction de navires de guerre au XIVe siècle,** précédés d'une Etude sur l'**Arsenal maritime de Narbonne en 1319**. — 1 vol in-4°..............

V. — **Comptes de gestion des domaines archiépiscopaux d'Alaigne et de Quillan au XIVe siècle,** précédés d'une Etude sur **la Vie rurale en Languedoc au Moyen-Age**.— 3 vol. in-4°..

VI. — **Bullaire des provinces de Narbonne et de Toulouse,** depuis les origines jusqu'à la fin du grand schisme (1417) précédé d'une Etude sur **la Vie religieuse du Languedoc au Moyen-Age**..



V. ACTES DE PROFESSION ET DE *DONATION*[1]

234 Prouille, 15 août 1207.

Ermengarde Godoline et son mari, Sans Gasc, se donnent à Prouille et lui abandonnent leur maison de Villasavary et leurs biens meubles et immeubles. Vilar et son frère Galard les affranchissent, ne se réservant que quelques redevances bien précises sur leurs biens.

Notum sit omnibus hominibus quod ego, Ermengards Godolina, et vir meus, Sancius Gascus, bono animo et gratuita voluntate, damus et laudamus nosmetipsos et omnia nostra Domino Deo et Beatae Mariae et omnibus sanctis Dei et sanctae Praedicationi et domino Dominico de Osma et omnibus fratribus et sororibus qui hodie sunt, vel in futuro erunt; et damus nostram domum quam habemus et tenemus in castro Vilarii, cum omnibus aedificiis suis; et affrontat se ab oriente in domum Petri Martelli, ab occidente in locali Raimundi Capeleti et de Bernardo Arnaudo, ab aquilone in domibus de Brediciis. Et damus similiter nostrum ortum quod habemus et tenemus a Poncio Humberto in decimario S. Petri terrae Caplatae, et affrontat se ab oriente in via, a meridie in ipsa haereditate in aqua, ab aquilone similiter; et damus simul alia omnia nostra mobilia et immobilia, ubicumque habeamus et teneamus.

Ego, Vilarius, et frater meus Galardus, nos simul, per nos et per omnem nostram posteritatem, laudamus et concedimus Domino Deo et sanctae Praedicationi praedictam domum, jure nostro salvo, scilicet nostro servicio IIII^or denariorum, et affrancamus jamdictam Ermengard et viro suo Sancio [*sic*] et omnes alios de Pictam Villam qui ad sanctam Praedicationem donaverunt. De annona et de caseos, et de ova, et de palea et de vinitis et de boves et de omnia alia, servicia retinemus.

Facta carta ista, mense augusti, feria quarta, luna XI, regnante Philippo rege, anno ab Incarnatione Domini M°CC°VII°.

---

1. Nous désignons ici, par ce mot, les professions des *donats*.

Testes hujus rei sunt : Hugonus de Rivo et W. Isarnus de Prolano et Bernardus Raimundus et Raimundus Magister et Petrus Sadia et En Quatre. W. de Ollisfractis scripsit.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 3.
Imprimé : Balme, *Cartul. de S. Dominique*, t. I, p. 161.

235 Prouille, avril 1212.

Arnaud Marty se donne au monastère de Prouille avec sa femme, son fils, ses biens meubles et immeubles, promettant pour l'usufruit de ses terres, de payer au couvent un cens annuel de 12 deniers melgoriens, le jour de Pâques.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus quod ego, Arnaldus Martini, motus amore Dei et Beate Marie, bono et libentissimo animo et pro redemtione anime mee, dono meipsum et meam uxorem et filium nostrum, Arnaldum, qui ad hec fuerunt et dederunt, sicut ego, Sancte Marie de Prolano et loco ipsius et abacie et domino Dominico Oxomensis (*sic*) canonico et cunctis fratribus et sororibus presentibus et futuris, ibi Deo et Sancte Marie et monasterio de Prolano servientibus, et omnia bona nostra mobilia et immobilia que habemus et habebimus, et facimus inde homines et fratres, ut rogent Deum et Sanctam Mariam pro nobis et colligant nos in suis benefactis et orationibus, et manuteneant nos et custodiant, et omnia bona nostra mobilia et immobilia que habemus et habebimus ut suos (*sic*) homines et fratres, et pro badlia dabimus dabimus [*sic*] ibi xii denarios melgoriensium, annuatim, in festo Pasche, in perpetuum, quos laudamus et damus habere super vineam *de lo Cinal* quam tenemus de Prolano, que affrontat se ab altano in vinea Petri Canal, et ex meridie in via, et a circio in via, et ab aquilone in terra Petri Martini de Mont Cadeira et quisque nostrum dabit ibi v solidos melgorensium, in fine suo, pro Dei amore et pura elemosina.

Testes hujus rei sunt : Isarnus Bola, Raines de Fenoleto, Arnaldus Astrugs, Faniaus, Guillelmus de Monredon. Facta carta ista mense aprilis, feria vi^a, anno ab Incarnatione Christi M°CC°XII°, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

Original : Arch. de l'Ordre à Rome.
Imprimé : Balme, *Cartulaire de S. Dominique*, t. I, p. 295.

236 Prouille, 7 mai 1212.

Bernard Catolica de Barsa se donne au monastère de Prouille avec ses fils et ses biens, et promet de payer au couvent un cens annuel de 2 sous melgoriens, le jour de la Toussaint.

Notum sit omnibus hoc audientibus quod ego, Bernardus Catolica de Barssa, motus amore Dei et Beatae Mariae, bono animo ac libentissimo, ac pro redemptione animae meae, dono meipsum et meos filios, Petrum et Bernardum, Sanctae Mariae de Prolano, et loco ipsius, et abbatiae et tibi domino, Dominico Oxomensis (*sic*) canonico; et misi manus nostras inter vestras, genuflexo, osculando; et dono meipsum et filios meos predictos et omnia bona nostra, mobilia et immobilia, fratribus et sororibus, praesentibus et futuris, et abbatiae

Sanctae Mariae de Prolano; et facimus hominium ibi et fratres facimus inde similiter, ut rogent Deum et Sanctam Mariam pro nobis et colligant nos in suis benefactis et orationibus. Et nos, pro servicio, dabimus ibi annuatim, in perpetuum, duos solidos melgorienses pro nobis et pro nostris bonis mobilibus et immobilibus, in festo Omnium Sanctorum; et quando habitum recipere voluero, dabo ibi, mecum, centum solidos melgorienses pura eleemosyna, ut Deus dimittat mihi omnia peccata mea.

Et ego, Dominicus, canonicus Oxomensis, per nos et abbatiam Sanctae Mariae de Prolano et per omnes fratres et sorores, presentes et futuros, inde recipio te, Bernardum Catolica de Barssa, per fratrem et per hominem et filios tuos, Petrum et Bernardum, et omnia bona vestra, mobilia et immobilia, praesentia et futura; et manutenebimus et custodiemus vos et omnia vestra bona, Deo annuente, pro posse nostro, bona fide, et colligimus vos in benefactis et orationibus nostris et abbatiae Sanctae Mariae de Prolano.

Testes hujus rei sunt: Usalguerius de Fenoleto et frater ejus Raines, et Guillelmus Faber de Faris et Poncius Rozaudi, et Bernardus Augerii. Facta carta ista, nonas maii, feria II[a], anno ab incarnatione Domini MCCXII, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

COPIE : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 7.
IMPRIMÉ : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 308.

237 23 avril 1230.

Pons Estève et sa femme, Catalana, se font donats au monastère de Prouille, et lui donnent tous leurs biens.

Notum sit quod Poncius Stephanus et ejus uxor, Catalana, eorum sponte, dederunt et concesserunt se ipsos, scilicet animas suas et corpora sua Domino Deo et beate et gloriose Virgini Marie, matri sue, et fratri Ramundo Catalano, priori domus Prolyani, et omnibus ejus successoribus et omni conventui ejusdem domus, presenti atque futuro; et dederunt et concesserunt, eorum sponte, prefatus Poncius Stephanus et ejus uxor Catalana, prefato fratri Raimundo Catalano, priori domus Prolyani, et omnibus ejus successoribus et toti conventui ejusdem domus, presenti scilicet atque futuro, in bona et vera et firma et perpetua helemosina, omnes suos honores et omnia jura sua et bona mobilia et immobilia, que ipse Poncius Stephanus et ejus uxor Catalana habebant, nec tenebant [*sic*] nec habere aut tenere ullo modo debebant, quocumque sint aut ubicumque sint ullo modo, pro omni eorum voluntate inde facienda, sine omni retentu, quem ibi nullo modo fecerunt nec retinuerunt, promittentes eis idem Poncius Stephanus et ejus uxor Catalana hobedientiam fidelitatis.

Hoc ita facto et posito, ibidem prefatus frater, Ramundus Catalanus, prior supradicte domus Prolyani, pro se et pro omnibus successoribus suis et pro omni conventu ejusdem domus, pro presenti atque futuro, recepit dictum Poncium Stephanum per donatum et per fratrem ejusdem domus, et prefatam dominam Catalanam, ejus uxorem, per donatam et per sororem ejusdem domus et per participes omnium spiritualium et corporalium bonorum, que de cetero fient vel in dicta domo vel in ordine domus Prolyani, secundum formam ordinis, sicut unum et sicut unam de fratribus et de sororibus domus Prolyani; et ibidem, prenomina-

tus frater Ramundus Catalanus, prior, pro se et omnibus successoribus suis prefate domus Prolyani et pro omni conventu ejusdem domus, pro presenti atque futuro, commendavit prefato Poncio Stephano et ejus uxori Catalane omnes honores et jura et bona, mobilia et immobilia, que domus Prolyani habet vel possidet, vel habere aut possidere debet, aut aliquis vel aliqua, pro prefata domo Prolyani, intus Tolosam et extra, scilicet in alodio et in territorio et in decimario Tolose et in pertinentiis Tolose, et posuit inde, de toto, eumdem Poncium Stephanum et ejus uxorem Catalanam, procuratores et bailieros et potentes et majores, omnibus diebus eorum vite, et quod inde habeant omnia eorum necessaria, bona fide, victus et vestitus, secundum ordinis formam, et percipiant inde et bailiscant omnes redditus et explectas et jura, et teneant illa bene et fideliter, ad honorem Dei et utilitatem prefate domus Prolyani; et mandavit et convenit eis prefatus prior quod de supradictis non auferet eis possessionem nec majoriam, ullo modo, pro majori vel meliori nec pro sapientiori, dum in isto bene et fideliter se habuerint. Tamen, si pro his predictis, inter ipsos aliqua oriebatur dissentio, et videbatur priori necnon conventui domus Prolyani quod predictus Poncius Stephanus vel ejus uxor Catalana super predicta procuratione et bailia legaliter et fideliter non se haberent, sive esset inimicicia aut invidia aut qualibet alia occasione interveniente, prior domus Prolyani et conventus et idem Poncius Stephanus et ejus uxor Catalana debent inde de toto stare cognitioni et mandato prioris domus Predicationis Tholose et majoris domus fratrum Minorum Tolose.

Item, si Poncius Stephanus predictus morietur antequam uxor ejus Catalana, deinde ipsa Catalana, in quacumque hora voluerit, ingrediatur in domum Prolyani et induat se habitum monachalem, commoratura ibi monacha cum aliis monialibus, omnibus diebus vite sue, secundum ordinis formam. Tamen, si predicta Catalana moriebatur antequam Poncius Stephanus vir ejus, deinde ipse Poncius Stephanus, in quacumque hora voluerit, ingrediatur domum de Prolyano et accipiat habitum, sicut unus ex fratribus domus, manendo ibi omnibus diebus vite sue, sicut unus ex aliis fratribus ejusdem domus, secundum ordinis formam. Nam ita hec omnia, ut melius prescripta sint, mandavit firmiter et convenit eis prefatus frater Ramundus Catalanus, prior domus predicte Prolyani, pro se et pro omnibus successoribus suis et pro omni conventu ejusdem domus, pro presenti atque futuro, totum firmo pacto.

Item, hec omnia, ut melius suprascripta sint, laudaverunt et concesserunt fratres predicte domus Prolyani, scilicet frater Natalis, et frater Sancius, et frater Petrus Umbertus, et frater Willelmus de Agrifolio, pro se et pro omnibus aliis fratribus ejusdem domus, pro presentibus atque futuris, et domina Emperia, priorissa ejusdem domus, et domina Maria subpriorissa, et domina Uga Berengaria, et domina Ramunda, que fuit uxor Thome de Inter-ambis-aquis, et domina Blanqua, moniales ejusdem loci, pro se et omnibus aliis monialibus, pro presentibus atque futuris, et etiam confirmaverunt omnia supradicta et voluerunt quod ita haberentur et tenerentur inviolabiliter et observarentur, sicuti melius prefatus frater Ramundus Catalanus, prior domus Prolyani, superius laudaverat et concesserat illa. Nam ita hec omnia, ut melius prescripta sint, omnes supradicti fratres et omnes supradicte moniales, pro se ipsis et pro omni conventu fratrum et monialium predicte domus Prolyani, pro presenti atque futuro, laudaverunt et concesserunt, et ita fieri voluerunt.

Hoc fuit ita positum VIII die exitus aprilis, feria III, regnante Lodoyco, Francorum rege, et Ramundo Tolosano comite, et Fulcone episcopo, anno ab incarnatione Domini M°CC°XXX°.

De dono et receptione prefati Poncii Stephani et ejus uxoris Catalane, et de omnibus his que posita et concessa fuerunt inter ipsos et prefatum fratrem Ramundum Catalanum, priorem domus Prolyani, ex utraque parte, sunt testes frater Johannes, prior domus Predicationis Tolose, et frater Arnaldus Parirus, et frater Willelmus, coquinarius ejusdem domus, et frater Danyel, de ordine Minorum, et frater Marchus de Aquilea, ejusdem ordinis. Sunt etiam inde testes Arnaldus Sancius, regularis, et Willelmus Amelius Cervunerius, et de concessione et laudamento prefati fratris Natalis et aliorum fratrum supradictorum et prefate domine Emperie, priorisse, et predictarum omnium monacharum sunt testes et de confirmatione eorumdem suprascripta, supradictus Willelmus Amelius Cervunerius et Petrus Stephanus, sartor, et Poncius Stephanus, qui ad hec omnia supradicta fuit presens et de toto est testis et cartam istam scripsit.

Idem Poncius Stephanus transtulit cartam istam de alia quam ipsemet scripserat, eadem ratione et eisdem verbis, mense junii, feria IIII, regnante Lodoyco, Francorum rege, et Ramundo Tolosano comite, et Ramundo episcopo, anno ab incarnatione Domini M°CC°XXX°III°. Hujus facti translati sunt testes Petrus de Nemore et Vitalis Willelmi, notarii publici, idem Poncius Stephanus, qui hec scripsit. Ego, Petrus de Nemore, subscripsi. Ego, Vitalis Willelmi, subscripsi.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 331.

238 Avant 1240.

Le couvent de Prouille expose aux enquêteurs royaux de 1262 que lorsque Pampalona [1] se fit religieuse à Prouille, elle apporta au monastère la possession de deux champs à Alzonne, qui furent dans la suite injustement confisqués par Bertrand de Villeneuve, faidit, et par les gens du roi.

Nobili viro, domino Petro de Autolio, militi, Carcassone et Biterris senescallo, magistri Henricus de Virziliacho, Nicolaus de Cathalaunis et Petrus de Vicinis, clerici inquisitores deputati ab illustrissimo domino, rege Francie, in partibus Albigesii, super injuriis et emendis ipsius domini regis, salutem [2]. Sorores Pruliani significant quod Pampalona, mulier de Alsona, quando dedit se pro monacha et recepit habitum domus Sancte Marie de Proliano, dedit tunc dicte domui et sororibus ejusdem domus duos campos suos, quos habebat in terminio de Alsona, pro omni voluntate earum facienda in perpetuum, pro anima sua et parentuum suorum; quorum unus vocatur *de Granolieiras* et affrontatur, ex una parte, in via, ex altera in Reco Veteri, ex altera in condamina dicte domus que fuit quondam vicecomitis, ex altano in camino discurrente de Carcassona ad Tolosam; alter vero campus qui est *ad Merdans*, affrontatur, ex una parte, in reco de Merdans, et ex alia parte in via, et ex alia in hereditate Petri Rogerii, filie dicte Pampalone. Quos campos dicte sorores diu habuerunt et tenuerunt ratione predicta, donec B. de Villanova, qui habebat agrerium in dictis campis, faidivit se, in quo faidimento dissaisivit dictas sorores de dictis campis, sine audientia, pro

---

1. Cette adresse se trouve à la page 158.
2. La profession de Pampalona était antérieure à 1240, puisque les biens qu'elle apporta à cette occasion au monastère furent occupés par les gens du roi à la suite de l'expédition de Jean de Beaumont, qui eut lieu en 1240.

cujus faidimento gentes domini regis, post adventum domini J. de Bellomonte, bona et jura dicti Bertrandi ad manum domini regis posuerunt, cum quibus bonis campos supradictos occupaverunt; et adhuc dominus rex ipsos campos tenet ad manum suam.

Imprimé : dom Vaissète, *Hist. du Languedoc* (éd Molinier), t. VII, p. 257.

239 Novembre 1241.

Guillaume Barrau, clerc de Limoux, se fait donat au monastère de Prouille; il lui abandonne ses biens, mais s'en réserve l'usufruit, sa vie durant.

In nomine Domini, [anno] ab incarnatione ejus M°CC°XLI°, ego, Guillelmus Barravi de Limoso, clericus, non vi vel metu ad hoc adductus nec aliqua deceptione deceptus, sed bono animo et spontanea voluntate, dono meipsum et corpus meum trado et omnia bona mea, mobilia et immobilia, que modo habeo vel in futuro habuero aut habeo vel habere debebo, Domino Deo et B. Marie de Pruliano, et omnibus monachabus, et fratribus et priori ejusdem loci, ut semper habeant atque de cetero possideant et in perpetuum teneant, sine omni contradictu; sed tamen usumfructum mearum rerum michi retineo in vita mea, ad sustentationem mei corporis; ex omnibus vero aliis meis bonis plenam et integram possessionem eis trado. Post mortem vero meam, si quid de fructibus inde perceptis superfuerit vobis, remaneat in vita et in morte. Ex omnibus vero meis que modo habeo aut habere debeo, aut homo vel femina per me habet aut habere vel tenere debet, me spolio et vos investio ut de cetero omne consilium et omnis dominatio in vos transferatur, et ad omnem voluntatem vestram faciendam, in vos transmittatur, preter usumfructum quem michi retineo, sicut superius scriptum est; et si aliquis homo vel femina aliquid vobis amparaverit seu abstulerit, ego et mei successores erimus vobis boni guirentes, sine omni vestro et vestrorum inganno.

Testes hujus rei sunt: frater Guillelmus Sancius sacerdos, frater Bertrandus sacerdos, Michael sacerdos, Guillelmus Copels capellanus, frater Petrus de Alsona, frater Guillelmus Cosiner, frater Petrus Ymbertus, Raimundus Radulfus, qui vocatur *Rex*. Facta carta ista mense novembris, feria III, regnante Lodoyco rege Francorum. Petrus Martinus, de Fanojovis, scripsit mandato Raimundi de Vilario, capellani de Fanojovis.

Original : Archives de l'Aude, H, 348.

240 Montpellier, le 25 mai 1247.

Raimond du Vilar, chapelain de Fanjeaux, avec le consentement de frère Raimond du Fauga, évêque de Toulouse, se fait donat à Prouille et lui abandonne tous ses biens.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod ego, Raimundus de Vilario, capellanus de Fanojovis, de licencia et assensu venerabilis patris R., Dei gratia episcopi Tholosani, mea bona ac spontanea voluntate, non coactus nec deceptus ab aliquo, dono et confero omnia bona mea, mobilia et immobilia, presentia et futura, Domino Deo et B. Marie de Prolano et meipsum et priori et sororibus et domui ejusdem loci, et hec

omnia post mortem meam, pro omni voluntate sua inde facienda, sine omni retentione, quam ibi non facio, renuncians omni exceptioni, que michi contra donationem istam de jure vel de consuetudine competere posset, promittens quod nunquam contraveniam nec per me nec per alium, volens etiam quod, si in presenti instrumento vel in ipsa etiam donatione, aliquid dubitabile incurreret, fiat interpretatio pro utilitate domus superius nominate. In cujus rei testimonium, presentes litteras duxi sigilli mei munimine roborandas.

Et nos, supradictus episcopus, ad instantiam dicti capellani, ut presens donatio valeat, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Omnia autem predicta acta sunt in presentia et testimonio fratris Helie de Bragairac, lectoris in Montepessulano, fratris Raimundi de Fuxo, prioris Tholosani Predicatorum, Vitalis Aurioli, canonici et prioris Tholosane ecclesie B. Stephani, Willelmi Ysarni archipresbiteri de Rivis, Tholosane diocesis, Arnaldi Poiada, burgensis Caturcensis, Michaelis, notarii dicti domini episcopi, qui de precepto ejusdem capellani, presentes litteras scripsit. Acta sunt hec in Montepessulano, VIII kalendas junii, anno Domini M°CC°XL° septimo.

(Sceau en cire de l'évêque de Toulouse, retenu par un cordon jaune.)
(Place du sceau du chapelain, qui manque.)

ORIGINAL : Archives du Vatican. *Instrumenta miscellanea*, (996-1249.)

241 Avant 1248.

Les religieuses de Prouille exposent aux enquêteurs royaux de 1262 qu'en faisant profession religieuse chez elles[1], Cavaers, châtelaine de Fanjeaux, avait donné au couvent ses biens de Caillau et le tiers de la justice de ce pays; mais que les gens du roi s'en étaient emparés injustement. Les enquêteurs en ordonnent la restitution partielle.

(Même adresse qu'au n° 238.)

— Item, significaverunt (dicte religiose) quod cum domina Cavaiers, de Fanojovis, intrasset monasterium de Proliano et assumpsisset habitum earum, dicta domina dedit predicte domui et sororibus ejusdem domus, pro redemptione anime sue, bona et jura que habebat vel habere debebat aliquo modo in castro de Callavo et in ejus terminiis, pertinentiis et adjacentiis, et tunc dicta domina Cavaiers habebat et tenebat omnia jura sua, exceptis justitiis et talliis hominum suorum, de quibus injuste ballivi domini regis ipsam dissaisiverant. Post donum vero factum, ballivi domini regis predictum monasterium de Proliano de tertia parte deveti vini de Callavo et de tertia parte calvagii ejusdem castri et de adempriis bestiarii hominum suorum spoliarunt, que omnia tenet dominus rex ad manum suam. Et omnia ea supradicta, de quibus fuerunt injuste spoliate, cum tertia parte justitiarum de Callavo, que fuerunt predicte domine Cavaiers et de quibus fuit injuste spoliata per gentes domini regis, que pertinent ad dictum monasterium, ratione doni predicti, petunt sibi reddi et restitui cum fructibus inde perceptis.

Nos autem, visa petitione earum et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostre, in omnibus et singulis articulis, predictas sorores invenimus esse restituendas, fructibus perceptis, justitiis et talliis

1. La profession religieuse de Cavaers eut lieu avant 1248, puisque sa mort se place aux alentours de cette année.

hominum quos domina Cavaiers habebat in villa de Callavo, dumtaxat exceptis, que justitie et tallie fuerunt occupate tempore comitis Montisfortis et eas tenuit rex postmodum vel alius pro eodem. Unde, vobis mandamus auctoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus cetera que petuntur, si rex tenet, restituatis domino eisdem, salvo regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipsis in possessione nihilominus remansuris donec succubuerint, si contingat, mandantes de extraneis possessoribus, si qui fuerint, maturam justitiam exhiberi, non obstante si, ex dono domini regis, habere se dicant post donum factum monialibus supradictis, cum dominus rex pro negotio presentis inquisitionis aperto responso declaraverit, quod bona et jura ecclesiarum dare non poterat nec volebat. Si qui vero fuerint qui aliqua de premissis, ante donum factum ipsis monialibus, habuerint sibi data a domino rege in assisia nominatim vel etiam computata, pro rata datorum in assisia cum possessore vel cum ipsis sororibus, prout melius poteritis, componatis. Ceterum, caveatis pro illis de quibus constiterit quod a domino rege in feudum tenentur vel teneri debeant, si sit terre consuetudo que prodesse domino regi et obstare debeat sororibus suprascriptis, ex eo quod feudum pro anima judicari (*sic*) vel in manum mortuam transire non possit. Datum anno Domini M°CC°LX° mense aprili.

Imprimé : dom Vaissète, *Histoire du Languedoc* (éd. Molinier), t. VII. Enquêteurs royaux, p. 257 (d'après le ms. latin 5954[a], p. 184, de la Bibliothèque Nationale).

242 Prouille, le 4 août 1256.

Guillaume Monredon, en considération de son père Ortiguers, se fait donat à Prouille; il reçoit du couvent l'usufruit de la maison qu'a laissé au monastère Guillaume Barrau, hors les murs de Limoux.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione ejus M°CC°L sexto, ego, Guillelmus Arnaldi, dictus *Monredon*, filius quondam Arnaldi Ortiguerii et Aladaicis, uxoris ejus, ipsorum desiderium, saltem in provecta hetate, implere desiderans, quo me ipsi, B. Marie de Pruliano monasterium intrantes, voluerunt et optaverunt similiter intrare cum vellent desiderio hujusmodi in manu beati Dominici, qui eos recepit, expresso pariterque concesso, dono me ipsum et omnia bona et jura mea que habeo et in presenti, et que in futurum, donante Domino, contigerit me habere, Deo [1] et B. Marie tibique, fratri Raymundo, monasterii ejusdem priori, et recipienti nomine sororis Dominice, priorisse, et conventus monasterii sepedicti, astringens me in tuis manibus voto et professioni sollempni, ut in ipso monasterio vel ejus loco aliquo, juxta tuam vel alterius prioris, successoris tui, ordinationem, in victu et habitu clericali conversatus oneste, non utique artatus in hujusmodi ad constitutiones sororum vel fratrum, ad vite quorum altitudinem adhuc mea fragilitas non ascendit, tibi et successoribus tuis prioribus existam usque ad mortem hobediens.

Et ego, frater Raymundus, dictus prior monasterii supradicti, te, Guillelmum Arnaldi, qui vulgariter diceris *Monrotundus*, in donatum, secundum modum supradictum, recipiens, tibi cunctorum dicti monasterii bonorum spiritualium simulque temporalium participationem concedo, assignans tibi pariter, pro vestitu

---

1. Ce mot est répété deux fois dans l'original.

memorato, dum vivere in statu clericali vel tali volueris, usum possessionum et reddituum omnium que frater noster, quondam Guillelmus Barravi, notarius de Limoso, extra villam dictam, ultra fluvium Atacis, monasterio memorato vivens donavit moriensque reliquit, retenta eidem monasterio necessaria, specialiter rodoria, quam dictus frater noster Guillelmus Barravi plantavit fecitque plantare. Acta sunt hec predicta in ecclesia B. Marie de Pruliano, IIII nonas augusti, in presentia pronominate priorisse conventusque loci ejusdem et fratrum Pauli Guillelmi de Mesino, Petri Duranti, Petri Bazatensis, Johannis de S. Guillelmo clericorum, et fratrum Bartholomei, Guillelmi Chatberti, Arnaldi Baronis, Guillelmi de Podio, Raimundi Fureti, Petri de Petragoricis, Bernardi Catalani, Guillelmi de Valeta, Guillelmi Sicredi, Guillelmi Escobilionis et Arnaldi Tibela laycorum, aprobancium et confirmancium omnia suprascripta; et mei, Petri Martini, notarii publici domini mei Alfonsi, comitis Tholose, in castro Fanijovis, qui hanc cartam scripsi et signum ibi meum aposui, regnante Lodoyco, rege Francorum. (*signet.*)

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 331.

243 19 juin 1264.

Pons du Vilar se fait donat à Prouille et abandonne au couvent la propriété de tous ses biens, tout en s'en réservant l'usufruit. Il excepte de cette donation ses biens de Vilar-en-Razès et de Brugairoles et 100 sous tournois qui, après sa mort, feront retour à son fils Bernard Raymond.

Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, rege Ludovico regnante, decimo tertio kalendas julii, notum sit omnibus hominibus hec audientibus, quod ego, Pontius de Vilario, domicellus, amore Dei et intuitu pietatis, gratis et deliberato consilio, dono et offero me ipsum in donatum monasterio Beate Marie de Pruliano et vobis, fratri Arnaldo, priori dicti monasterii, et conventui dicti monasterii, presenti et futuro, nomine suo et conventus dicti monasterii recipienti, promittens obedientiam vobis, fratri Arnaldo, priori antedicto, et successoribus vestris in dicto monasterio comorantibus.

Item, proviso animo, in remissione[m] omnium meorum peccatorum et intuitu pietatis, dono, et perfecte, mere ac simplicis et irrevocabilis donationis titulo inter vivos facte, concedo sorori Marie de Conchis, priorisse prefati monasterii, et conventui ejusdem monasterii, presenti et futuro, omnia bona mea et jura mobilia et immobilia vel per se moventia, quecumque sint et ubicumque, et vobis, fratri Arnaldo, priori antedicto, nomine dicte priorisse et dicti conventus recipienti; que bona et jura michi pertinent vel pertinere debent aliquo jure vel aliqua ratione, quecumque sint et ubicumque, sicut superius est notatum; retineo tamen michi usumfructum, dum stetero in seculo, de bonis supradictis.

Item, retineo et excipio de bonis meis supradictis, ad opus filii mei, Bernardi Raymundi, quidquid juris habeo et habere debeo in villa de Brugairollis, et in villa de Vilario in Reddensi et eorum pertinentiis, et centum solidos tholos., post mortem meam, ad omnem suam voluntatem perpetuo faciendam. Omnia vero alia bona mea et jura mobilia et immobilia vel per se moventia, presentia et futura, que mihi pertinent et pertinere debent, aliquo jure vel aliqua ratione vel voce, quecumque sint et ubicumque, dono antedictis priorisse et conventui, et vobis, fratri Arnaldo, priori supradicto, nomine ipsarum recipienti, sicut superius

est expressum; et vos, dictum fratrem Arnaldum, priorem predictum, de bonis et juribus antedictis, nomine quo supra, recipientem, in possessionem juris et facti vos mitto et induco, et promitto vobis, bona fide, nunquam per me vel per alium contra predictam donationem venire vel venire permittere.

Item, scienter et consulte, ne predicta donatio possit imposterum aliquatenus enervari, renuncio illi legi, que dicit donationem excedentem summam quingentorum solidorum vel aureorum, sine actis insinuatione, posse recindi, et specialiter illi legi de revocandis donationibus in codice, que incipit *generaliter*, et omnibus aliis legibus, generalibus et specialibus, quibus donatio facta potest quocumque pretextu recindi, et omni alii juris auxilio, et specialiter illi legi de revocandis donationibus codicis, de collationibus, *si donationem*, et ei similibus, et omnibus aliis que vitiare possent hanc prefatam donationem. Hujus rei sunt testes fratres clerici : Petrus de Basaz subprior, Guiraldus de Burgo, Pontius de Rivis, Guillelmus de Mesino, Petrus Barravi; fratres layci : Guiraldus de Podio, Raymundus Fureti, et Johannes Eguezerius, notarius castri Fanijovis, Ramundus Augerii, Ramundus Arnaldi Giboleus et ego, Guillelmus de Serinhano, publicus notarius in dicto castro Fanijovis, pro illustri domino Alfonso, comite Tholose, qui hanc cartam scripsi, et signum meum apposui. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.
Copie : Bibl. Nat., coll. Doat, t. 98, f° 133.

244 — 24 juin 1271.

Bernard Foulquier fait hommage de sa personne et de ses biens au monastère de Prouille et lui promet le paiement d'une redevance annuelle de 6 deniers tolsas. Le couvent le prend sous sa protection, lui et sa famille.

Anno Domini M°CC°LXX° primo, VIII kalendas julii, noverint universi quod ego, Bernardus Folquerii, licet, diu est, fuerim et me concederem esse hominem monasterii Beate Marie de Prolhano, cum nondum esset redactum in formam publicam, nunc cum hoc instrumento, ad eternam rei memoriam, non habens aliquem alium dominum temporalem, per me et meos, non utique circunventus in aliquo vel reipsa, nec inductus ad hoc dolo aut vi vel suggestione alicujus persone, sed ex certa sciencia et deliberato consilio, facio me et pronuncio hominem Beate Marie et sororis Cunctor, nunc priorisse, et tocius conventus presentis vel futuri monasterii antedicti et vestri, fratris Johannis de Baro, gerentis vices.. prioris dicti monasterii, de mandato ipsius stipulantis et recipientis, et homagium vobis, nomine quo supra, stipulanti et recipienti, in presenti, flexis genibus, junctis et missis meis manibus inter vestras, ut moris est, in signum fidelitatis et pacis facio; subjiciens me et omnia mea bona libera, presencia et futura, mobilia et immobilia et se moventia, dominationi et jurisdictioni dicti monasterii et priorisse et conventus monasterii supradicti et, in signum dominii, stipulatione sollempni interveniente, promitto, per me et omnes meos successores et heredes, dare et solvere antedictis priorisse et conventui seu rectoribus dicti monasterii, qui erunt pro tempore, sex denarios tholos., loco dimidie libre cere, in festo Natalis Domini annuatim, promittens, bona fide, fidelitatem, secretum et securitatem, reverentiam et alia que in homagiis intelliguntur, dicto monasterio semper et suis, et quod omnia utilia dicti monasterii et suorum ubique procurabo, intus et extra, et inutilia

evitabo et nunciabo et ita me predicta omnia tenere et servare et nunquam contrafacere vel venire permitere ullo modo, super sancta Dei Evangelia a me jurante, corporaliter tacta, sponte juro.

Et nos, frater Johannes de Baro antedictus, nomine dicti monasterii et priorisse et conventus ejusdem monasterii, recipimus te, Bernardum Folquerii predictum, in hominem, et omnem progeniem tuam natam et nascituram et omnia bona tua, in protectione et manutenentia dicte priorisse et conventus predicti monasterii, servando te et tuos et omnia bona tua predicta sicut dominum decet suos homines custodire et servare, et hec dicimus et facimus, salvo jure dicti monasterii et suorum in omnibus et quolibet alieno.

Hujus rei testes sunt : fratres Geraldus de Podio, Bernardus de Podio et Ramundus Johannis procurator, Poncius de Monasterio, Guillermus de Appamiis de Villario, et Guillermus Nuntii, quondam publicus notarius castri Fanijovis, qui notam istius instrumenti recepit et in suo prothocollo registravit, et morte preventus, in formam publicam non redegit; sed ego, Johannes de Fondial, publicus notarius ejusdem castri pro illustrissimo domino Philippo, rege Francorum, post decessum dicti notarii quondam, judiciali auctoritate super hoc michi commissa et concessa, secundum notam in prothocollo dicti notarii quondam repertam, hanc cartam fideliter scripsi et signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

245 2 février 1276 [1].

Bernard Hughes de Saissac se fait donat au monastère de Prouille et lui donne tous ses biens.

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

246 29 août 1278.

Arnaud Séguier, prieur de Prouille, reçoit comme donat Bernard Sermenha de Fanjeaux, et lui fixe les droits spirituels et temporels de sa nouvelle condition.

In nomine Domini nostri Jhesu-Christi, anno ab incarnacione ejusdem M°CC°LXX° octavo, et IIII kalendas septembris, regnante Philippo, rege Francorum, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos, frater Arnaldus Seguerii, prior monasterii Beate Marie de Pruliano, nomine priorisse et conventus dicti monasterii, attendentes et considerantes quod vos, Bernardus Sermenha, de castro Fanijovis, amore Dei et in helemosina, dedistis omnia bona vestra et jura quecunque habebatis vel eratis habiturus quocunque modo, monasterio antedicto, et fecistis et pronunciastis vos donatum dicti monasterii, ita quod a modo vobis non suppetant facultates unde vobis providere possitis, predictam donationem de vobis et bonis vestris gratanter accepimus, promitentes vobis cum isto publico instrumento, vobis perpetuo valituro, participationem et communionem in omnibus bonis spiritualibus et temporalibus dicti monasterii, ita videlicet quod

1. Acte rongé sur les bords et effacé en partie par l'humidité.

providebimus vobis in victu, secundum statum dicti monasterii et honestatem vestram, in dicto monasterio vel in aliis locis dicti monasterii, ubi dictum monasterium solet habere vel tenet hospicium seu tenebit, et pro vestitu seu aliis necessariis vestri corporis, assignavimus vobis annuatim sex libras turon., solvendas in festo Omnium Sanctorum, per procuratorem monasterii supradicti. Damus insuper vobis licentiam testandi et legandi, causa mortis, piis locis et personis honestis seu propinciis usque ad xx libras turon., quas promittimus solvere, post decessum vestrum, si de eis duxeritis ordinandum cum forma et modo predictis. Testes hujus rei sunt : fratres de ordine Predicatorum, Bernardus de Pinibus, Ramundus de Podio, Johannes de Baro, Guiraldus de Pareto presbiteri, Ramundus Arnaldi, diachonus, filius dicti Bernardi Sermenha, Bernardus Marcelli, Guiraudus de Podio, Ramundus Johannis junior, Thomas et Ramundus Johannis, minor diebus, conversi, et ego, Johannes Eguezerii, de castro Fanijovis, notarius publicus pro domino rege predicto, qui hanc cartam scripsi et signum meum apposui in eadem. (*signet.*)

Original : Archives de l'Aude, H, 331.

247-248 16 septembre 1281.

Ermesende de Lordat se fait religieuse au monastère de Prouille et apporte au couvent la possession de sa terre de Genebrel-en-Razès. Son père, Arnaud de Lordat, et sa mère, Gausio, approuvent cette profession et cette donation.

Anno Domini M°CC°LXXX primo et xvi kalendas octobris, ego Ermesendis, filia domini Arnaldi de Lordato, militis et domini S. Fidis, de voluntate et auctoritate et assensu expresso ipsius domini patris nostri, dono ///// [mo]nialem seu sororem monasterii B. Marie de Pruliano, faciens votum intrandi dictum monasterium et ibidem Domino Deo et B. Marie, matri ejus, devotissime famulari, et dono eidem monasterio et vobis, fratri Raimundo de Podio, presbitero, et subpriori dicti monasterii, stipulantibus et recipientibus pro priorissa et conventu dicti monasterii, omnia jura et actiones que et quas habeo seu habere debeo in feudo de Genebrello, quod est in Reddesio, inter villas de Montealto et de Bellagarda. Que jura et actiones predictus pater meus michi donavit et legavit in suo testamento, scilicet homines et feminas, terras cultas et incultas, prata, nemora, riparias, herbas, bartas et generaliter quicquid ibi habeo seu habere debeo.

Ibidem, ego, Arnaldus de Lordato predictus, recognoscens quod bene feci donationem predictam etc., laudo et concedo omnia et singula supradicta et concedo predicta fore facta de consilio meo et assensu, et, si quid ibi juris habeo, totum dono monasterio antedicto et vobis, fratribus predictis stipulantibus etc.

Ibidem, ego domina Gausio, uxor predicti domini Arnaldi, laudo et approbo predicta, et si quid juris ibi habeo ratione dotis vel sponsalicii, illi renuncio et totum dono monasterio antedicto et vobis stipulantibus etc., et juro non contravenire.

Item, damus licenciam et potestatem tibi, notario infrascripto, ut tu possis, in omni vita tua, in dicto instrumento meliorare et emendare, ad utilitatem dicti monasterii, tuo consilio vel etiam alieno.

Testes : Petrus Raimundi Dadalo, Guillelmus de Duroforti domicelli, Guillelmus de Planis, clericus de S. Fide, et Petrus Aymerici, de dicto loco, et Raimundus Lereme de Regat. Johannes Eguezerii, quondam publicus notarius castri Fanijovis, recepit notam istius instrumenti et in suo prothocollo registravit, et morte

preventus, in formam publicam non redegit; sed ego, Astorgius de Fondial, publicus notarius ejusd... tri pro illustrissimo domino Philippo, rege Francie, auctoritate michi data super hoc et concessa a nobili viro, domino Eustachio de Bellomarchesio, milite, senescallo Tholosano et Albiensi, secundum notam in protho-collo dicti notarii quondam repertam, hanc cartam fideliter scripsi et in hanc formam publicam redegi et signo meo signavi. (*signet.*)

248 14 octobre 1281.

Raimond du Puy, sous-prieur de Prouille, prend possession, au nom du couvent, de la terre de Genebrel et reçoit le serment de fidélité des hommes et des femmes de cette terre.

Anno Domini M°CC°LXXX primo et II idus octobris, noverint etc. quod frater Raimundus de Podio, subprior monasterii B. Marie de Pruliano accessit personaliter ad locum qui dicitur *Genebrel*, inter villas de Bellagarda et de Montealto, et intravit possessionem et apprehendit dicti loci, nomine priorisse et conventus monasterii antedicti, de mandato nobilis viri domini Arnaldi de Lordato, militis et domini de S. Fide, qui presens erat. Et ibidem dictus dominus Arnaldus absolvit et quitavit predicto subpriori Brunissendam, uxorem quondam Petri de Genebrello, et Arnaldum, filium ejus, et omnes alios homines et feminas qui sibi subditi, ratione dicti loci, [erant], et ipsa Brunissendis et dictus Arnaldus, filius ejus, promiserunt, sub virtute ab ipsis prestiti juramenti, fidelitatem, consilium et secretum ipsi subpriori et juvamen monasterio antedicto. Et post hec, eadem die, Raimundus de Genebrello, filius dicte Brunissendis et Guillelmus de Genebrello, consanguineus dictorum Arnaldi et Raimundi, juraverunt et promiserunt fidelitatem etc.

Testes : frater Raimundus Johannis, conversus de Pruliano, Guillelmus de Duroforti, domicellus, et Bernardus de Alanhano de Fanojovis. Johannes Eguezerii. — (*Comme à la fin de l'acte précédent.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 330.

249 7 janvier 1283.

Guillaume de Barossa, de Saissac, se fait donat et promet de payer au couvent, en signe de dépendance, une livre de cire, chaque année, à Noël, et de lui léguer 20 sous tournois.

In nomine Domini nostri, Jhesu Christi, anno sub incarnatione ejusdem M°CC°LXXX° tercio et VII idus januarii, regnante Philippo, rege Francorum, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod ego, Guillelmus de Barossa, de Saxiaco, attendens et considerans bona spiritualia que Deus facit cothidie per fratres et sorores monasterii Beate Marie de Pruliano, dyocesis Tholosane, quod est sub cura et regimine ordinis fratrum Predicatorum, volens particeps fieri dictorum bonorum spiritualium, in vita pariter et in fine, facio et pronuncio me donatum dicti monasterii, promittens vobis, domino fratri Arnaldo Seguerii, priori dicti monasterii, stipulanti et recipienti pro monasterio antedicto, quod ego ero vobis et dicto monasterio bonus et fidelis, et defendam et custodiam dictum monasterium bene et fideliter, et gentes et bona ipsius,

pro posse meo. Et promitto dare nichilominus predicto monasterio, vel ejus procuratori, in signum et recognitionem hujus donacionis, unam libram cere in festo Natalis Domini, annuatim, et, in fine meo, xx solidos turon. bonorum et percurribilium.

Ibidem, nos, predictus prior, recipientes te, Guillelmum de Barossa predictum, in donatum, ut sis particeps bonorum spiritualium que fiunt cothidie et fient in monasterio memorato, promittimus tibi, nomine quo supra, te diligere, servare et defendere, prout tenemur aliis donatis monasterii antedicti. Testes hujus rei sunt : fratres de ordine Predicatorum, Ramundus de Podio et Guiraldus de Pareto, presbiteri, et Ramundus Johannis et Johannes Salomonis, conversi, et ego, Johannes Eguezerii, de castro Fanijovis, notarius publicus pro domino rege predicto, qui hanc cartam scripsi et signum meum apposui in eadem. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

250 — 28 décembre 1284.

Bonet, dit de Saint-Amans, de Saissac, se fait donat de Prouille; mais il stipule qu'il aura l'usufruit de ses biens, qu'il pourra continuer à vivre dans le monde et qu'il pourra disposer par testament de 50 livres tournois.

Par une addition à cet acte en date du 21 septembre 1285, il supprime ces restrictions, fait immédiatement entier abandon de ses biens au couvent; mais il donne un moulin à son neveu et se réserve toujours de pouvoir léguer 50 livres.

Anno Domini M°CC°LXXX° quarto et v kalendas januarii, noverint universi quod ego, Bonetus, vocatus *de Sancto-Amancio*, de Saxiacho, attendens et considerans bona spiritualia que fiunt et fient in posterum in monasterio Beate Marie de Pruliano, cogitans de suppernis, volens et obtans fieri particeps premissorum bonorum, in vita pariter et in morte, me ipsum facio et pronuncio donatum dicti monasterii, dans etiam eidem monasterio et vobis, fratri Arnaldo Seguerii, priori dicti monasterii, pro ipso monasterio recipienti ac sollempniter stipulanti, omnia bona mea generaliter, presencia pariter et futura, mobilia et inmobilia, quocumque et ubicumque sint et existant, donatione pura ac simplici inter vivos et irrevocabiliter facta, promittens insuper vivere sub obediencia, correctione ac regimine prioris dicti monasterii Pruliani et illorum qui pro tempore in dicto monasterio tenebunt locum prioris.

Retineo tamen michi in predictis bonis meis usum fructum, in vita mea dumtaxat; item retineo michi potestatem ac licenciam quod, tempore mortis mee, possim testari de L libris turon. de bonis meis predictis, quas michi retineo ad faciendum testamentum vel restitutiones seu elemosinas, prout michi melius et utilius anime mee videbitur expedire; item, retineo michi potestatem quod possim morari continue in castro de Saxiaco pro donato dicti monasterii, in domo propria mea de Saxiacho, vel in dicto monasterio Pruliani vel alibi in aliquo loco dicti monasterii, vestiendo publice ac portando vestes seculares, honestas tamen ac sufficientes, rogans siquidem dictum dominum priorem quod, in fine vite mee, pro Dei misericordia, me recipiat in fratrem et tradat michi habitum fratrum laycorum cum beneficiis que fratribus in dicto monasterio migrantibus, conceduntur, eligens michi nichilominus sepulturam in cimiterio dicti monasterii Pruliani.

Ibidemque nos, frater Arnaldus Seguerii, prior dicti monasterii, de consilio fratrum dicti monasterii

ac etiam voluntate, recipio te, dictum Bonetum, nunc in presenti in donatum dicti monasterii cum omnibus bonis tuis, forma et modo predictis, concedens tibi participationem, in spiritualibus et temporalibus, bonis monasterii supradicti; promittens tibi insuper quod, si bona tua non sufficerent tibi ad victum et vestitum, quod dictum monasterium providebit tibi honorifice ac honeste, in victu et vestitu, et solvet post mortem tuam predictas L libras turon. legatariis tuis; faciet etiam restitutiones, si aliqui querelantes apparerent quibus obnoxius esses. Testes fratres infrascripti : Raymundus de Podio, Germanus Pagesii presbiteri, Johannes Salamonis, Raymundus Johannis, layci, et Arnaldus Vituli, de Saxiaco.

Post hec, anno Domini M°CC°LXXX° quinto, XI kalendas octobris, noverint universi quod ego, dictus Bonetus, vocatus *de Sancto Amancio*, de Saxiacho, non deceptus in aliquo sed gratuita ac spontanea voluntate ad hoc inductus, confirmo, laudo et aprobo ac ratifico, quantum possum, donationem per me alias superius factam monasterio Beate Marie de Pruliano, et omnia in instrumento dicte donationis contenta, scienter et consulte renuncio et resigno usufructui quem michi retinueram in bonis meis, in vita mea dumtaxat, tempore quo me feci donatum dicti monasterii Pruliani, ponens et mittens insuper dictum monasterium et vos, dominum fratrem Arnaldum Seguerii, priorem dicti monasterii, pro ipso recipientem ac sollempniter stipulantem, in possetionem puram ac liberam juris et facti generaliter de omnibus bonis meis, mobilibus et inmobilibus, ubicunque sint et quecunque, cum hoc publico instrumento dictum monasterium et vos dictum dominum priorem pro ipso, nomine quo supra, de predictis bonis per capucium meum hurdum (*sic*) constituens, me predicta bona a vobis, precario nomine, possidere quousque corporalem possessionem fueritis aprehensus, qua libere sine requisitione nostra, quandocunque vobis placuerit, aprehendere valeatis et etiam retinere, constituens vos procuratorem in rem vestram de predictis; promittens siquidem vobis, domino priori predicto, vivere sub corectionibus, preceptis et mandatis vestris et illorum qui pro tempore erunt, loco vestri, in monasterio antedicto.

Retineo tamen michi predictas L libras turon., quas michi retinui tam pro testamento quam pro restitutionibus faciendis, tempore quo me feci donatum monasterii Pruliani predicti; item, dono donatione pura simplici irrevocabili inter vivos facta, de voluntate domini prioris et auctoritate ab eodem domino priore michi in hac parte concessa, Bernardo Godi, nepoti meo nunc absenti, et vobis, notario infrascripto, pro ipso, tanquam persone publice, recipienti ac sollempniter stipullanti, quoddam molendinum situm in ripparia de *Varnassona* vocata, quod est inter molendinum *Cartalier* et quoddam molendinum vestrum, cum omnibus juribus et pertinenciis suis; pro quo predicto molendino, dictus Bernardus, nepos meus, dabit domino Lamberto de Limoso, domino de Saxiaco, annuatim in festo Natalis Domini, unam gallinam, pro servicio dicti molendini; item, retineo quod si predicta summa L librarum turon. non sufficit ad restitutiones meas faciendas, quod dictum monasterium teneatur solvere illud quod residuum fuerit, ultra predictam summam, illis personis quibus appareret me obnoxium esse.

In predicta autem donatione dicto monasterio per me superius facta, sunt et consistunt bona que sequuntur : scilicet in primis, due domus infra castrum de Saxiacho, quas habeo, pro indiviso, cum Bernardo de Sancto-Amancio, fratre meo, quarum una est inter domum Geralde de Barossa et domum quondam Petri Arnaldi, alia est vero inter domum Bernardi Maurelli et domum Petri Selva, pariete medio, et est libera et franca sine censu;

item, quoddam molendinare quod habeo, pro indiviso, una cum dicto Bernardo, fratre meo, in ripparia de Varnassona super molendinum Poncii Riberia;

item, due vinee que sunt mee proprie, in quibus dictus Bernardus, frater meus, nichil habet, quarum una est in feudo vocato de *Rascanhaco*, et confrontatur de circio in tenencia Petri de Na Verdala, de altano in via publica; alia vero est loco vocato *Rocabonelli* vel *Ayrolla*, et confrontatur de altano in via publica, et de circio in tenencia quondam Bonafos;

item, quedam vinea, loco vocato *Rascanhac*, in qua dictus Bernardus, frater meus, habet medietatem, et confrontatur de altano et de circio in viis publicis;

item, quedam vinea, loco vocato *ad Rocas Nazarii*, et confrontatur de altano in tenencia Bernardi Altani, de circio in via;

item, quedam vinea, loco vocato *feudum de Rascanhaco*, et confrontatur de altano in via publica, de circio in tenencia Raymundi de Podiosiurano et in via publica;

item, quoddam pratum, loco vocato *ad Combam*, confrontatum de altano in tenencia Petri de Verdala, de circio in ripparia;

item, quoddam pratum, loco vocato *Valauria*, confrontatum de altano in ripparia de Alsano, de circio in publica via;

item, quoddam pratum, loco vocato *Orta Felgosii*, confrontatum de altano in tenencia Petri de Verdala, de circio in via publica;

item, quoddam ortum, loco vocato *de Comba*, confrontatum de altano in via publica, de circio in gotina;

item, quidam ortus, loco vocato *Comba*, confrontatus de altano in tenencia Guillermi Barta, de circio in tenencia Raymundi Escanni;

item, omnia alia bona, mobilia et inmobilia et per se movencia, quocunque et ubicunque, de quibus non est facta mentio supra, servatis tamen conditionibus superius expressatis;

item, omnes vacas, boves et omnes vitulas et vitulos, quas et quos habeo in tenencia vestra de Ramundens vel alibi, prout cum parcionariis vel sine parcionariis ad me spectant;

item, quedam equa, cum pulla sua, quam tenet a me Guillermus Falgas ad parsonariam;

item, debitum VIII librarum turon., quod debet michi Raymundus Fraxinus de Fraxino;

item, debitum LX solidorum turon., quod debet michi Petrus Usalguerii, de Saxiaco;

item, debitum centum solidorum turon., quod michi debent heredes magistri Bernardi de Podiosiurano quondam;

item, debitum duorum modiorum et IIIIor sestariorum frumenti, quod debet michi Bernardus Basterii, de Vilaspino;

item, dono, modo et forma ut supra, monasterio supradicto omnia debita que michi ex quibuscunque causis et a quibuscunque personis debentur;

item, dono, ut supra, dicto monasterio omne bladum et vinum et omnes pannos et omnia alia bona, quecunque et ubicunque existant, que michi spectant et spectare possunt aliqua ratione vel causa, renuncians et cetera.

Ibidemque nos, frater Arnaldus Seguerii, prior monasterii antedicti, recipiendo a vobis, dicto Boneto,

renunciationem et resignationem predictas et omnia alia superius expressata, confirmando, constituimus et assignamus vobis quod dictum monasterium vel procurator ipsius teneatur vobis dare ac solvere, annuatim in festo Omnium Sanctorum, centum solidos turon., pro vestibus faciendis, omni tempore vite vestre dumtaxat;

item, quod dictum monasterium teneatur vobis providere in victualibus, infra dictum monasterium vel alibi in aliquo loco dicti monasterii, prout fratribus dicti monasterii in illo loco ubi vos eritis, in victualibus providetur ac providebitur in futurum, confirmantes et aprobantes insuper, vestris precibus inclinati, nos, prior predictus, illam donationem factam per vos Bernardo Godi, nepoti vestro, de quodam molendino in ripparia *de Varnassona* vocata, prout in clausula ipsius donationis continetur, illam donationem dicimus de auctoritate nostra esse factam. Testes fratres infrascripti : Raymundus de Podio, Petrus Pagesii, Germanus Pagesii, presbiteri, Johannes Salamonis, Raymundus Johannis, layci, Bernardus Sermenha et Arnaldus Martini Fanijovis, et Raymundus Pigassa, quondam publicus notarius castri Fanijovis, qui notam istius instrumenti recepit et in suo prothocollo registravit, et morte preventus, in formam publicam non redegit; sed ego, Guillermus Piquerii, publicus notarius ejusdem castri, pro illustrissimo domino Philippo, rege Francorum, auctoritate michi data super hoc et concessa a nobili viro, domino Eustachio de Bellomarchesio, milite, senescallo Tholosano et Albiensi, secundum notam in prothocollo dicti notarii quondam repertam, hanc cartam fideliter scripsi et in hanc formam publicam redegi et signum meum apposui. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, II, 331.

251 Mercredi après la Saint-Michel, 5 octobre 1289.

Jacques Alzeus de Plaigne et Raimond Seguier constituent à leur sœur et belle-mère Dias, religieuse à Prouille, une rente annuelle de 100 sous tournois, assignée sur des biens de Casalrenoux, La Cassaigne, Limoux, et ils stipulent qu'après la mort de Dias, cette rente fera retour soit à plusieurs de leurs parentes religieuses dans ledit monastère, soit à l'infirmerie du couvent.

Anno Domini M°CC°LXXX nono et die mercurii post festivitatem B. Michaelis, nos Jacobus Alsei, de Planhano, archipresbiter Guarnaguesii, et Raimundus Seguerii, de Appamiis, pro sorore nostra, Dias, moniali Pruliani et socru mei, Raimundi Seguerii, de dote et dotalicio et bonis dicte Dias, monialis predicte, volentes relevare dictum monasterium a gravamine et expensis ipsius sororis nostre, ordinamus et assignamus ipsi Dias et conventui monialium dicti monasterii et vobis, fratri Arnaldo Seguerii, priori Pruliani, stipulanti et recipienti pro eisdem, scilicet centum solidos turon. censuales, solvendos annuatim, in festo Purificationis Beate Marie Virginis, procuratori monasterii Pruliani, qui distribuat et solvat de licencia prioris, qui nunc est et pro tempore fuerit, et in dicto monasterio, dicte Dias, dum vixerit, dictum centum solidos turon., ut nota et vicium proprietatis vitetur, ex integro in suis necessitatibus et usibus necessariis, et ei tradentur in tota vita sua.

Post mortem vero suam, habebit, pro necessitatibus, de predictis solidis turonensium, quinquaginta solidos turon. soror Bosaurs, monialis dicti monasterii, soror dicti Raimundi, dum vixerit. De aliis vero quinqua-

ginta, habebit neptis mea, filia Lauriaci de Appamiis, si contigerit eam monacari in monasterio predicto, viginti quinque solidos, et ///// Segueria et Anna, consanguinee mee, habebunt alios viginti quinque solidos turon., et volumus et ordinamus [quod in] predicta pecunia una succedet alteri. Post decessum vero omnium predictarum sororum, redibunt dicti c solidi ///// usus infirmitorii dicti conventus.

Predicti autem redditus sunt empti a diversis personis et in diversis ///// tribus libris turon., quas ego dictus Raimundus solvi et dedi, quando dicta Dias se monacavit, scilicet LXIII libras turon., et magister Johannes de Aureliaco XL libras turon. Predicti vero redditus sunt in locis infrascriptis scilicet : apud Casale Ranulfum, quinque pecie terre, que fuerunt empte a Guiralda, uxore quondam Bernardi de Bosco, de Alausilho; valent annuatim sex sextarios frumenti censuales; constiterunt x lib. tur. ;

item, apud Casalranols, tres sextariatas terre liberas, que valent annuatim tres sextarios frumenti censuales et constiterunt XII lib. tur;

item, apud Cassanha, ab Arnaldo de Prato, quasdam portiones terrarum, que valent, annuatim, sex sextarios frumenti;

item, apud Limosum, XLIII solidos turon. censuales, a Bernardo Asterio, precio XXVII lib. tur.

Ibidem, nos, dictus prior Pruliani, recepientes et acceptantes dictam assignationem predictorum centum solidorum turon., sumus paccati et contenti, nomine dicti monasterii, de predicta assignatione predictorum centum solidorum turon., et de dote et dotalicio et bonis predicte sororis Dias absolventes et quitantes vos, dictum dominum Jacobum, et fratres vestros et omnia vestra et eorum bona, et vos, dictum Raimundum Siguerii, et vestros et omnia bona vestra et uxoris vestre Blanque de predicta dote et dotalicio et omnibus bonis dicte Dias, recognoscentes quod inde habuimus a vobis centum libras turon., ex quibus fuerunt empti redditus superius expressati.

Hujus rei sunt testes : frater Raimundus de Podio, frater Petrus Vitalis, frater Bernardus Marcelli, frater Bernardus Barba, et Johannes de Aureliaco, publicus notarius castri Fanijovis, qui notam istius instrumenti recepit et in suo prothocollo registravit, vice cujus ego, Johannes de Fondial, publicus notarius ejusdem castri. pro illustrissimo domino Philippo, rege Francie, auctoritate potestatis michi date super hoc et concesse a nobili viro, domino Eustachio de Bellomarchesio, milite quondam senescallo Tholosano et Albiensi, secundum notam in prothocollo dicti notarii repertam, hanc cartam fideliter scripsi et signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

252 14 avril 1291.

Guillaume Maurin, prêtre de Besplas, se fait donat à Prouille.

Anno Domini M°CC°XC° primo, noverint universi quod ego, Guillelmus Maurini, presbiter de Bellisplanis, attendens bona spiritualia que fiunt per fratres et sorores in monasterio Pruliano, volens fieri particeps premissorum, meipsum offero et pronuncio in donatum dicti monasterii, promittens vobis, domino

fratri Arnaldo Seguerii, priori dicti monasterii, et nomine ipsius stipulanti, quod ero fidelis et legalis vobis et successoribus vestris, procurando utilia dicti monasterii et dampnosa evitando; et quia totaliter me volo abdicare a seculo, promitto vobis, ut supra, et ero obediens vobis et vestris successoribus in licitis et honestis, et vivam caste et honeste in habitu clericali. Retineo tamen michi omnia bona mea que vere habeo, ad faciendam voluntatem meam in vita pariter et in morte. De hiis autem que inantea ab hodie, habiturus sum, a dicto monasterio vel aliunde, retineo michi usumfructum, in subsidium necessitatum et indigentiarum mearum. De hiis in quibus retineo michi usum fructum, et hec omnia tenere, servare et nunquam contraire, ad sancta Dei Evangelia manu propria sponte tacta, promitto ibidem.

Ego, frater Arnaldus Seguerii, prior predictus, recipio te, Guillelmum Maurini predictum, in donatum et confratrem dicti monasterii Pruliani, promittens tibi per me et successores meos victum honorificum, sicut aliis donatis dicti monasterii providetur melius. Pro vestitu autem, assigno tibi L solidos turon., annuatim solvendos tibi de bonis dicti monasterii et legata, si contigerit fieri tibi a parochianis vel aliis personis. Quam obligationem et receptionem de persona tui facio de consilio et assensu fratrum monasterii supradicti.

Actum fuit hoc post vesperas, quartadecima die introitus mensis aprilis, regnante Philippo, rege Francorum, Hugone episcopo Tholosano. Hujus rei sunt testes : fratres Raymundus de Podio, Petrus Vitalis, G. de Sala, Petrus Pagesii, Petrus Blasini, presbiteri de ordine Predicatorum, fratres Raymundus Johannis Salomonis, Raymundus Martelli, de eodem ordine, dominus Raymundus Ermengaudi, rector ecclesie de Fontazellis, et Jacobus Capella, publicus notarius Lauriaci pro domino rege predicto, qui hanc cartam scripsi et hoc signum apposui. (*signet.*)

Original : Archives de l'Aude, H, 331.

253 15 juin 1305.

Miracla ayant fait profession religieuse à Prouille, son père, Jean Sans, noble de Laurac, lui assigne une rente de 5 setiers de froment sur des vignes et des terres de Gaja et d'Arborens.

In Dei nomine. Anno Domini M°CCC°V°, XVII° kalendas julii, regnante domino Philipo, rege Francie, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Johannes Sancii, domicellus castri de Lauraco, gratis dotavit Miraclam, filiam suam, in quinque seytariis frumenti sensualibus et in dominiis malleolorum et tenenciarum infrascriptarum, et etiam dedit [1] predicta quinque sextaria frumenti et totum dominium suprascriptum tenenciarum infrascriptarum domine filie, bona et pura donatione facta inter vivos, et pro sua parte legitima, et specialiter ut cum ipsis quinque sextariis frumenti, possit intrare ordinem et honus ipsius ordinis sustinere. Predictorum quinque sestariorum frumenti sensualium Ramundus Mores, de Guaiano, facit unum sextarium, ad mensuram de Lauraco, pro quodam malleolo et terra in qua est, qui est in

---

1. Ce mot est répété deux fois dans l'acte.

decimariis Beati Martini de Arborenchis et beati Martini de Guaiano; et terminatur ab altano tenencie Raimundi Lanas, circio tenencie Raimundi Amelii de Guaiano;

item, Ramundus Lanas, de Guaiano, facit unum sextarium frumenti rasum, ad dictam mensuram de Lauraco, pro quodam malleolo et terra in qua est, scito in decimariis predictis; et terminatur ab altano vie communi et circio tenencie Raimundi Moresii;

item, Bernardus Marti[ni] et Guillermus Noguerii, de Gaiano, faciunt unam eminam frumenti, ad mensuram Fanijovis, rasam, pro duobus malleolis scitis in decimario Beati Martini de Arborenchis; et terminantur ab altano exitui et circio tenencie dicti Johannis Sancii;

item, Bernardus Faber, de Guaiano, facit unam eminam frumenti sensualem, ad mensuram Fanijovis, rasam, pro quodam malleolo et terra in qua est, scito in decimario Beati Martini de Arborenchis; et terminatur ab altano tenencie Ramundi de Prato et circio tenencie dicti Johannis Sancii;

item, dictus Ramundus de Prato facit aliam eminam frumenti sensualem, ad mensuram Fanijovis, rasam, pro quodam malleolo scito in eodem decimario Beati Martini de Arborenchis; et terminatur ab altano tenencie Petri Seguerii et circio tenencie Bertrandi Fabri;

item, Petrus Seguerii, de Guaiano, facit unam eminam frumenti rasam, ad mensuram Fanijovis, pro quodam alio malleolo scito in eodem decimario Beati Martini de Arborenchis; et terminatur ab altano tenencie Germani Seguerii et circio tenencie Ramundi de Prato;

item, dictus Germanus Seguerii, de Guaiano, facit aliam eminam frumenti sensualem, ad mensuram Fanijovis, rasam, pro quodam malleolo et terra in qua est, scito in decimario proxime dicto; et terminatur ab altano tenencie Bernardi Thome et circio tenencie Petri Seguerii;

item, Bernardus Thome, de Guaiano, facit unam eminam frumenti sensualem, ad mensuram Fanijovis, rasam, pro quodam alio malleolo scito in eodem decimario; et terminatur ab altano tenencie Guillermi Bernardi et circio tenencie Germani Seguerii; predicti vero malleoli sunt in loco vocato *Plaguautier*.

Predictam vero donacionem predictorum v sextariorum frumenti et tocius dominii eorumdem malleolorum supradictorum, pro quibus dicta quinque sextaria frumenti rasa eidem Johanni faciebant feodatarii supradicti, annuatim, in festo Beate Marie mensis augusti, ut dictus Johannes asserebat, dictus Johannes dicte Miracle, filie sue, fecit, racionibus et causis supradictis, et michi, Raimundo Yssarti, notario infrascripto, pro ipsa Miracla, filia sua, stipulanti et recipienti; et in bonam et corporalem possessionem juris et facti dictorum v sextariorum frumenti et tocius dominii, quod in ipsis ipse Johannes habebat vel habere debebat, et in tenenciis superius confrontatis, ipsam Miraclam filiam suam, licet absentem, et me, notarium infrascriptum, pro ipsa Miracla stipulantem, petentem et recipientem, misit cum hac publica scriptura, eidem Miracle et suis perpetuo valitura, ad omnem voluntatem sui suorumque semper faciendam, se et suos disvestiendo et ipsam Miraclam, licet absentem, et suos et me, Raimundum Yssarti, notarium infrascriptum, pro ipsa Miracla stipulantem et recipientem, plenius vestiendo. Et si deinceps dictos quinque sextarios frumenti et dominium ipsorum et tenenciarum supradictarum, pro quibus feodatarii supradicti eidem Johanni dictos quinque sextarios frumenti faciebant sensuales, annuatim in termino supradicto, tenuerit, dixit et voluit se, nomine ipsius Miracle, tenere et possidere, precario nomine, quousque ipsorum v sextariorum frumenti et dominii ipsorum et tenentiarum supradictarum possessionem acceperit corporalem, quam acci-

piendi, sua auctoritate, et retinendi deinceps eidem Miracle et suis, licet absenti, et michi, notario infrascripto, pro dicta Miracla stipulanti, petenti et recipienti, licenciam dedit, non requisita sua licencia nec judicis nec alicujus hujus mundi; de qua quidem donatione eidem Miracle, filie sue predicte, licet absenti, et michi, notario infrascripto, stipulanti, petenti, recipienti pro dicta Miracla, bonam et legualem guirenciam [dedit] ab omnibus amparatoribus semper ex parte dominii et hereditatis, sine omni sui suorumque dolo; promisit eciam contra dictam donationem non facere vel venire pro se vel interposita persona, de jure vel de facto, ullis temporibus in futurum. Pro qua quidem guirencia et omnibus aliis et singulis atendendis et complendis, obliguavit dictus Johannes Sancii eidem Miracle, filie sue supradicte, licet absenti, et michi, Raimundo Yssarti, notario infrascripto, pro ipsa stipulanti et recipienti, omnia bona sua, presencia et futura, renuncians inde illi juri quod dicit donationem factam inter patrem et filium non valere et omni alii juri, tam canonico quam civili, generali et speciali, et communi consuetudini per quam et per quod contra venire posset. Voluit eciam dictus Johannes Sancii quod predicte renunciationes totidem valeant ac si omnes casus decreti et decretalium et legum essent in hoc presenti instrumento provocati.

Item, voluit et mandavit dictus Johannes Sancii michi, notario infrascripto, quod hoc presens instrumentum possem et valerem facere et emendare de consilio sapientum quos duxero consulendos, et si, quod absit, hoc presens instrumentum ///// aliquo casu fortuito, mandavit[1] dictus Johannes Sancii michi, notario infrascripto, quod, ad requisitionem dicte Miracle vel ejus heredum, dictum instrumentum reficere possim et valeam, non requisita licencia judicis nec alicujus hominis hujus mundi. Hujus rei sunt testes vocati et requisiti : dominus Philipus Benedicti, rector ecclesie Beati Saturnini de Vitbrando, dominus Raimundus Martini, sacerdos de Planhano, dominus Arnaldus de Bossaco, sacerdos de Villa Oratione, terre Mirapiscencis, Guillermus Olrici, domicellus de Lauraco, et Raimundus Yssarti, publicus notarius Lauraci, pro domino rege predicto, qui hanc cartam scripsi et signum suum sequens solitum apposuit. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 327.

254 Gaja, 23 juillet 1306.

A la place de la dot qu'il avait assurée à sa fille Miracla, religieuse de Prouille, par l'acte précédent, Jean Sans donne au monastère, à perpétuité, 6 setiers de blé, à percevoir, chaque année, le 15 août, dans les dimaires d'Arborens et de Gaja.

Anno Domini M°CCC° sexto, Philippo, rege Francorum, regnante, Bernardo, episcopo Appamiensi, x kalendas augusti, noverint universi quod ego, Johannes Sancii, domicellus de Laneriovilla, gratis ac spontanea voluntate ad hoc inductus, pro me et omnibus meis heredibus, presentibus et futuris, solvo et difiniendo dono in perpetuum, bona, pura et irrevocabili donatione inter vivos facta, monasterio Beate Marie de Pruliano et ejusdem monasterii priorisse et conventui, quinque sestaria frumenti oblialia et jus percipiendi annuatim dicta quinque sestaria frumenti oblialia, inferius specificata, et quandam peciam terre inferius confronta-

1. Ce mot est répété deux fois.

tam, cum omnibus suis laudimiis, deveriis et foriscapiis. Ego antea constitueram seu proposueram dotare Miraclam, filiam meam, nunc sororem monialem predicti monasterii, prout in instrumento inde confecto per Ramundum Yssharti, notarium publicum de Lauraco, dicitur contineri; et hanc donationem facio et concedo dicto monasterio, ratione legitime portionis et omnium jurium que ipsa Miracla, filia mea, si michi superviveret, habitura erat de bonis meis mei, Johannis Sancii predicti. Quam donationem volo et statuo valere in perpetuum predicto monasterio, etiamsi dicta Miracla, filia mea, predecederet me, Johannem Sancii predictum, cedens dicto monasterio et priorisse et conventui predictis et vobis fratri, Guillermo Amelii, procuratori dicti monasterii, nomine dicti monasterii stipulanti et recipienti, omnes actiones et jura que michi ad percipiendum dicta quinque sestaria frumenti oblialia pertinent et pertinebant, tempore recepti hujus instrumenti, constituens me, nomine dicti monasterii, res predictas donatas tenere et possidere et quasi, donec ipsum monasterium vel gentes ejus, pro ipso, corporalem possessionem et quasi apprehenderint, pacifice et quiete; quam apprehendendi, quandocunque voluerit, sibi et suis gentibus tribuo facultatem, me presente vel absente, me requisito vel non requisito, promittens insuper ex certa sciencia, super premissis, dicto monasterio de evictione sub obligatione rerum mearum, et assero quod predicta quinque sextaria frumenti oblialia faciunt et facere tenentur homines infrascripti, annuatim in festo Beate Marie augusti, pro terris et possessionibus infrascriptis, scitis tam in decimario Sancti Martini de Arborenchis quam in decimario Sancti Martini de Gajano; de quibus quinque sestariis frumenti oblialibus predictis, Ramundus Mores, de Gaiano, facit et facere tenetur annuatim unum sestarium frumenti censuale, ad mensuram de Lauraco, pro quadam pecia terre vineata sita in loco vocato *ad Planum Gauterii*; que confrontat ab altano in tenencia Thome Anglici, circio in tenencia Ramundi Amelii;

item, Thomas Anglicus, de Gaiano, facit et facere tenetur, annuatim, unam eminam frumenti oblialem, ad predictam mensuram, quo quadam pecia terre sita in predicto loco vocato *ad Planum Gauterii*; que confrontat ab altano in tenencia Ramundi Lanas, circio in tenencia Ramundi Mores;

item, Ramundus Lanas facit et facere tenetur, annuatim, unam eminam frumenti oblialem, ad mensuram predictam, pro quadam pecia terre sita in predicto loco, que confrontat ab altano in via, circio in tenencia Thome Anglici;

item, Guillermus Nogerii, de Gaiano, facit et facere tenetur, annuatim, unam eminam frumenti oblialem, ad mensuram Fanijovis, pro quadam pecia terre sita in loco predicto, que confrontat ab altano in via communi, circio in mea tenencia, aquilone in exitu;

item, Bernardus Thome, de Gaiano, facit et facere tenetur, annuatim, unam eminam frumenti oblialem, ad mensuram predictam Fanijovis, pro quadam pecia terre vineata, sita in loco predicto, que confrontat ab altano in tenencia Guillermi Bernardi, circio in tenencia Germani Siguerii;

item, Germanus Siguerii, de Gaiano, facit et facere tenetur, annuatim, unam eminam frumenti censualem, ad mensuram predictam Fanijovis, pro quadam pecia terre vineata, sita in predicto loco, que confrontat ab altano in tenencia Bernardi Thome, circio in tenencia Petri Siguerii;

item, Petrus Siguerii facit et facere tenetur annuatim, unam eminam frumenti censualem, ad predictam mensuram Fanijovis, pro quadam pecia terre vineata, sita in loco predicto, que confrontat ab altano in tenencia Germani Siguerii, circio in tenencia Ramundi de Prato;

item, Ramundus de Prato facit et facere tenetur, annuatim, unam eminam frumenti oblialem, ad mensuram predictam Fanijovis, pro quadam pecia terre vineata, sita in predicto loco, que confrontat ab altano in tenencia Petri Siguerii, circio in tenencia Bertrandi Fabri;

item, Bertrandus Fabri, de Gaiano, facit et facere tenetur, annuatim, unam eminam frumenti oblialem, ad predictam mensuram Fanijovis, pro quadam pecia terre sita in predicto loco, que confrontat ab altano in tenencia Ramundi de Prato, circio in tenencia mea.

Item, dono ego, Johannes Sancii predictus, modo et forma et condicionibus predictis, predicto monasterio et priorisse et conventui predictis et vobis, fratri Guillermo Amelii, procuratori predicto, nomine et vice dicti monasterii stipulanti et recipienti, unum sestarium frumenti obliale, ad mensuram predictam Fanijovis, cum omnibus suis foriscapiis et laudimiis, quod mihi faciebat et facere tenebatur, annuatim, Guillermus Bernardi, de Gaiano, pro quadam pecia terre sita in predicto loco, que confrontat ab altano in tenencia mea et Petri Guillermi, circio in tenencia Bernardi Thome; predicta vero pecia est in predicto loco, que confrontat ab altano in tenencia Bertrandi Fabri, circio in tenencia mea. Ad hec autem omnia fuerunt presentes: Guillermus Bernardi, Bernardus Thome, Petrus Siguerii, Germanus Siguerii, Ramundus de Prato, Guillermus Nogerii et Ramundus Lanas predicti, qui recognoverunt predicto fratri Guillermo Amelii, procuratori predicto, nomine procuratorio quo supra, stipulanti et recipienti, predicta esse vera in quantumcunque ipsos presentes tangunt, et unusquisque ipsorum presentium, superius nominatorum, recognovit tenere dictas terras in emphiteosim a monasterio supradicto et promisit deinceps persolvere, predicto nomine, annuatim, in festo Beate Marie augusti, per hunc modum videlicet: dictus Guillermus Bernardi, unum sestarium frumenti obliale, ad predictam mensuram Fanijovis, et alia deveria pro sua pecia terre predicta superius confrontata;

item, dictus Bernardus Thome, unam eminam frumenti oblialem, ad predictam mensuram Fanijovis, pro dicta pecia terre sua superius confrontata;

item, dictus Petrus Siguerii, unam eminam frumenti, ad predictam mensuram Fanijovis, pro dicta sua pecia terre superius confrontata;

item, dictus Germanus Siguerii, unam eminam frumenti oblialem, ad predictam mensuram, pro dicta pecia terre sua superius confrontata;

item, dictus Ramundus de Prato, unam eminam frumenti oblialem, ad predictam mensuram Fanijovis, pro dicta pecia terre sua superius confrontata;

item, dictus Guillermus Nogerii, unam eminam frumenti oblialem, ad mensuram predictam Fanijovis, pro dicta pecia terre sua superius confrontata;

item, dictus Ramundus Lanas, unam eminam frumenti oblialem, ad mensuram de Lauraco, pro dicta pecia terre sua, superius confrontata, et alia deveria, prout superius continentur, loco et tempore oportunis. Acta fuerunt hec apud Gaianum, in presencia et testimonio fratris Bernardi Belengarii predicti monasterii, Guillermi Jordani de Vitbrando, Petri Guillermi, Bernardi Maurelli, Petri Dominici, Arnaldi Dominici, de Gaiano et magistri Jacobi Capella, notarii publici Lauraci domini regis, qui hanc cartam recepit; vice cujus et mandato, ego, Bernardus Tornerii, notarius publicus de Cuquo juratus, eandem scripsi. Et suprascripsi *persolvere* in xx[a] linea, et in xxi[a] linea rasi et emendavi *Bernardus Thome* et in xxii[a] linea, a principio con-

putando, suprascripsi *oblialem*. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, me subscribo atque solito signo meo signo. (*signet*.)

Original : Arch. de l'Aude, H, 327.

255 Prouille, le 16 juillet 1308.

Pierre Estève se fait donat au monastère de Prouille et lui abandonne tous ses biens.

Anno Domini millesimo, trescentesimo octavo, Philippo, rege Francorum regnante, Galhardo episcopo Tholosano, decimo septimo kalendas augusti, noverint universi quod ego, Petrus Stephani, filius Petri Stephani ville de ////, attendens et considerans bona spiritualia que, Deo propitio, fiunt cotidie in monasterio de Pruliano, volens et obtans fieri particeps bonorum predictorum, me ipsum facio et pronuntio donatum dicti monasterii, promittens vobis, domino fratri Arnaldo Johannis, priori dicti monasterii, nomine ejusdem monasterii stipulanti et recipienti, quod ero fidelis et legalis vobis et successoribus vestris et ipsi monasterii (*sic*), toto tempore vite mee, procurans, pro posse meo, utilia et vitans dampna eisdem. Ero, insuper, hobediens in mandatis et officiis michi injunctis per vos et successores vestros et obtemperabo et parebo correctionibus et ordinationibus vestris et successorum vestrorum, donans pura et simplici donatione inter vivos facta, vobis, domino priori predicto, nomine dicti monasterii stipulanti et recipienti, omnia bona mea, mobilia et immobilia, presentia et futura, juransque ad sancta Dei quatuor Evangelia manu mea propria sponte tacta, tenere et servare castitatem et omnia supradicta.

Dum inter nos et fratres predictos fueris conversatus ibidem, nos, frater Arnaldus Johannis, prior predictus, recipimus te, Petrum Stephani predictum, in donatum predicti monasterii cum omnibus bonis tuis, concedendo tibi bona spiritualia et temporalia in predicto monasterio, promittens tibi, nomine quo supra, providere in victu et vestitu, in omni vita tua, sicut aliis donatis dicti monasterii providetur, dum inter nos et fratres dicti monasterii fueris honeste et laudabiliter conversatus, retinens tamen nobis et successoribus nostris quod, si non esses inter nos et fratres dicti monasterii honeste et laudabiliter conversatus, quod nos vel successores nostri possimus te a dicto monasterio expellere et te removere, et quod extunc non teneamur tibi in aliquo, nec tu nobis.

Acta fuerunt hec in predicto monasterio, in presentia et testimonio fratrum Dominici de Montetotino-supprioris dicti monasterii, Bernardi Fabri, Bernardi de Labessa, Arnaldi de Collo, Johannis Chatberbi, Petri Blasini, presbiterorum, de ordine fratrum Predicatorum, Arnaldi Vitalis, Bernardi Berengarii, laycorum ejusdem ordinis, et magistri Jacobi Cappella, notarii publici Lauraci predicti domini regis, qui notam ipsius carte recepit et in prothocollo suo registravit, cujus notarii vice et mandato, ego Jordanus de S. Martino, clericus Fanijovis, eandem cartam scripsi. (*signet*.)

Original : Archives de l'Aude, H, 331.

256 8 janvier 1308[1].

Bernard Marty, de Limoux, se fait donat à Prouille et promet de lui léguer 15 sous tournois, afin d'avoir sa sépulture dans le cimetière de Saint-Martin de Limoux ou dans celui de Prouille.

Anno dominice incarnationis millesimo CCC° octavo, Philippo, rege Francie, regnante, die mercurii post Epiffaniam, noverint universi quod ego, Bernardus Martini, fusterius de Limoso, volens habere participationem bonorum spiritualium que fiunt et fient in monasterio Pruliani, facio me donatum dicto monasterio, eligens sepulturam meam in cimiterio B. Martini vel monasterii Pruliani, ob cujus gratie (*sic*) sepulture, dono et dare promitto dicto monasterio, annuatim in vita mea, in festo B. Martini yemalis, mediam libram cere, et in fine meo xv solidos turon., quos laudo super omnibus bonis meis, promittens esse bonus et fidelis et secretarium (*sic*) erga monasterium antedictum et ejus ministros, utilia dicti monasterii procurando et inutilia pro viribus evitando, et juro predicta attendere et complere et nullatenus contraire.

Et nos, frater Arnaldus Johannes, prior predictus, attendens devotionem tui, dicti Bernardi, recepimus te in donatum dicti monasterii, concedendo tibi participationem bonorum spiritualium et temporalium, si indigeres, promittentes te et bona tua deffendere et custodire, quemadmodum deffendimus et custodimus alios donatos monasterii antedicti.

Testes hujus rei sunt: frater Bernardus Vasconis, ordinis Predicatorum, Bernardus de Bellagarda, faber, et Petrus Nigri, notarius publicus de Limoso et dicti monasterii Pruliani, qui hanc cartam recepit; cujus notarii mandato, ego, Johannis Versavini, clericus de Limoso, eandem scripsi. Ego, idem Petrus Nigri, notarius prescriptus, subscribo hec et signo. (*signet.*)

Original : Archives de l'Aude, H, 331.

257 Prouille, le 24 février 1309.

Raymond Rigaud se fait donat au monastère de Prouille, et lui fait abandon de ses biens.

Noverint universi quod ego, Raymundus Rigaldi, ville de Insula, attendens et considerans bona spiritualia que, concedente Domino, cotidie [fiunt et] fient in posterum in monasterio B. Marie de Pruliano per fratres et sorores ejusdem monasterii, volens et optans fieri particeps bonorum predictorum, me facio et pronuntio donatum predicti monasterii, promittens vobis, domino fratri Arnaldo Johannis, priori ejusdem monasterii et pro eodem stipulanti et recipienti, quod ero fidelis et legalis vobis et successoribus vestris et ipsi monasterio, toto tempore vite mee, procurans pro posse meo utilia et vitans dampna ejusdem. Ero insuper hobediens in mandatis et officiis michi injunctis per vos, nomine quo supra, et per successores vestros, et obtemperabo et parebo correctionibus et ordinationibus vestris et successorum vestrorum, donans, pura et irrevocabili donatione facta inter vivos, vobis, domino priori predicto, nomine dicti monasterii stipulanti

1. Ancien style.

et recipienti, omnia bona mea mobilia et immobilia, ubique sunt, presentia et futura, juransque ad sancta Dei IIIIor Evangelia tenere et servare castitatem et omnia supradicta et stare sine proprio, dum tamen inter vos et fratres dicti monasterii fuero conversatus.

Et ibidem, nos, prior predictus, recipimus te, Raimundum Rigaldi predictum, in donatum predicti monasterii cum omnibus bonis tuis, concedendo tibi bona spiritualia et etiam temporalia in predicto monasterio, promittentes tibi providere in victu et vestitu in omni vita tua, sicut aliis donatis dicti monasterii providetur, dum tamen inter nos et fratres dicti monasterii fueris honeste et laudabiliter conversatus; retinemus tamen nobis et nostris successoribus quod, si tu non esses inter nos et fratres dicti monasterii honeste et laudabiliter conversatus, quod nos et successores nostri possimus te a dicto monasterio expellere et etiam removere et quod ex tunc non teneamur tibi in aliquo, nec tu nobis.

Actum fuit hoc in dicto monasterio, anno Domini MoCCCo nono, Philippo, rege Francorum, regnante, Galhardo episcopo Tholosano, sexto kalendas martii. Hujus rei sunt testes : fratres Petrus Vitalis, Micahel de Rosolenchis, presbiteri, Petrus Belli-Oculi, Bernardus Lapassa, Guillermus de Coragodanis, Petrus Fabri, Petrus de Colomeriis, layci de ordine fratrum Predicatorum, magister Jacobus Capella, notarius de Lauraco, et ego, Bernardus Tornerii, publicus notarius castri S. Felicis et totius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui requisitus hanc cartam recepi, scripsi et signo meo solito signavi, et in tertia linea suprascripsi *ipsum*. (*signet.*)

ORIGINAL : Archives de l'Aude, II, 331.

258 — 1er octobre 1315.

Pierre Villar, clerc de Fanjeaux, se fait donat et abandonne tous ses biens au monastère de Prouille.

Anno Domini millesimo CCCo quinto decimo, Ludovico, rege Francorum, regnante, Gualhardo episcopo Tholosano, kalendis octobris, noverint universi quod ego, Petrus Villarii, clericus castri de Fanojovis, attendens et considerans bona temporalia et spiritualia, que cotidie fiunt per fratres et sorores in monasterio Beate Marie de Pruliano et sperantur fieri in futurum, volens et obtans fieri particeps bonorum predictorum, facio et pronuncio me donatum predicti monasterii, offerens me et omnia bona mea, presentia et futura, monasterio supradicto et vobis, domino fratri Arnaldo Johannis, priori ejusdem monasterii, nomine priorisse et conventus ejusdem monasterii stipulanti et recipienti, retento tamen michi usufructu, in vita mea tantum, in omnibus predictis bonis meis, promitens vobis, domino priori predicto, nomine quo supra, stipulanti et recipienti, quod ero fidelis et legalis in bonis, rebus et personis predicti monasterii utilia procurando et dampna evitando, pro posse meo, et ero obediens vobis et successoribus vestris in perpetuum [1] et parebo correctionibus et penitenciis per vos vel successores vestros michi injunctis, juransque ad sancta Dei quatuor evangelia, manu mea dextra corporaliter tacta, tenere et servare castitatem et omnia supradicta, dum inter vos et fratres dicti monasterii fuero conversatus.

---

1. L'acte répète la proposition qui se termine ici.

Ibidem, nos, prior predictus, nomine priorisse et conventus ejusdem monasterii, recipimus te, Petrum Villarii predictum, in donatum predicti monasterii, promittens, nomine quo supra, tibi providere in victu et vestitu, in habitu clericali, in omni vita tua, prout aliis donatis dicti monasterii providetur conditionis predicte, dum tamen inter nos et fratres dicti monasterii fueris honeste et laudabiliter conversatus. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris in perpetuum quod, si tu non esses inter nos et fratres dicti monasterii bene et honeste laudabiliter conversatus, quod nos seu successores nostri, qui pro tempore ibi fuerint, possimus te a predicto monasterio removere et etiam expellere et quod non teneremur tibi in aliquo, nec eciam remaneamus obligati, nec tu nobis. Acta fuerunt hec in dicto monasterio in presencia et testimonio fratrum Johannis Ademarii, Bernardi de Bessa, Johannis Chatberti presbiterorum, Bernardi Barba, Bernardi Fabri, Bernardi Lerati, Johannis Dyonisii laycorum, de ordine fratrum Predicatorum, domini Guillermi Hugonis, presbiteri comorantis in dicto monasterio, et magistri Jacobi Capella, publici notarii de Lauraco condam domini nostri regis, qui hanc cartam recepit et in suo protocollo registravit, et morte preventus in formam publicam non redegit; sed ego, Jacobus Capella, ejus filius, dicti loci de Lauraco, auctoritate regia publicus notarius, eodem domino patri meo subrogatus de licencia et potestate michi attributa per nobilem et potentem virum, dominum Beraudum de Sollempniaco, militem domini nostri regis, ejusque senescallum Tholose et Albiensem, hanc cartam de nota dicti notarii deffuncti non cancellata, fideliter assumpsi et in hanc formam publicam redegi, signoque meo solito signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 331.

259 Prouille, le 22 janvier 1318.

Hommage de Raymond Davini au prieur et au monastère de Prouille.

Anno Domini millesimo trescentesimo decimo octavo, Philippo rege Francorum et Navarre, regnante, undecimo kalendas febroarii, noverint universi quod Raimundus Davini, filius quondam domini de Nauria major diebus, alias vocati *Hospitalerii*, in presentia mei, Jacobi Capella, notarii, et testium subscriptorum, recognovit, junctis manibus et flexis genibus, religioso viro, domino fratri Arnaldo Johannis, priori monasterii B. Marie de Pruliano, nomine priorisse et conventus ejusdem monasterii stipulanti et recipienti, predecessores esse et fuisse homines de corpore predicti monasterii, et ipsum esse hominem de corpore ejusdem monasterii, pro quo homagio et servitio dicti homagii, dictus Raimundus Davini promisit dicto domino priori, nomine quo supra, stipulanti et recipienti, dare et solvere, annuatim perpetuo, predicto monasterio vel ejus procuratoribus, pro se et omnibus suis heredibus, presentibus et futuris, mediam libram cere in festo Nativitatis Domini, sub omnium bonorum suorum obligatione, juransque ad sancta Dei quatuor Evangelia, manu sua propria dextra corporaliter tacta, esse fidelis semper predicto monasterio et bonis et rebus et personis monasterii supradicti. Qua recognitione facta, dictus dominus prior, nomine quo supra, promisit juvare et deffensare predictum Raimundum Davini et suos perpetuo, sicut alios donatos monasterii supradicti. Acta fuerunt hec in predicto monasterio, in presentia et testimonio fratrum Nicholay Rocha, Poncii Belli-Oculi dicti monasterii, Raimundi Rozaldi, clerici, Guillermi Sabaterii, de Fanojovis, et magistri

Jacobi Capella, notarii publici Lauraci predicti domini regis, qui requisitus hanc cartam recepit, vice cujus et mandato ego, Jordanus de Sancto-Martino, de castro Fanijovis, clericus juratus dicti notarii, eandem scripsi Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, eandem subscripsi et solito signo meo signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 342.

260 25 mars 1318.

Guillaume Guitard et sa femme Raimonde de La Cassaigne, se font donats de Prouille. Le prieur spécifie la pension que leur fera le monastère.

Anno Domini millesimo trescentesimo decimo octavo, Philippo, rege Francie et Navarre, regnante, octavo kalendas aprilis, noverint universi quod ego, Guillermus Guitardi, et ego, Ramunda, ejus uxor, ville de Cassanha, attendentes et considerantes bona spiritualia et temporalia, que cotidie fiunt et fieri sperantur cotidie in monasterio Beate Marie de Pruliano per fratres et sorores predicti monasterii, volentes et obtantes fieri participes bonorum predictorum, facimus et pronunciamus nos donatos predicti monasterii, sponte et ex certa sciencia, offerentes et donantes nos et omnia bona nostra, mobilia et inmobilia, ubique presencia et futura, in perpetuum predicto monasterio et vobis, domino fratri Arnaldo Johannis, priori predicti monasterii, nomine priorisse et conventus ejusdem monasterii stipulanti et recipienti, pro omni voluntate predicti monasterii perpetuo facienda, eligentes sepulturam nostram in simiterio monasterii supradicti, promitentes et ad sancta Dei quatuor evangelia nostris propriis manibus tacta, jurantes nos esse fideles et legales perpetuo monasterio supradicto et rebus et personis monasterii ejusdem, utilia predicti monasterii, pro posse nostro, procurando et inutilia evitando.

Ibidem nos, frater Arnaldus, prior predictus, nomine quo supra, recipimus, de consilio fratrum predicti monasterii, vos, Guillermum Guitardi, et vos, Ramundam predictam, in donatos predicti monasterii, cum bonis vestris predictis per vos datis superius predicto monasterio, concedentes tamen vobis duobus, dum insimul vixeritis, pro victu et vestitu vestro, in omni vita vestra, annuatim, dare et solvere, de bonis predicti monasterii, unum modium frumenti et octo sestarios ordei, ad mensuram Fanijovis, et duos modios puri vini et viginti solidos turon., pro pitancia, et quadraginta solidos turon., tam pro vestitu vestro quam pro aliis vestris necessariis, et de lignis pro igne vestro, si indigeritis. Verumtamen, si contingeret vos, Ramundam predictam, supravivere dicto Guillermo, viro vestro, promito, nomine quo supra, dare vobis, de bonis predicti monasterii, annuatim, pro victu vestro, pitancia, vestitu et aliis vestris necessariis, octo sestarios frumenti, duos sestarios ordei, ad dictam mensuram, et unum modium puri vini et viginti solidos turon., in omni vita vestra. Nichilominus nos, prior predictus, nomine quo supra, promitimus vobis, Guillermo Guitardi predicto, solvere omnia legata per vos relicta in testamento vestro, recepto per magistrum Jacobum Capella, omnibus legatariis, de bonis predicti monasterii, prout in dicto testamento continetur. Acta fuerunt hec in predicto monasterio, in presencia et testimonio fratrum Bernardi Berengarii, Germani Fabri, Ramundi Sartoris, Arnaldi de Cruce, Guillermi de Coragodanis, Bernardi Boneti, predicti monasterii, et magistri Jacobi

Capella, notarii publici Lauraci predicti domini regis, qui requisitus hanc cartam recepit; vice cujus et mandato, ego, Jordanus de Sancto-Martino, de Fanojovis, clericus juratus dicti notarii, scripsi. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, eandem subscripsi et solito signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

261 Prouille, 9 décembre 1319.

Guillaume de Fabrica, prêtre de la Vezole, se fait donat; le prieur provincial de Toulouse, Hugues, en le recevant, lui et ses biens, lui fixe la pension viagère que le monastère lui paiera.

Noverint universi quod ego, Guillermus de Fabrica, presbiter de Vezola, atendens et considerans bona spiritualia que fiunt et, concedente Domino, fient in posterum in monasterio Beate Marie de Proliano, per fratres et sorores predicti monasterii, volens et obtans fieri particeps bonorum predictorum, me ipsum facio et pronuncio donatum monasterii predicti, promittens vobis, domino fratri Hugoni, priori provinciali in provincia Tholosana, ordinis fratrum Predicatorum, nomine ac vice predicti monasterii et tocius conventus ejusdem stipulanti et recipienti, quod ero fidelis vobis et domino priori dicti monasterii et ejus successoribus et ipsi monasterio, toto tempore vite mee, procurando utilia dicti monasterii et evitando dampna ejusdem, pro posse meo; ero insuper hobediens in mandatis et officiis mihi injunctis per vos vel dictum dominum priorem Pruliani, seu per vestros et suos successores, et correctionibus et ordinacionibus vestris et dicti domini prioris et successorum vestrorum et suorum obtemperabo et parebo, donans pura et simplici donatione facta inter vivos, predicto monasterio et vobis, domino priori provinciali predicto, nomine ipsius monasterii stipulanti et recipienti, omnia bona mea, mobilia et inmobilia, ubique sint, presencia et futura; juransque ad sancta quatuor Dei Evangelia a me corporaliter sponte tacta, tenere et servare castitatem et omnia predicta atendere et complere, dum inter vos et dictum dominum priorem seu vestros vel suos successores ac etiam fratres monasterii predicti fuero conversatus.

Et ibidem nos, frater Hugo, prior provincialis antedictus, nomine ac vice dicti monasterii, recepimus vos, dominum Guillermum de Fabrica predictum, in donatum monasterii antedicti, cum omnibus vestris bonis predictis, concedentes vobis bona spiritualia et etiam temporalia in monasterio predicto, ut aliis donatis ejusdem conceditur, in omni vita vestra pariter et in morte, promitentes vobis providere in victu et aliis necessariis, exceptis vestibus, in omni vita vestra, ut aliis donatis monasterii predicti providetur, dum tamen inter nos, priorem et fratres dicti monasterii fueritis honeste et laudabiliter conversatus, concedentes et assignantes, ex speciali gracia, vobis quatuor libras turon., per vos anno quolibet percepturas a dicto monasterio, in omni vita vestra, pro vestibus vestris, habendo et faciendo voluntatem vestram; quas volumus per procuratores dicti monasterii vobis, anno quolibet, in omni vita vestra, exsolvi ex causa predicta, dum tamen, ut predictum est, inter nos, priorem et fratres dicti monasterii honeste fueritis ac laudabiliter conversatus. Retinemus tamen quod si, ut predictum est, in dicto monasterio et inter nos et priorem et fratres ejusdem monasterii vos non essetis honeste et laudabiliter conversatus, in eo casu, possimus vos a dicto monasterio expellere et etiam removere et quod extunc, non teneamur vobis in aliquo, nec vos nobis.

Actum fuit hoc apud Prolianum, anno Domini millesimo trescentesimo decimo nono, domino Philippo, rege Francorum et Navarre, regnante, et quinto idus decembris, in presencia et testimonio fratris Aymerici de Villaneria, fratris Bernardi Vasconis, fratris Bernardi Berengarii, dicti monasterii, domini Guillermi de Alanhano, presbiteri comorantis in dicto monasterio, Raymundi Giracosii, de Fanojovis, et magistri Bernardi Tornerii, publici notarii castri Sancti Felicis et tocius senescallie Tholasane et Albiensis, dicti domini regis, qui de predictis hanc cartam recepit et in suo protocollo registravit, et vice cujus ego, Bernardus Lapasse, clericus Biterrensis juratus dicti notarii, eandem scripsi. Ego vero, Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, me subscripsi et in tercia linea suprascripsi *vobis* et in vicesima secunda linea. a principio conputando, suprascripsi *dicti*, signoque meo solito signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

262 Prouille, 13 mars 1320.

Guillaume Arcis, de Fanjeaux, se fait donat du monastère et lui abandonne tous ses biens, avec quelques restrictions.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod ego, Guillermus Arcis, castri Fanijovis, attendens et considerans bona spiritualia que cotidie fiunt et fient in posterum, Domino concedente, in monasterio Beate Marie de Pruliano per fratres et sorores prefati monasterii, volens et obtans fieri particeps bonorum predictorum, me ipsum gratis facio et pronuncio donatum predicti monasterii, promitens vobis, domino fratri Ramundo Maurelli, priori predicti monasterii, nomine priorisse et tocius conventus ejusdem monasterii, stipulanti et recipienti, quod ego vobis et dicto monasterio et successoribus vestris ac fratribus et sororibus dicti monasterii ero, toto tempore vite mee, fidelis et legalis, et procurabo utilia dicti monasterii et evitabo dampna ejusdem, [pro] posse meo, donans pura, perfecta, simplici ac irrevocabili donacione facta inter vivos, vobis, domino priori predicto, nomine quo supra stipulanti et recipienti, centum libras turon. parvorum et percurribilium, pro anima mea et in reddemptionem meorum peccatorum et pro animabus dominorum Ramundi Arnaldi Arcis et Jacobe conjugum, parentum meorum condam, et pro anima Befayte, uxoris mee; quas centum libras turon. parvorum et percurribilium vos vel successores vestri aut procuratores prefati monasterii possitis, incontinenti post finem meam, habere, recipere et levare de bonis meis, sine exceptione quacumque ac etiam contradictione, quoniam omnia bona mea, mobilia et immobilia, presencia et futura, pro predictis centum libris dicto monasterio vel suis procuratoribus, incontinenti post finem meum, exsolvendo vobis, domino priori, predicto nomine quo supra, stipulanti et recipienti, ypotheco et obligo sub omni renunciacione juris et facti pariter et cauthela. Verumtamen, si contingeret me mori sine libero vel liberis a me procreatis aut sine aliqua ordinatione de bonis meis per me tunc facta, in eo casu, dictum monasterium in omnibus bonis meis, mobilibus et inmobilibus, presentibus et futuris, michi heredem universalem instituo, retentis tamen michi, dicto casu interveniente, centum libris turon. parvorum de dictis bonis meis, que distribuantur, dentur, persolvantur per vos, dominum priorem predictum, seu per vestros successores pauperibus Fanijovis et aliis qui de me juste conquerentur, pro anima mea et in reddemptionem peccatorum meorum, et sic tenere, attendere et complere et in nullo contravenire vobis,

domino priori predicto, nomine quo supra, stipulanti et recipienti, per meam bonam fidem prefinio et promito.

Et ibidem nos, frater Ramundus, prior predictus, recipimus vos, Guillermum Arci, predictum, in donatum monasterii supradicti, cum omnibus superius datis per vos dicto monasterio, juxta formam supradictam, concedentes vobis et Befayte, uxori vestre, licet absenti, nomine quo supra, participationem bonorum spiritualium que cotidie fiunt et fieri in posterum, Deo adjuvante, in dicto monasterio per fratres et sorores monasterii ejusdem, in omni vita vestra et dicte uxoris vestre pariter et in morte; promitentes nichilominus vos custodire et deffendere ut alios donatos monasterii supradicti, bona fide. Actum fuit hoc apud Prulianum, anno Domini millesimo CCC° vicesimo, domino Philippo rege Francie et Navarre, regnante, tertio ydus marcii, in presencia et testimonio fratrum Guillermi Seguerii, Aymerici de Villaneria presbiterorum, Bernardi Barba, Bernardi Berengarii, Nicholay Rocha, laycorum dicti monasterii, domini Guillermi de Alanhano, domini Johannis Jordani, presbiterorum comorancium in monasterio supradicto, et magistri Bernardi Tornerii, notarii publici castri Sancti Felicis et tocius senescallie Tholose et Albiensis dicti domini regis, qui de predictis hanc cartam recepit et in suo protocollo registravit, vice cujus et mandato, ego, Ramundus Crenerii, clericus juratus dicti notarii eandem scripsi et in vi[a] linea proxime conputanda, cancellavi cum punctis *Bernardi*. Ego vero, Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, me subscripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

263 Prouille, 16 avril 1320.

Arnaud Delmas, de Montlaur, chapelain du seigneur de Saissac, se fait donat de Prouille, promet de payer chaque année au monastère la redevance d'une livre de cire et de lui léguer, à sa mort, 10 livres tournois.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod ego, Arnaldus Mansi, de Montelauro, comitatus Fuxi, capellanusque capelle domini de Saxiacho, attendens et considerans bona spiritualia que, concedente Domino, fiunt et fient in posterum in monasterio Beate Marie de Pruliano per fratres et sorores monasterii ejusdem, volens [et] optans fieri particeps bonorum predictorum, me ipsum, gratis et ex certa sciencia, facio et pronuncio donatum monasterii supradicti, promitens, sub verbo sacerdotali, tibi, domino fratri Ramundo Maurelli, priori predicti monasterii, nomine priorisse et tocius conventus ejusdem stipulanti et recipienti, quod ero fidelis et legalis vobis et successoribus vestris et ipsi monasterio, procurando utilia predicti monasterii et evitando dampna ejusdem, [pro] posse meo, toto tempore vite mee; et in signum dicte donacionis, promito vobis, domino priori predicto, nomine quo supra stipulanti et recipienti, solvere, anno quolibet, predicto monasterio vel suis procuratoribus, in cujus monasterii semiterio meam eligo sepulturam, unam libram cere in festo Beati Dominici, et in fine meo decem libras turon., quas lego et dono monasterio antedicto et ad dictam libram cere, anno quolibet, et ad dictas decem libras turon., in fine meo prefato monasterio vel suis procuratoribus persolvendas, me et omnia bona mea, presencia et futura, ypotheco et obligo, sub omni renunciacione juris et facti pariter et cautela.

Et ibidem nos, prior predictus, nomine quo supra, recip[i]entes vos, dominum Arnaldum Mansi predictum, in donatum monasterii antedicti, sub condicionibus predictis, concedimus vobis participationem bonorum spiritualium que, concedente Domino, fiunt et fient in posterum monasterio predicto per fratres et sorores monasterii ejusdem, promitentes etiam [pro] posse nostro, personam vestram et res vestras deffendere et custodire ut donatum monasterii predicti receptum sub simili conditione. Actum fuit hoc apud Prulianum, anno Domini millesimo CCC° vicesimo, domino Philippo, rege Francorum et Navarre, regnante, XVI kalendas madii, in presencia et testimonio fratris Bernardi Barba, fratris Johannis de Rivocavo, fratris Bernardi Lerati, dicti monasterii, domini Petri d'Esshalabra, presbiteri de Forcia Ramundi Ferrandi, et mei, Bernardi Tornerii, [notari] publici castri Sancti Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui hanc cartam scripsi et signo meo signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 331.

264 Prouille, 31 mai 1322.

Guillaume de Barossa, de Saissac, se fait donat du monastère de Prouille et lui promet une redevance annuelle de 1 livre de cire et un legs de 50 livres de petits tournois.

Noverint universi quod ego, Guillermus de Barossa, de Saxiaco, attendens et considerans bona spiritualia que, concedente Domino, fiunt et fient in posterum in monasterio Beate Marie de Pruliano per fratres et sorores dicti monasterii, volens et optans fieri particeps bonorum predictorum, me ipsum facio et pronuncio donatum monasterii supradicti; in cujus siquidem donacionis signum, promito vobis, domino fratri Ramundo Maurelli, priori monasterii predicti, nomine ipsius monasterii ac tocius conventus ejusdem stipulanti et recipienti, dare et solvere, anno quolibet, vobis vel aliis procuratoribus dicti monasterii unam libram cere in festo Beati Dominici, et in fine meo, quinquaginta libras turon. parvorum, pro anima mea et pro animabus parentum meorum ac in redemptionem meorum peccatorum et parentum meorum predictorum, pro qua libra cere, anno quolibet sic exsolvenda, et pro dictis quinquaginta libris turon. parvorum dicto monasterio, in fine meo, solvendis predicto monasterio et vobis, domino priori predicto, nomine quo supra stipulanti et recipienti omnia bona mea, presencia et futura, ypotheco penitus et obligo sub omni renunciatione juris et facti pariter et cautela; promitens vobis, domino priori predicto, per meam bonam fidem, quod omnia supradicta tenebo et observabo et utilia dicti monasterii procurabo et inutilia evitabo posse meo (*sic*) toto tempore vite mee.

Et ibidem nos, frater Ramundus Maurelli, prior predictus, atendentes devotionem quam vos, Guillerme Barosse, habetis erga monasterium predictum, nomine quo supra, vos in donatum predicti monasterii recipimus, cum donatis per vos superius monasterio supradicto, et concedimus vobis et Ramunde, uxori vestre, licet absenti, de gracia speciali, participationem bonorum spiritualium que cotidie fiunt et fient in posterum in monasterio supradicto per fratres et sorores monasterii ejusdem, in omni vita vestra et sua pariter et in morte. Actum fuit hoc in dicto monasterio, anno Domini millesimo CCC° vicesimo secundo, domino Karolo, rege Francie et Navarre, regnante, secundo kalendas junii, in presencia et testimonio fratrum Petri Athonis,

Guillermi Petri Ariberti, Aymerici de Villaneria, presbiterorum, Johannis Rosaldi, Bernardi Lerati, Nicholay Rocha, laycorum monasterii supradicti, domini Arnaldi de Prexiano, vicarii ecclesie Sancti Martini de Limoso, domini Ramundi Armengaudi, rectoris ecclesie de Fontazellis, et mei, Bernardi Tornerii, publici notarii castri Sancti Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui requisitus hanc cartam recepi, scripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

265 Prouille, 29 novembre 1322.

Jacques Tinarela s'étant fait donat, avec entier abandon de ses biens au monastère, Raymond Maurel, prieur de Prouille, lui permet de conserver l'usufruit de ses biens et de pouvoir léguer jusqu'à 60 livres tournois.

Anno Domini millesimo trescentesimo vicesimo secundo, domino Karolo, rege Francorum et Navarre, regnante, III kalendas decembris, noverint universi quod, cum vos, domine Jacobe Tinarela, presbiter, feceritis vos donatum monasterii Beate Marie de Pruliano et donaveritis omnia bona vestra predicto monasterio, mobilia et inmobilia, presencia et futura, prout in instrumento dicte donacionis inde recepto per Jacobum Capella, notarium infrascriptum, continetur, ego, frater Ramundus Maurelli, prior predicti monasterii, nomine priorisse et conventus ejusdem monasterii, presentis et futuri, de concensu fratrum plurium dicti monasterii, concedo vobis, domino Jacobo Tinarela, presbitero predicto, quod vos, non ob[s]tante donatione per vos facta de bonis vestris predicto monasterio, tempore quo [vos] fecistis donatum predicti monasterii, possitis tenere habere et possidere, in omni vita vestra, omnia predicta bona, tantum nomine precario monasterii supradicti, et quod de omni usufructu et redditibus de dictis bonis per vos dicto monasterio datis, exheuntibus, possitis voluntatem vestram facere in dicta vita vestra; item, concedo vobis, nomine quo supra, quod in fine dierum vestrorum, possitis dare et distribuere cuicunque vel quibuscunque volueritis, de dictis bonis per vos datis predicto monasterio, et testamentum vestrum facere usque ad summam sexaginta librarum turon., et quod, si contingeret vos predicte ecclesie aliquo casu resignare, nomine quo supra, promito vobis providere in dicto monasterio in victu et in vestitu vestro, in omni vita vestra, sicut aliis donatis presbiteris dicti monasterii providetur. Acta fuerunt hec in predicto monasterio, in presencia et testimonio fratrum Petri Ati, Guillermi Petri de Arzenchis, Guillermi de Boeria presbiterorum, Bernardi Barba, Nicholay Rocha, Poncii Belli-Occuli, Germani Fabri, Arnaldi de Bosco, laycorum de ordine fratrum Predicatorum, domini Johannis Jordani, presbiteri de Villa Francha, Guillermi Bofilli, clerici de Fanojovis, et magistri Jacobi Capella, publici notarii Lauraci pro domino rege predicto, qui hanc cartam recepit et in protocollo suo registravit, vice cujus et mandato, ego, Jacobus Capella, clericus de Lauraco juratus ejusdem notarii, eandem scripsi. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, eandem subscripsi et solito signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.

266 Ramondens, 25 mars 1331.

Pierre Rubey, de Saissac, se fait donat au monastère de Prouille, promet de lui payer chaque année, à la fête de saint Dominique, une demi-livre de cire et à la fin de sa vie, 20 livres tournois et donne à Prouille hypothèque sur ses biens [1].

Actum fuit hoc in grangia de Ramundenchis prefati monasterii, anno Domini M°CCC° tricesimo primo, domino Philippo, rege Francorum, regnante, octavo kalendas aprilis, in presentia et testimonio fratrum Benedicti de Volcassio, Guillelmi d'Esshalabra, Ramundi Guitardi dicti monasterii, Petri Ortiga, Jacobi Espinasseria, de Saxiaco, Godafredi Augerii, de S. Dyonisio, et mei, Bernardi Tornerii, publici notarii castri S. Felicis et totius senescallie Tholosane et Aldiensis domini regis — (*formule ordinaire et signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 332.

---

1. Même formule que dans les documents précédents, n°s 263 et 264.

VI. FONDS DE PROUILLE

*** 267** 1211.

Hugues de Rieux donne à S. Dominique une petite pièce de terre près la fontaine de Prouille.

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 268** 1211.

Isarn Bola donne à S. Dominique une maison dans l'enclos de Prouille.

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 269** 1211.

Bernard donne à S. Dominique une pièce de terre au Vieux Château de Prouille.

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 270** 1211.

Bernard Hugues donne à S. Dominique et au monastère de Prouille un fief sis à Prouille au lieu dit la Strade.

(Papiers Fortia d'Urban.)

271 22 avril 1212.

Bernard Macip vend au monastère, pour 19 sous melg., un droit d'usage qu'il tenait de Guillaume de Durfort sur le moulin de la Roquète.

Notum sit omnibus hominibus haec audientibus quod ego, Bernardus Macip, per me et per omnes successores meos, bono animo ac spontanea voluntate, et sine omni dolo, in perpetuum, vendo et re ac titulo

perfectae venditionis, trado, sine omni meo meorumque retentu, tibi, Dominico Oxomensis (*sic*) canonico, et abbatiae sanctae Mariae de Prolano et cunctis fratribus et sororibus, praesentibus et futuris, ibi Deo et Sanctae Mariae de Prolano servientibus, unum diem quem habeo in molendino de la Roqueta quem tenebam a Guillelmo Durfort; et in bonam et firmam possessionem illius, cum hac praesenti carta, vos et vestros semper mitto pro novem decem solidis melgoriensibus, de quibus me a vobis bene per pacatum teneo; et si modo magis valet seu in futurum magis valebit isto pretio [1], quod mihi dedistis, totam illam [magis] valentiam dono vobis et vestris in perpetuum, jure bonae et perfectae donationis et titulo merae liberalitatis, ad omnem vestram voluntatem faciendam quolibet modo volueritis, et ero vobis et vestris inde semper bonus guirens de totis amparatoribus sine dolo.

Testes hujus rei sunt : Petrus Clerici et frater ejus, Arnaldus Clerici, Petrus de Morterio, Amalricus de Meuslen, francigena. Facta carta ista decimo kalendas maii, feria secunda, anno ab incarnatione Christi M°CC°XII, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 17.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 381.

272

Penne d'Agen, 16 juillet 1212.

Simon de Montfort confirme à S. Dominique et au monastère de Prouille la possession des biens que R. de Mauvoisin leur avait donnés.

Sciant tam presentes quam futuri, quod ego Symon, comes Leycestrie, dominus Montisfortis, Bitterensis et Karcassensis vicecomes, dedi et concessi dilecto meo, R. Malovicini, totam hereditatem Willelmi de Duroforti in domibus, in vineis, in agris, in quartis, in ortis cum pertinentiis universis, que sunt apud Phanum Jovis et apud Pruilanum, *ubicumque dictus W. quicquam habuit* [2]. Que omnia idem R. dedit in elemosinam postea et concessit, pro redemptione anime sue et mee, Sancte Marie de Pruilano et habitatoribus dicte domus perpetuo possidenda. Quod ut ratum haberetur, ad petitionem utriusque partis, presentem cartam feci sigilli mei munimine roborari. Datum in obsidione Penne in Agennensi, anno Domini M°CC°XII, xvi kalendas augusti.

Original : Bibl. munic. de Carcassonne.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 315.

272 *bis*

Penne d'Agen, 5 août 1212.

Nouvelle rédaction de l'acte précédent.

Symon, comes Leycestrie, dominus Montisfortis, Bitterensis et Karcassensis Dei providentia vicecomes, omnibus ad quos presentes littere pervenerint, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos dedi-

1. Ms : *praedicto*. — 2. En surcharge.

mus et concessimus dilecto nostro, R. Malovicini, totam hereditatem W. de Duroforti in domibus, in vineis, in agris, in quartis et in ortis cum pertinenciis universis, ubicumque dictus W quicquam habuerit, que omnia idem R. dedit in elemosinam postea et concessit, pro redemptione anime sue et nostre, S. Marie de Pruilano et habitatoribus dicte domus perpetuo possidenda. Quod ut ratum haberetur atque perpetuo inconcussum, ad petitionem utriusque partis, presentem paginam sigillo nostro fecimus roborari. Datum apud Pennam in Agennensi, nonis augusti, anno Domini M°CC°XII.

Original : Arch. de l'Aude, H, 339.
Imprimé : Balme, *Cartulaire de S. Dominique*, t. I, p. 314.

273

Les religieuses de Prouille revendiquent en 1260, les biens qui leur avaient été donnés, en 1212, par Mauvoisin.

— Item significant dicte sorores quod dominus Robertus Malovicinus dedit sororibus Proliani, amore Dei et pro redemptione anime sue, consilio domini comitis Montisfortis, hereditatem totam que fuerat G. de Duroforti faiditi, que bona erant commissa dicto domino comiti pro faidimento dicti G., quecumque et ubicumque essent. Quam hereditatem totam habuerunt predicte sorores et tenuerunt, donec B. Hugo de Festa, injuste et sine causa, de quatuor sextariis bladi meithadenchi, medietatem frumenti et aliam medietatem ordei, quos habebant apud Callavum et accipiebant in casalatico dels Peusenes, dictas sorores spoliavit et dictos quatuor sextarios habuit et per vim cepit, usque ad adventum domini S. de Bellomonte. Et tunc gentes domini regis, pro faidimento dicti B. Hugonis, hereditatem quam habebat, sub dominio domini regis, ad manum domini regis posuerunt, cum qua hereditate dicti B. dictos quatuor sextarios saisierunt, quos adhuc tenet dominus rex.

Imprimé : Dom Vaissète, *Histoire du Languedoc* (éd. Molinier), t. VII, p. 258 (notes).

274 Septembre 1212.

Ermesende, fille d'Arnaud Fabre, vend, pour 60 sous melg., à S. Dominique et au monastère de Prouille une pièce de terre située près de l'église de S. Martin.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus, quod ego, Ermesendis, que fui filia Arnaldi Fabri, non vi vel metu ad hoc adducta nec aliqua deceptione decepta, sed bono amimo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum, vendo, sine omni meo meorumque retentu, pro LX solidis melgoriensium, tibi, Dominico, Oxomensis canonico, et abacie de novo facte Sancte Marie de Prolano, et omnibus fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ibi Deo et Sancte Marie servientibus, quamdam peciam terre sub ecclesia S. Martini, que affrontat se ab altano in rivo de Sidonia, et a meridie in terra que fuit Poncii Lauri, et a circio in via, et ab aquilone in via. Et si magis valet, seu in futurum magis valebit predicta terra isto precio predicto quod michi dedistis, ad meam voluntatem, totam illam magis valentiam dono vobis et vestris

et abacie predicte, in perpetuum, jure bone et perfecte donacionis et titulo mere liberalitatis, et ego ero vobis inde semper bona guirens ab omnibus amparatoribus sine omni vestro dolo; quod nisi esse potero, reddam vobis, in pace et sine omni placito, predictos LX solidos melgoriensium bonos et bene mutabiles, et melioramentum quod ibi feceritis, bona fide; et laudo et dono hoc vobis habere super omnia bona mea, mobilia et immobilia, que habeo et habebo ad vestram noticiam, que omnia possitis pignorare, donec totum vobis compleatur, quia ego dono vobis licentiam et potestatem pignorandi sine querimonia quam inde alicui non faciam.

Testes hujus rei sunt : Martinus Arvei, Petrus Raimundi de Fromiaco, Raimundi Bucca-Asini, P. de Fromiaco, Arnaldus Coti. Facta carta ista mense septembris, feria IIª, anno ab incarnatione Christi M°CC°XII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 345.
IMPRIMÉ : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 330.

275 22 octobre 1212.

Guillaume Deregat vend, pour 2 sous melg., à S. Dominique et au monastère de Prouille, les droits qu'il tenait de Guillaume de Durfort sur le moulin de la Roquète.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus, quod ego, Guillelmus Deregat, per me et per omnes successores meos, bono animo et sine omni dolo, solvo et derelinquo, sine omni meo meorumque retentu, in perpetuum, ecclesie S. Marie de Prolano et Dominico, Oxomensis canonico, et omnibus fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ibi Deo et Sancte Marie servientibus, totum meum jus et nostram partem et nostram rationem quam habeo et habere debeo, aliquo jure seu aliqua racione, in molendino *de la Roqueta*, sicuti tenebam de Guillelmo Durfort, vos qui habetis suum honorem ; et propter hoc, habui a vobis II solidos melgoriensium; et ero vobis bonus guirens inde de totis amparatoribus qui, pro occasione mei, ibi aliquid amparaverint.

Testes hujus rei sunt : Guillelmus Arnaldi Gibolevi, Arnaldus Coti, R. d'Esculencs, Guillelmus Petri d'Entolsa, Guillelmus Rozaldi. Facta carta ista XIª kalendas novembris, feria IIª, anno ab incarnatione Christi M°CC°XII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Ordre à Rome.
IMPRIMÉ : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 336.

276 22 octobre 1212.

S. Dominique acquiert, pour le même prix, un droit de mouture semblable qu'avaient acheté sur le même moulin, les deux frères Bernard et Arnaud Rouzaud.

(*Même formule que dans le document précédent.*)

Testes hujus rei sunt : Guillelmus Petri d'Entolsa, Guillelmus de Montredon, Arnaldus de Carcassona, Guillelmus Fabri.

Facta carta ista XI^a kalendas novembris, feria II^a, anno ab incarnatione Christi M°CC°XII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

Original : *Ibidem.*
Imprimé : *Ibidem,* p. 338.

277 24 octobre 1212.

Pierre Canals vend, pour 20 sous melg., à S. Dominique et au monastère de Prouille, une petite pièce de terre à la fontaine de Prouille.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus, quod ego, Petrus Canals, per me et per omnes successores meos, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum vendo et trado, sine meo meorumque retentu, pro XX solidis melgoriensium, ecclesie et abacie de novo facta (*sic*) S. Marie de Prolano et Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus presentibus et futuris, ibi Deo et Sancte Marie servientibus, quamdam peciculam terre, in decimario ejusdem ecclesie S. Marie, ubi vocatur *ad fontem de Prolano*; que affrontat se ab altano in terra de las Sicardas, et a meridie in via, et a circio in terra S. Marie de Prolano, et ab aquilone in rivo; et si magis modo valet seu in futurum magis valebit isto precio predicto, quod michi dedistis, totam illam magis valentiam [dono vobis et vestris] [1] et ecclesie S. Marie de Prolano in perpetuum, jure bone [et] perfecte donationis et titulo [mere liberalitatis] : et de totis amparatoribus qui ibi, pro occasione mei, amparaverint, ero inde semper bonus guirens sine omni dolo.

Testes hujus rei sunt : Ramundus de Vilario, Guillelmus Petri d'Entolsa, Arnaldus Tocabou, Arnaldus Teulers de Prolano. Facta carta ista VIII kalendas novembris, feria V^a, anno ab incarnatione Christi M°CC°XII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

Original : Arch. de l'Aude, H, 339.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 340.

---

1. Les mots entre crochets ont dû être suppléés d'après des actes analogues parce que, à ces endroits, l'écriture du parchemin est effacée.

278 5 décembre 1212.

Enguerrand de Boves donne un moulin à vent à S. Dominique et au monastère de Prouille.

Notum sit omnibus hominibus haec audientibus, quod ego, Ingelranus de Bova, motus amore Dei et Beatae Mariae, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum dono et trado, sine omni meo meorumque retentu, Domino Deo et Sanctae Mariae de Prolano et, loco ipsius et abbatiae de novo factae, et Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus praesentibus et futuris, ibi Deo et Sanctae Mariae et monasterio de Prolano servientibus, pro redemptione animae meae et parentum meorum, molendinum venti quod fuit Raymundi de Gramazia et Pictavini Arvei in warentena, quae fuit de illis de Villario, scilicet totum meum jus quod habeo in isto molendino praedicto, quod eo reaedificavi, et emi medietatem quam Raymundus de Gramazia ibi habebat, ut habeant et teneant et semper possideant, ad suam voluntatem semper faciendam, sicut ego melius facere debebam.

Testes hujus rei sunt : Guillelmus, capellanus anglicus, magister Bernerius, Arnaldus Ortiguerius. Facta carta ista nonis decembris, feria quarta, anno ab incarnatione Christi millesimo ducentesimo decimo secundo, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 13.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 353.

*** 279** 1212.

Pons des Pujols donne à S. Dominique et au monastère une maison au Vieux Château de Prouille.

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 280**

Noble Pélerin d'Amones et Michel Recas donnent à S. Dominique et au monastère de Prouille un jardin, des maisons et des vignes, pour le labourage d'une paire de bœufs, sur le territoire d'Alzonne, non loin de Prouille.

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 281** 1212.

Guillaume d'Escueillens donne à S. Dominique et au monastère deux maisons dans l'enclos de Prouille.

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 282** 1212.

Usalguier de Fenouillet et son frère Raynès donnent à S. Dominique et au monastère de Prouille quelques censives et hommages qu'ils possèdent à Montréal, au lieu dit *al Basser*, non loin de Prouille.

(Papiers Fortia d'Urban.)

283 14 mai 1213.

Isarn Bola vend, pour 40 sous melg., à S. Dominique et au monastère de Prouille, des rentes qu'il possédait sur plusieurs terres près de Prouille.

Notum sit omnibus hominibus haec audientibus, quod ego, Isarnus Bola, per me et per omnes successores meos, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum vendo et re ac titulo perfectae venditionis, trado abbatiae Sanctae Mariae de Prolano et domino Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus, praesentibus et futuris, ibi Deo et Sanctae Mariae de Prolano servientibus, unum sextarium ordei et duas gallinas quos debebam habere annuatim de campo quem a me tenebat Bellushomo a Prola; qui affrontat se ab altano in Sidonia, et a meridie in campo Petri Martini Lambert, et a circio et ab aquilone in terra Bernardi Durfort. Et vendo vobis similiter sex denarios melgorienses, quos habebam in campo, quem a me tenebat Guillelmus Grimaudi *a fontanas*, qui affrontat se a circio in via, et ab aquilone in via. Et vendo vobis similiter omnia alia mea jura et dominationes quae in praedictis duobus campis habebam et habere debebam; et in bonam ac firmam possessionem illorum vos et vestros semper, cum hac carta, sine omni meo meorumque retentu, mitto pro quadraginta solidis melgoriensibus, de quibus a vobis bene perpaccatum me teneo. Et si modo magis valent seu in futurum magis valebunt isto precio praedicto, quod mihi dedistis, totam illam magis valentiam dono vobis et vestris in perpetuum, jure bonae [et] perfectae donationis et titulo merae liberalitatis, et ero vobis et vestris inde semper bonus guirens de totis amparatoribus sine omni dolo.

Testes hujus rei sunt: Bernardus Augerii, Guillelmus Sirvent, Petrus Clerici juvenis, Guillelmus de Viridario et filius ejus, Rogerius de Viridario. Facta carta ista secundo idus maii, feria tertia, anno ab incarnatione Christi millesimo ducentesimo decimo tertio, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 16.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 385.

284 19 mai 1213.

Guillaume et Raymond Aimery vendent, pour 70 sous melg., à S. Dominique et au monastère de Prouille une petite pièce de terre sise au Château-Vieux de Prouille.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus [1] quod ego, Guillelmus, [et ego Rai]mundus Aimerici, simul ambo, per nos et per omnes successores nostros, bono animo ac spontanea vo[luntate et sine om]ni dolo, in perpetuum vendimus, et jure et titulo perfecte vendicionis tradimus, sine omni meo meorumque re[tentu, ecclesie Sancte Ma]rie de Prolano et loco et abacie ipsius, et domino Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus [et futu]ris, ibi Deo servientibus, quamdam peciculam

1. Les notes entre crochets suppléent des lacunes du parchemin.

terre, *ad castrum vetus*; que affrontat se ab altano in rivo, et in meridie in terra Ugonis de Rivis, et a circio in terra dels Rigaudz, et ab aquilone Guillelmi Stephani. Istam predictam peciam terre, sicut a predictis affrontationibus includitur, et sicut tenuimus et habuimus, vobis et vestris in perpetuum vendimus, et in bonam et firmam possessionem illius vos et vestros semper, cum hac presenti carta, sine omni nostro nostrorumque retentu, mittimus, pro LXX solidis melgor. Et si modo magis valet, seu in futurum magis valebit isto precio predicto quod nobis dedistis, totam illam magis valentiam damus vobis et vestris in perpetuum, jure bone, perfecte donationis et titulo mere liberalitatis. Et nos et nostri erimus vobis et vestris inde semper boni guirentes de totis amparatoribus sine omni dolo, et pro nostris fratribus similiter quibus faciemus laudari, sine omni dolo, predictam vendicionem bona fide; et laudamus vobis habere hec super omnia bona nostra que habemus et habebimus.

Testes hujus rei sunt: Isarnus Picarela, Poncius Ademarii, Arnaldus de Gleno, Bernardus de Burgo, Sicardus Pelets. Facta carta ista XIIII kalendas junii, feria prima, anno ab incarnatione Christi M°CC°XIII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

Original : Arch. de l'Aude, H, 339.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 387.

285 26 mai 1213.

Arnaude Laure et sa sœur vendent, pour 20 sous melg., à S. Dominique et au monastère de Prouille une petite pièce de terre près de la fontaine de Prouille. Isarn Bola confirme cette vente et abandonne le droit de quart qu'il avait sur cette terre.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus, quod ego, Arnalda Laura et ego... ra Laura, ejus soror, que fuimus filie Arnaldi Lauri, nos ambe simul, per nos et omnes successores nostros, non vi vel metu ad hoc adducte nec aliqua deceptione decepte, set bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum vendimus, et re ac titulo perfecte vendicionis, tradimus, sine omni nostro retentu, Sancte Marie de Prolano et loco et abacie ipsius, et domino Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ibi Deo servientibus, quamdam peciam terre juxta fontem Sancte Marie de Prolano; et in possessionem illius eos et suos semper, cum hac carta, sine nostro nostrorumque retentu, mitimus, pro XX solidis melgor., de quibus nos bene perpacatas tenemus; et si magis valet seu in futurum magis valebit isto precio predicto, quod nos inde habuimus, totam illam magis valentiam damus illis in perpetuum, jure bone, perfecte donationis et titulo mere liberalitatis; et erimus inde semper bone guirentes de totis amparatoribus, qui, pro nobis vel occasione nostri, amparaverint. Et predicta terra affrontat se ab altano in terra Guillelmi Rostanni, et a meridie in via, et a circio in terra que fuit Petri Canal, et ab aquilone in rivo de Sidonia. Et hoc fecimus consilio Isarni Bola a quo tenebamus ad quartum.

Igitur ego, Isarnus Bola, per me et per omnes successores meos, bono animo et sine omni dolo, laudo et concedo predictam vendicionem, sicut facta est; et dono in perpetuum, sine omni retentu, Sancte Marie de Prolano et loco et abacie ipsius et domino Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sorori-

bus, presentibus et futuris, ibi Deo servientibus, totum cartum et dominium et jus que ego habebam et habere debebam in predicta pecia terre, ad omnem suam voluntatem semper faciendam; et ero inde semper bonus guirens de totis amparatoribus, sine omni dolo; et hec omnia facio pro amore Dei et redemptione anime mee. Testes hujus rei sunt: Petrus Recort, Guillelmus de Viridario et filius ejus, Rogerius, Guillelmus Turcs et Arnaldus God. Facta carta ista VII kalendas junii, feria prima, anno ab incarnatione Christi M°CC°XIII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 339.
IMPRIMÉ : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 391.

*** 286** 1213.

Ebrard de Villepreu donne à S. Dominique et au monastère de Prouille 8 sétérées de terre au Château-Vieux de Prouille.

(Papiers Rouhart.)

*** 287** 1213.

Ebrard de Villepreu donne à S. Dominique et au monastère 40 sous de censive sur une terre sise à Prouille.

(Papiers Rouhart.)

288 1er février 1214.

Martin Rigaud vend, pour 27 sous melgoriens, à S. Dominique et au monatésre de Prouille, une petite pièce de terre.

Notum sit omnibus hominibus haec audientibus, quod ego, Martinus Rigaudi, per me et per omnes successores meos, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum vendo et trado, sine omni meo meorumque retentu, pro viginti septem solidis melgor., de quibus me bene perpaccatum teneo, ecclesiae Sanctae Mariae de Prolano et loco et domui ipsius ecclesiae, et fratri Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus, praesentibus et futuris, ibi Deo et Beatae Mariae, matri ejus, servientibus, quamdam peciculam terrae, 'et in bonam et formam possessionem illius', cum hac praesenti carta eos et suos mitto, sine omni meo meorumque retentu, ad suam notitiam et ad suam voluntatem faciendam; et si modo magis valet seu in futurum magis valebit isto precio praedicto, quod mihi dederunt, totam illam magis valentiam dono eis et suis et ecclesiae Sanctae Mariae de Prolano in perpetuum, jure bonae, perfectae donationis et titulo merae liberalitatis; et ero bonus guirens inde de totis amparatoribus bona fide.

Testes hujus rei sunt : Guillelmus Faber de Faris, Guillelmus Petri d'Entolsa, Raimundus de la Sala, Rubeus Guillelmus Membratze de Vilario. Facta carta ista kalendis februarii, feria septima, anno ab incarnatione Christi millesimo ducentesimo decimo tertio, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

COPIE : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 19 v°
IMPRIMÉ : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 420.

289 24 octobre 1215.

La famille Babou abandonne à S. Dominique et au monastère de Prouille, tous les droits qu'elle avait sur la Mote du Vieux-Château à Prouille.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus, quod ego, Arnaldus de Babo, et ego, Rubeus de Babo, ejus frater, et meus filius, Petrus, simul per nos et per omnes successores nostros, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum solvimus et damus, sine omni nostro nostrorumque retentu, ecclesie Sancte Marie de Prolano, pro Dei amore, et priori ejusdem loci et fratribus et sororibus omnibus, presentibus et futuris, ad sui noticiam et ad voluntatem suam semper faciendam, totum illud jus et totam illam partem quod nos habuimus et tenuimus, aliquo jure seu aliqua qualibet voce vel racione, in Mota Castri veteris; et si aliquis homo vel femina aliqua ibi, pro nobis vel pro occasione nostri, aliquid amparaverint, nos erimus et nostri semper boni guirentes bona fide.

Testes ejus rei sunt : Arnaldus capellanus in Vilario, Bernardus Augerii, Guillelmus Petri Tolsa, Sicardus Pelets, Raimundus Gascs, Monerius Elias, filius Arnaldi Textoris. Facta carta ista XIII kalendas novembris, feria VII[a], anno ab incarnatione Christi M°CC°XV, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

Original : Arch. de l'Aude, H, 340.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 541.

*** 290** 1215.

Adam Beros donne à S. Dominique et au monastère de Prouille des vignes sises à Prouille.

(Papiers Rouhard.)

*** 291** 1215.

Maurel et Raymond Maurel vendent à S. Dominique et au monastère de Prouille une terre sise au Vieux-Château de Prouille.

(Papiers Rouhard.)

292 11 janvier 1218.

Cerdana, veuve de Guillaume Calvet, et ses enfants abandonnent au monastère de Prouille tous leurs droits sur la terre de Jonquières, au dimaire de S. Martin.

Notum sit omnibus hec audientibus, quod ego, Cerdana, que fui uxor Guillelmi Calveti, et nos, infantes ejus, Arnaldus Calveti et Guillelma et Rixendis et Arsendis, nos quinque simul, per nos et per omnes successores nostros, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum, solvimus et diffini-

mus et damus in perpetuum, sine omni nostro nostrorumque retentu, Domino Deo et Sancte Marie de Prolano, et fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ibi habitantibus et Deo servientibus, totum illud jus quod habemus et habere putamus, aliquo jure seu alia racione seu voce vel consuetudine, in tota illa terra de *la Joncquiera*, que est in decimario sancti Martini ; que affrontat se ab altano in terra Bernardi Aretnar, a circio in rivo de Sidonia, a meridie in terra dels Templers, ab aquilone in terra que fuit Isarni Ficarela. Et facimus firmum pactum Domino Deo et S. Marie de Prola et tibi, priori Natali ejusdem loci, et fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ejusdem loci quod nos jam amplius contra istam solutionem et diffinitionem et donationem non veniemus, nec facere possimus, nec homo vel femina, nostro consilio vel ingenio, promittimus ; et si quod jus vel aliqua lex seu aliqua consuetudo in hoc nobis proficere in presenti potest vel in futuro poterit, illi omnino gratis in perpetuum renunciamus.

Igitur ego, Natalis, prior de Prolano, per omnes fratres et sorores de Prola et per me, dono tibi, Cerdane predicte, et infantibus tuis predictis, Arnaldo Calveti et Rixendi et Arsendi et Guillelme et filiis duobus quos modo habet, Petro et Guillelmo, solummodo in vita vestra de vobis septem, quartam partem predicte terre, pro Dei amore, tali modo ut, post mortem vestram de vobis septem, sine omni obstaculo et sine omni impedimento, revertatur et remaneat S. Marie de Prolano et priori et fratribus et sororibus ejusdem loci ; et nos interim erimus vobis inde boni guirentes bona fide, Deo dante ; et hoc facimus tali conventione ut annuatim, in festo Natalis Domini, detis nobis III denarios melgor., pro servicio inde, quamdiu tenueritis de fratribus et sororibus de Prolano,

Testes hujus rei sunt : Raimundus de Vilario, Guilabertus capellamus d'Orsanz, Isarnus Bola, Guillelmus Petri Tolsa. Facta carta ista III idus januarii, feria V, anno ab incarnatione Christi M°CC°XVII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 340.
IMPRIMÉS : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 149.

293 avril 1223.

Plusieurs témoins affirment sous serment que le chevalier Navar a donné au monastère la moitié de sa condamine de Las Croses.

Anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio incarnationis dominicae, notum sit omnibus hominibus, tam praesentibus quam futuris, quod ego, Guillelmus Aimericus, vidi et audivi quod Navarrus, miles, dedit, pro amore Dei et pro redemptione animae suae, Domino Deo et Beatae Mariae de Prolano et fratribus et sororibus ibi habitantibus, praesentibus et futuris, medietatem condaminae *de Las Crosas* et omnes fructus inde exituros. Hoc donum, sicut superius scriptum est, dedit sine omni retentu, quod non fecit sibi nec homini nec fœminae post se; et hoc juro super sacrosancta quatuor Evangelia verum esse. Bernardus de Podiocano dixit idem.

Ego, frater R. Garda, canonicus et sacerdos Beatae Mariae de Prolano, audivi dicere praedicto Navarro et confiteri quod dedit medietatem praedictae condaminae Domino Deo et Beatae Mariae de Prolano et fra-

tribus ac sororibus ibi habitantibus, praesentibus et futuris. Ego, frater David, audivi idem, et ego, frater Guillelmus, coquinarius, audivi idem.

Ego, Bernardus de Lato, audivi dicere et confiteri praedicto Navarro quod dedit medietatem praedictae condaminae Domino Deo et Beatae Mariae de Prolano et fratribus ac sororibus ibi habitantibus, praesentibus et futuris, et hoc juro esse verum, super sacrosancta quatuor Evangelia. Arnaldus Grimaldus juratus dixit idem. Poncius Martellus juratus dixit idem.

Hujus rei sunt testes : frater Natalis, canonicus de Prolano, frater Vitalis, canonicus, Bernardus Mamella, capellanus de Morterio, Gasconus, Petrus de Nauria. Facta carta ista, mense aprilis, feria prima, regnante Philippo rege. Raimundus Siguerius scripsit.

Copie : Bibl. Nat., coll. Doat, t. 98, f° 59.

294 novembre 1223.

Echanges de terres entre le monastère et la famille God.

In nomine Domini. Notum sit omnibus hominibus hec audientibus quod ego, Arnaldus God, per me et per filios meos, quibus debui et debeo facere laudare, et ego, Petrus God, nepos ejus, per me et per omnes successores meos, dedimus et mutuavimus Domino Deo et B. Marie de Prolano et tibi, priori fratri Guillelmo Clareti, et omnibus fratribus et sororibus ejusdem domus, presentibus et futuris, illam terram que adjacet, ex una parte, in rivo Sesonie et ex altera parte, in ciminterio S. Marie de Prolano ; et attingit a terra que fuit dels Babos usque ad terram que fuit Bernardi Augerii. Quam terram tenemus a Petro Martini de Onosio et filia sua, Cerdana, quibus debebamus dare, propter predictam terram, in quolibet anno, I denarium usualem. Totum hoc donum fecimus et facimus propter terram que fuit Isarni Bola, quam terram habuit in pignus Petrus Resplandi, quam terram prior predictus, frater G. Clareti, et fratres et sorores predicte domus dederunt nobis pro mutuo terre nostre. Et terra predicta que fuit Isarni Bola, affrontat se ab altano in terra que fuit Ugonis de Rivo, et in terra que fuit Isarni Bernardi, et in terra Floriane et in terra que fuit Petri Ugonis de Nabona, et in terra Beringirarie (*sic*) Afinlera, et ab aquilone, in terra Isarni de Prolano, et in terra que fuit Petri Ugonis de Nabona. Totum predictum donum, quod superius nos, supradicti Arnaldus God et P. God, nepos ejus, domui Prolani et habitatoribus fecimus, qualicumque modo, sive causa donacionis sive mutuacionis sive absolucionis, volumus et concedimus quod eis in perpetuum valeat, sine omni retentu, quod non fecimus nobis nec alii homini vel femine ; et de hoc dono et absolucione sive mutuacione, erimus predictis fratribus et sororibus boni guirentes ab omnibus amparatoribus ex parte feudi. Et est sciendum quod propter terram istam, debemus dare, in uno quoque anno, in Natali Domini, predictis fratribus et sororibus, unum denarium tolosanum et foriscapium vendicionis sive impignoracionis, si nos voluerimus eam vendere vel impignorare, sicut continetur in carta nostra, quam fecit nobis M. de Onosio, quando dedit terram ad feudum.

Et nos supradicti, scilicet G. Clareti, prior Prolani, et fratres et sorores ejusdem predicte domus, per nos et per omnes successores nostros, damus et concedimus vobis, Arn. God et filiis vestris et Petro God et

omnibus successoribus vestris, predictam terram [1] ┼ sicut superius dictum est, sicut a predictis affrontationibus includitur, et erimus vobis et vestris boni guirentes, in perpetuum, de omnibus amparatoribus ┼ que fuit Isarni Bola.

Hujus rei sunt testes : frater Guiraldus d'Asparos et frater Vitalis, et frater Guillelmus de Podio Laurencio et Raymundus Vitalis et Raimundus de Podialibus et Johannes de Cofinal et Guillelmus Aimerici et R. Belisen. Facta carta ista mense novembris, in die dominica, anno ab incarnatione Domini M°CC°XXIII°. Raymundus de Vilario scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 340.

295 février 1223 [2].

Cavaers, de Fanjeaux, donne, sous certaines conditions, la Mote de Prouille au monastère.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus quod ego, domina Cavaeris, per me et per omnes successores et heredes meos, presentes et venturos, non vi vel metu ac hoc adducta, nec aliqua deceptione decepta, sed bono animo ac spontanea voluntate, dono in perpetuum totam Motam de Prolano integriter, sicut dividitur de terra usque ad celum, in qua molendinum venti est, cum exitu et introitu ejus et cum omnibus suis pertinenciis tibi, Guillelmo Clareti, priori de Prolano, et omnibus fratribus et sororibus domus Prolani, presentibus et venturis, et in plenam possessionem et eternam, cum hac presenti carta in perpetuum vobis et vestris valitura, vos mitto et successores et omnes heredes de domo Prolani et cui vel quibus dare vel dimittere, vendere seu impignorare volueritis, ad omnem vestram voluntatem inde faciendam in omni tempore. Tali pacto hoc facio ut vos et vestri detis michi et meis, pro servicio predicte mote, annuatim in festo Natalis Domini, duas gallinas. Et habui inde a vobis, pro acapito, v solidos tolos., de quibus bene perpacatam me teneo. Quod si vendere vel impignorare predictam motam volueritis, meo consilio debetis facere et ego et mei laudabimus cui voluerimus, salvo nostro dominio, sicut predictum est et ex uno quoque solido venditionis, uno denario et de solidis pignoris uno obolo, et erimus inde nos et nostri vobis et vestris boni et legitimi guirentes in omni tempore ab omnibus amparatoribus sine omni inganno.

Testes hujus rei sunt : fratres Guiraldus Esparronus et frater Guillelmus Cosinerius et Petrus Rogerius Picarella et Arnaldus de Rivo et Petrus Roengas. Facta ista carta in mense februarii, feria prima, regnante Ludovico, rege Francorum, anno ab incarnatione Christi M°CC°XXIII. Petrus Arveus mandato omnium predictorum, scripsit.

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 340.

---

1. Ce signe marque une omission dans le texte qui est comblée plus bas, à la fin de l'alinéa, au même signe.
2. Ancien style : en réalité *février 1224*.

296 4 septembre 1224.

Galard de Fanjeaux donne aux sœurs de Prouille un de ses serfs, Pierre Raymond de Castlar, avec sa famille, sous certaines conditions, et il l'oblige à payer, chaque année, au monastère huit setiers de vin blanc.

In Dei nomine, anno nativitatis ejusdem millesimo ducentesimo, vicesimo quarto, regnante rege Ludoyco, pridie nonas septembris, sit notum cunctis hec audientibus, quod ego, Galardus de Fanojovis, gratis et fide bona, per me et per omnes heredes et successores meos, presentes atque futuros, et per omnem posteritatem meam et prolem, exclusa machinatione, non utique circumventus in aliquo, sed mea spontanea voluntate et cum multa animi deliberatione, cum hac carta in perpetuum valitura publica, dono, intuitu divini amoris et pro redemptione anime mee et animarum parentum meorum, et solvo et diffinio et omnino, nunc et semper, desimparo atque trado irrevocabiliter Domino Deo et B. Marie de Prolano, monasterio et tibi, Guillelmo Clareti, priori ejusdem monasterii, et [cuncto conven]tui sive congregationi et fratribus et sororibus ejusdem monasterii, presentibus et futuris, videlicet te, Petrum Raimundum de Castlario, et omnem prolem et posteritatem ex te jam natam et nascituram, et omnia tua et ejusdem prolis sive posteritatis tue habita et habenda ///// honoris et pecunie, mobilia et immobilia, quecumque et ubicumque sint vel fuerint, sive de te vel per te debent vel possunt evenire, quocumque modo vel voce, usque in finem seculorum; et omne jus et seniorivium quod in te vel in tua posteritate vel prole habebam vel debebam habere aut videbar posse exercere, juste vel injuste, sive alio quocumque modo vel facto, michi et meis subtraho et me ex te, Petro Raimundo, et tua posteritate et prole et rebus et bonis vestris penitus evacuans, cum corporali possessione transfero atque transpono, absque omni mea et meorum retentione, in jus et proprietatem et dominium et seniorivium prefati monasterii, in manu et sub regimine tui, Guillelmi Clareti, et tuorum successorum et omnium fratrum et sororum ipsius monasterii, presentium et futurorum, et [etiam omne] jus patronatus quodcumque in te, Petro Raimundo de Castlaro, vel in tua posteritate et prole, sive in bonis vestris quibuslibet juste vel injuste ///// possint unquam petere vel debent habere, prefato monasterio et tibi, Guillelmo Clareti, priori, omnique conventui sive congregationi, presenti et succedenti, ipsius monasterii omnino remitto et perpetualiter dono, ita quod, si forte aliqua offensa vel contrarietas, verbo vel facto, clam vel palam, a te aut ex parte tui, de te vel pro te, michi vel meis forte unquam in futuram illata fuerit, ex ipsa vel pro ipsa, occasione ///// alia exceptione donum istud prefatum sive hec solutio et diffinitio mea nullatenus possit vel debeat rescindi vel revocari.

Insuper [etiam], si forte aliqua ex me vel pro me persona sive pro facto meo et meorum vel alio quocumque modo, donum istud prefatum sive hanc solutionem et diffinitionem [meam] ///// in aliquo inquietaverit, vel videretur forte velle posse revocare vel machinari sive presumere umquam aliquod, quominus hec donatio ///// unquam possit valere, dono inde et obligo per vinculum omnia bona presentia et futura sepedicto monasterio et tibi, Guillelmo Clareti, priori, et fratribus et sororibus ipsius monasterii, et quod ipsi possint agere et experiri, et tu contra me et alias personas, pro conservacione et tuicione hujus facti, usque ad plenam restitucionem inde vobis factam tocius injurie et dampni et gravaminis quod super hoc vobis eveniret, et etiam cum gravamine expensarum.

Cedo etiam prefato monasterio et fratribus et sororibus ejusdem monasterii et tibi, Guillelmo Clareti,

priori ipsius monasterii, et successoribus tuis omnia jura, actiones, petitiones atque exceptiones, tam reales quam personales, quascumque et quomodocumque habebam et debebam habere ratione seniorivii vel per hominiscum vel jure patronatus vel qualibet alia servili conditione, adversus te, Petrum Raimundum de Castlario, et tuam posteritatem et prolem et res vestras et bona ipsa.

Tamen volo et constituo ut tu, Petre Raimunde de Castlario, et omnis tua posteritas et proles, nunc et deinceps in perpetuum, possitis de cetero testari et ordinare et omnes actus legitimos contrahere, et de bonis et rebus vestris facere omnes vestras voluntates, prout vobis placuerit, salvis tamen et retentis ibi ///// dicto monasterio et priori et fratribus et sororibus ipsius monasterii in perpetuum VIII^{to} sextariis boni vini albi et franchi, quos tu et tui donetis eis, ad mensuram rectam castri de Fanojovis, annuatim semper in festo Omnium Sanctorum pro usatico, pro anima mea et animabus parentum meorum, quos octo sextarios vini assignes eis in perpetuum, ad comonitionem et voluntatem suam, super certum honorem, et interim habeant ipsum donum per vinculum super omnia bona vestra.

Tamen volo et constituo similiter quod tu, Guillelme Clarete, nec successores tui nec monasterium predictum nec fratres vel sorores ejusdem monasterii possitis donare vel dimittere, vendere vel impignorare vel alienare dictum Petrum Raimundum de Castlario vel posteritatem sive prolem ejus vel usaticum predictum vini, quod debet vobis donare, neque in aliquo ipsos gravare, neque aliquod aliud servicium ab ipsis habere vel exigere, nisi tantum supradictum usaticum vini, nisi ipsi forte facere voluerint, [renuncians] in hac parte postea, scienter et consulte et expressim, legi illi que loquitur de servis et libertinis ex causa ingratitudinis in servitutem vocandis, omnique nove constitucionis seu cujuslibet ignorancie remedio, et generaliter omni cuilibet alii exceptioni, speciali et generali, cujuslibet juris, legis et terre consuetudinis, quibus forte contra hec michi vel meis venire liceret. Denique, promitto vobis in mea bona fide et me nichil fecisse neque facere posse vel machinari unquam aliquid quominus hec vel aliquid horum valitura /////, et quod hec omnia et singula [supradicta] valitura vobis et vestris, ego et mei, perpetuis temporibus, servemus et inviolabiliter teneamus et nullatenus unquam contra veniamus vel venire faciamus vel fieri sustineamus, absque omni remedio cujuslibet ignorancie, per stipulationem validam et sollempnem et per meam bonam fidem promitto.

Et ego, Petrus Raimundus de Castlario, ita hec omnia et singula valitura et firmata, perpetuo laudo, concedo et firmo per me et per omnes meos.

Horum omnium sunt testes : Bernardus Amelius de Narbona, jurisperitus, et Johannes Amelius, filius ejus, et Poncius Bernardi, scriptor Narbone, et Petrus Rodellus et Bernardus Daude de Montelauresio et Berengerius Rogerius de Narbona et Arnaldus de Calavo, scriptor Narbone publicus, qui hec scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 340. (Taches d'humidité sur le bord.)

297 Prouille, le 4 mars 1226.

Pierre Raimond du Castlar, sa femme et sa fille garantissent, sur leurs biens, au monastère de Prouille la rente de 8 setiers de vin qu'ils lui doivent, en vertu de leur affranchissement. Leur ancien maître, Galard de Fanjeaux, confirme cet acte.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione ejus M°CC°XXVI, ego, Petrus Ramundus de Castlario, et ego, Guarsendis, uxor ejus, et ego, Ramunda, filia eorum, nos omnes tres insimul, non vi vel metu ad hoc adducti nec aliqua deceptione decepti, sed bono animo ac spontanea voluntate, recognocimus et in veritate confitemur quod, quando dominus Galardus de Fanojovis dedit nobis libertatem, jussit nobis ut nos daremus annuatim Deo et ecclesie S. Marie de Prolano et servientibus in ea, VIII sextaria vini boni sine aqua puri et albi, et hoc fecit pro redemptione anime sue et pro elemosina, et hac de causa, ego, Petrus Ramundus predictus, et ego, Garsendis, uxor ejus, et ego, Ramunda filia eorum, nos tres insimul, per nos et per omnes successores nostros, bono animo ac voluntate spontanea et sine omni vi, constituimus nos debitores et donatores Domino Deo et ecclesie S. Marie de Prolano et omnibus hominibus et mulieribus ibi Deo servientibus, de VIII sextariis vini boni albi et puri et sine aqua; que VIII sextaria vini nos et nostri successores eis et eorum successoribus, annuatim semel, prestabimus mense septembris, quamdiu conventus hominum vel mulierum ibi erit, qui Deo et ecclesie serviat et ita unusquisque nostrum trium, cum aliis et sine aliis, firma stipulatione promittimus nos soluturos esse predicta VIII setaria (*sic*) vini, sicut superius scriptum est, et nullus nostrum se excusare possit sua parte sed teneatur in solidum, quousque plenarie in toto sit satisfactum. Si vero contigerit quod nos et nostri successores nollemus vel non possemus vobis persolvere rendam, sicut superius scriptum est, omne minus falimentum rende laudamus vobis et vestris habere super omnem illam vineam quam habemus in loco qui dicitur *Podium aigrale,* et super illam terram quam habemus et tenemus prope fontem ecclesie S. Marie de Prolano, ut, si renda predicta vobis in aliquo defecerit, accipiatis ex eis potestatem quousque ex minus falimento rende sit vobis satisfactum bona fide. De jamdicta vero vinea et terra, nos predicti et nostri successores erimus fratribus et sororibus Prolani, presentibus et futuris, boni guirentes ab omnibus amparatoribus sine omni inganno; et de predicta vinea et de predicta terra nullam partem neque servitium alicui prestabimus, preter decimam et primiciam. Preterea ego, Garsendis predicta, et ego, Raimunda, filia ejus, promittimus Deo et B. Marie et omnibus fratribus et sororibus Prolani, presentibus et futuris, quod contra hanc cartam nullo tempore veniemus nec homo vel femina, nostro consilio seu ingenio. Sic Deus nos adjuvet et hec sancta IIII Dei evangelia que manibus nostris corporaliter tangimus.

Et ego, Galardus de Fanojovis, laudo et concedo atque corroboro omnia superius scripta; preterea, promitto tibi, Petro Ramundo predicto, uxorique tue, Garsendi, et tibi, Ramunde, filie eorum, quod ego vos diligam et manuteneam et res vestras, omnibus diebus vite vestre et vite mee, bona fide. Supradicta vinea se affrontat ab altano in vinea Guillelmi bubulci, a meridie in terra nostra, et a circio in terra de Garinis et Isarni de Fanojovis, et ab aquilone in vinea quam Guillelmus Gascus tenet a nobis; et terra predicta affrontat se ab altano in terra Vitalis Cosent, a meridie in vallo, et a circio in terra de Gibileis et ab

aquilone in via. Item, ego, Galardus predictus, hanc donationem facio ut de predictis VIII sextariis vini, in missarum celebratione, altaribus ibi perpetuo ministretur.

Testes hujus rei sunt : Isarnus de Prolano, Guillelmus Petri, frater ejus, Bernardus de Pomars, Rogerius de Festo, Maurus de Monteregali, Bernardus Ugo de Festo. Facta carta ista mense marcii, IIII nonas, feria V, regnante Lodocco reie (*sic.*). Petrus Martinus de Fanojovis scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 340.

298 Prouille, 9 octobre 1225.

Le couvent de Prouille confirme la vente d'une vigne nouvelle faite par Raymond, prieur provincial, et Gérand de Sparros à Pons *de Capitedenario*.

Sciendum est quod frater Ramundus, custos sacerdos domus de Prullanis,
et frater Vitalis et frater Petrus Vasco, cellararii ejusdem domus,
et frater Willelmus de Ripparia,
et frater Willelmus de Paniris,
et frater Petrus sutor, qui sunt fratres Predicationis,
et domina Berengueria, priorissa ecclesie S. Marie de Prullanis,
et domina Saura, subpriorissa ejusdem loci,
et domina Ramunda S. Cipriani, cellararia ejusdem domus,
et domina Armengava,
et domina Bernarda,
et domina Ramunda,
et domina Brunenqueds,
et Willelma, ejus filia,
et domina Maria Cellana,
et domina Marquesia de Carcassona,
que sunt monache S. Marie de Prullanis, eorum bona propria voluntate, et domina Willelma, uxor Arnaldi Vasconis, que fuit monacha prefate domus, laudaverunt et concesserunt Poncio de Capitedenario et ejus ordinio illam venditionem quam frater Raymundus, prior provincialis, et frater Geraldus de Sparrocio, et frater Natalis, capellanus, pro se ipsis et pro aliis dominis et fratribus Predicationis et pro sanctimonialibus et fratribus domus de Prullano, et pro Willelma, monacha ejusdem loci, uxor que fuit Arnaldi Vasconis, et pro omni conventu domus de Prullano eidem Poncio de Capitedenario fecerat de illo malole cum illa terra in qua est, et cum introitu et exitu qui est inter malolem et alium qui fuit Arnaldi Vasconis, et malolem Bernardi Soberani, filii Petri Donati qui fuit, et comunem exitum, et inter malolem qui fuit Aimerici Seguerii, quem Ramundus Capierius tenet, sicut in carta illius vendicionis, quam Poncius Arnaldus scripsit, continetur; et cartam et vendicionem illam habuerunt et tenuerunt totam per bonam et firmam, et debent et convenerunt facere guirenciam Poncio de Capitedenario et ejus ordinio, pro se ipsis et pro

omnibus aliis fratribus et monachis et dominis Predicationis, pro presentibus et futuris, de omnibus amparatoribus, excepta parte dominacionis. Hoc fuit factum cum consilio et voluntate conventus domus de Prullanis, qui hoc totum laudavit et concessit et ita fieri voluit. Hoc fuit ita laudatum et concessum VIIII die in introitu mensis octobris, feria V, regnante Lodovico, rege Francorum, et Ramundo Tolosano comite et Fulcone episcopo, anno ab incarnatione Domini M°CC°XXV°. Hujus tocius rei prescripte sunt testes : Ramundus, Willelmus de Spinos, Fivelerius et Willelmus Petrus, filius B///// ne Graside, et Poncius Bernardus, filius Dominici de Grasida, qui fuit, et Sancius Centullus, qui cartam istam scripsit.

ORIGINAL : Arch. de la Haute-Garonne, H. (Fonds étrangers. Aude.)

299 25 juillet 1226.

Testament de God Picharella.

Notum sit omnibus hoc audientibus sive hanc cartam legentibus, quod ego, Guodus Picharella, miles de Fanojovis, detentus infirmitate, timore mortis perterritus, sanus mente et corde hilaris, in meo bono sensu et plena memoria existens, facio meum testamentum et dispono sicut miles liber et ingenuus :

imprimis, dimitto, pro redemptione animae meae, Domino Deo et B. Mariae Prolani illam terram quam Guillelmus Faber a me tenet pro pignore, juxta fontem Prolani et ut deliberent eam nepotes mei, Sicardus de Durfort et Petrus de Insula, quos in hoc testamento haeredes michi et bonis meis constituo, et dimitto ibi magis dominium et servitium quod habeo in illa terra, quam Guillelmus Faber a me tenet in loco qui dicitur *Ramio,* et sanctimonialibus ejusdem loci dimitto unum modium tritici et aliud ordei, et domino priori decem solidos melgor. et luminariae Christi decem solidos melgor. et clericis qui ad sepulturam nostram interfuerint, decem solidos melgor. ;

item, dimitto operi ecclesiae Fanijovis centum solidos melgor., et luminariae decem solidos melgor., et capellano decem solidos, et scholari duos solidos, et hospitali Fanijovis sex sextarios ordei, et leprosis sex sextarios ordei, et domui Villaelongae octo sextarios ordei, et Templo quatuor sextarios ordei, et Hospitali Podii Siurani scutum meum novum et sellam equi mei, et ecclesiae de Onos duos sextarios ordei, et ecclesiae Castlari duos sextarios ordei ;

item, dimitto Maurino Picharella trecentos solidos melgor., nomine doni, de illa pecunia quam habeo in suo pignore quod teneo *ad Fontazellos,* quod pignus remanet adhuc michi obligatum pro mille quingentis solidis melgor., dimissis praedictis trecentis solidis, et dimitto ei, tantummodo in vita sua, omnes nostras terras *de Montebaion* et de ejus terminio, quas volo ut, per mortem ipsius, haeredibus meis, praedictis et inferius scriptis, libere revertantur et quiete ;

item, dimitto ei lectum in quo jacet, munitum culcitra et bonis pannibus (*sic*);

item, dimitto nepotibus meis, Jordano Picharella et Petro Rogerio, fratri suo, totum pignus quod ab ipsis habeo *ad Brasilano* et in ejus terminiis et eidem Jordano roncinum, quem habeo pro pignore a Guillelmo Petro cum sella mea bastera ; et dimitto Amelio Morterii equum suum quem pro pignore tenebam ; et dimitto Bernardo, capellano Morterii, meam capam blaitam ; et dimitto dominae Cavahers de pignoribus quae ab

ipsa habeo, centum solidos melgor.; et dimitto Beringerio Insulae et Richaldo, fratri suo, mille solidos melgor., de illis pignoribus quae ab ipsis habeo, pro tribus mille (*sic*) solidis melgor., et Blanchae et Richae, sororibus, quae fuerunt Pontii de Lauris, centum solidos de pignore quod ab ipsis habeo ad Onos pro mille centum solidis melgor.; et dimitto Petro de Fenolheto, vicecomiti, mille solidos melgor., de pignore Castlari; et dimitto Bernardo de Pomars et cognato suo, Bernardo de Riuterio, octuaginta solidos melgor., de similibus[1] pignoribus quae ab ipsis habeo ad Castlare et ad Orssentium, pro trecentis octuaginta solidis melgor.;

item, dimitto Augerio Isarno quadraginta duos solidos, quos michi debet, et mando ut reddatur ei carta una de quadringentis solidis melgor., de quibus sum paccatus.

Praeterea, constituo dilectos meos nepotes, Sicardum de Durfort et Petrum de Insula, michi pares haeredes in omnibus bonis meis, tam mobilibus quam immobilibus, per se moventibus ubique in cunctis locis, prout melius potest dici aut cogitari aut scribi aut intelligi, ad profectum[2] suum, nunc et in aeternum, et volo et mando eis ut omnia praenominata servent et teneant et bona fide adimpleant, sicut ego melius superius delegavi.

Tamen, hoc testamentum volo, ut in aeternum valeat, quod de meo proprio jure et libero arbitrio et pro voluntate nostra facio et dispono et volo, quod ratum et firmum sit jure ultimae voluntatis meae seu jure codicillorum; et modis omnibus volo quod valeat in aeternum, ad omnem suam voluntatem faciendam, secundum quod dictum est.

Testes hujus rei sunt rogati et vocati : Ugo Durfort, Petrus Cerdanus, Amelius de Morterio, Raymundus de Festa, et frater ejus, Valardus, Bernardus Ugo de Festa, Raymundus Fornerii, Guillelmus Faber de Faris, Arnaldus de Faris Pictavinus, Arveus Rogerius de Pugallis, Guillelmus Auriol, Guillelmus de Befara, Petrus Record, Arnaldus Oliba. Actum fuit hoc octavo kalendas augusti, feria quarta, regnante Ludovico, rege Franciae, anno ab incarnatione Christi millesimo, ducentesimo, vigesimo, sexto. Guillelmus Ugo Fornerii hanc cartam scripsit.

Copie : Bibl. Nat., coll. Doat., t. 40, p. 202.

300 30 mars 1227.

En se faisant donat du monastère, Guillaume Grimaud lui abandonne la possession de plusieurs propriétés aux environs de Prouille.

In nomine Domini, anno ab incarnatione ejus M°CC°XXVII°, notificetur cunctis quod ego, Guillelmus Grimaud, gratis et fide bona nec inductus dolo vel vi, set mea propria et spontanea voluntate, dono meipsum Domino Deo et monasterio S. Marie de Prolano, ad serviendum ibi omnibus diebus vite mee, et in helemosyna et pro redemptione anime mee et animarum parentum meorum, dono et irrevocabiliter trado predicto monasterio Sancte Marie de Prolano et tibi, fratri Petro, priori ejusdem monasterii, et omnibus fratribus et sororibus, ibi presentibus atque futuris, ad omnes vestras voluntates plenarie et perpetuo faciendas, videlicet totam illam terram quam habeo in loco ubi dicitur *a las fontanas*, quam teneo a predicto monasterio et a fratribus et sororibus ejusdem loci. Predicta terra affrontat se ab altano in terra Bernardi de Burgo, et

---

1. Ms : *sillis*. — 2. Ms : *perfectum*.

a circio et ab aquilone in via, et a meridie in terra Guillelmi Aymerici. Insuper dono et trado, prescripto modo, eidem monasterio et omnibus fratribus et sororibus, in presenti ibi commorantibus, et in futuro commoraturis, aliam terram quam habeo in loco ubi dicitur *ad montem Bayo*, quam teneo a domina Cavaer ad agrerium; et affrontat se ab altano in terra Vitalis Consent, et a circio in strata, et a meridie in terra Vitalis Consent, et ab aquilone in terra que fuit Raimundi Sicre. Et aliam terram similiter dono quam habeo in loco ubi dicitur *a las planas*, quam teneo a Guillelmo Petro de Prolano; et affrontat se ab altano in terra que fuit de Na Domagna, et a circio in terra que fuit et est Guillelmi Poma, et a meridie in terra den Alosia, et ab aquilone in strata.

Predictas tres terras dono et irrevocabiliter trado jamdicto monasterio S. Marie de Prolano et tibi, fratri Petro, priori ejusdem monasterii, et omnibus fratribus et sororibus ibi commorantibus et in futuro commoraturis, cum omnibus suis introitibus et exitibus et cum omnibus aliis suis undique pertinentiis et juribus, et cum omni precio et valore que nunc habent et habebunt aliquo modo; et de meo meorumque jure me et meos in perpetuum penitus denudo et evacuo et in jus et proprietatem sepedicti monasterii et fratrum et sororum ipsius monasterii transpono et, sicut melius potest dici, scribi sive intelligi aut excogitari, ad utilitatem et indempnitatem predicti monasterii et fratrum et sororum ibi commorancium in presenti et in futuro, ita volo, et mando et affirmo quod ratum semper et firmum sit, renuncians scienter et consulte, in hac parte, omni juri et legi et terre consuetudini et omnium hominum voluntati, quibus forte contra michi vel meis venire liceret.

Hujus rei testes : frater Guiraudus d'Asparos, frater P. Raimundus Guillelmus, P. de Prolano miles, Berengarius de Insula miles, Guillelmus Faber de Faris, Guillelmus Arnaldi Gibolevi, Guillelmus Franchus clericus, Guillelmus de Montredon clericus, Raimundus Novelli, Raimundus Pictavini. Actum est hoc III kalendas aprilis, feria III^a, regnante Lodoyco, rege Franchorum, Fulchone episcopo Tolose. Raymundus de Vilario hanc cartam scripsit.

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 340.

301 30 mars 1227.

Guillaume Peyre, chevalier de Prouille, confirme la donation de Guillaume Grimaud en ce qui concerne la terre dite *a las planas*.

In nomine Domini, anno ab incarnatione ejus M°CC°XXVII°, notificetur cunctis quod ego, Guillelmus Petrus de Prolano, miles, per me et per omnes successores meos, presentes et futuros, bono animo ac propria ac spontanea voluntate et intuitu divini amoris, et pro redemptione anime mee et animarum parentum meorum, dono et irrevocabiliter trado Domino Deo et monasterio S. Marie de Prolano et tibi, fratri Petro, priori ejusdem monasterii, et omnibus fratribus et sororibus, ibi in presenti commorantibus et in futuro commoraturis, ad omnes vestras voluntates in perpetuum plenarie faciendas, illud servicium et dominium, sine aliqua diminutione, quod habeo vel habere debeo in illam terram quam a me Guillelmus Grimaudi tenet in loco ubi dicitur *a las planas*, quod etiam ipsemet coram me dedit vobis; predictum donum,

cum hac presenti carta semper valitura, predicto monasterio et fratribus et sororibus, sicut prescriptum est, facio et etiam sicut melius fieri potest.

Actum est hoc III kalendas aprilis, feria IIIª, regnante Ludovico, rege Franchorum, Fulchono episcopo Tholosano. Raimundus de Villario scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 340.

302 septembre 1227.

En échange de cinq pièces de terre, sises aux environs de Prouille, Raimond, prieur de Prouille, rend à Pierre de la Ilhe et à son frère, Sicard de Durfort, leur patrimoine de Fanjeaux que Simon de Montfort leur avait confisqué, pour le donner à Prouille.

In nomine Domini, anno ab incarnatione ejus M°CC°XXVII°, notificetur cunctis quod ego, Sicardus de Duroforti, et ego, Petrus de Insula, frater ejus, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni vi, et per nos et per omnes successores nostros, presentes et futuros concedimus in perpetuum, in helemosina, pro redemptione animarum nostrarum, tibi, fratri Raimundo, priori domus Prolani, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ejusdem domus, ad omnem voluntatem vestram, sine alicujus contradictu, faciendam, quinque pecias terre quas habemus in terminio Fanijovis, quarum due sunt prope domum Prolani, et una affrontat se ab altano in terra Guillelmi Record, a meridie in terra que fuit d'En Sermena, et aquilone in terra Arnaldi God, a circio in casali quod fuit de Na Beringaria; alia vero affrontat se ab altano in terra que fuit de Na Beringaria, a meridie in terra que fuit d'En Sermena, ab aquilone in terra de Na Bonoma, a circio in via publica; alia vero juxta Motam, et affrontat se ab altano et a circio in terris dels Babos, a meridie in Mota, ab aquilone in terra Guillelmi Petri d'En Tolsa; alia vero affrontat se ab altano in via publica, ab aquilone in terra Marti Guasc, a circio et a meridie in terra que fuit Guillelmi de Duroforti; alia vero est (*Une ligne en blanc dans le parchemin.*) Predictas vero quinque pecias terre, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, per nos et per omnes successores nostros, damus vobis et vestris omnibus, prout melius potest dici aut intelligi aut excogitari, ad profectum et bonum vestri et vestrorum, et erimus vobis ab omnibus amparatoribus boni guirentes. Preterea, ex certa sciencia, renunciamus omni legi, juri divino et humano, et terre consuetudini et hominum voluntati quibus forte, quod absit, aliquo tempore liceret contravenire.

Et ego, Raimundus predictus, per me et per omnes et fratres et sorores, presentes et futuros, predicte domus Prolani, bono animo ac spontanea voluntate, tamen consilio et voluntate eorum, solvo et diffinio in perpetuum, sine aliquo retentu, tibi, Sicardo jamdicto, et fratri tuo, Petro de Insula, et vestris illum ortum totum et terras et omnia illa que infra castrum Fanijovis vel extra alicubi, dominus comes Montisfortis seu comitissa, uxor ejus, vel aliquis alius Gallicorum fratribus et sororibus domus Prolani, usque in hodiernum diem, dederat de bonis que vobis possunt vel debent evenire ex successione justa vel injusta patris vestri vestreque matris. Predictam solutionem et diffinitionem facimus vobis et vestris, prout melius dici potest aut scribi aut excogitari aut intelligi, ad profectum vestri et vestrorum. Preterea renunciamus omni tem-

pore, ex certa sciencia, omni legi, juri divino et humano, et terre consuetudini et hominum voluntati, quibus forte, quod absit, aliquo tempore liceret contravenire.

Hujus rei sunt testes : frater Natalis, Arnaldus Cotus, Ugo de Duroforti, Bernardus de Pomars, Guillelmus de Insula, Guillelmus Ugo, Raimundus de Podialibus, Bernardus de Festo, Raimundus Novel. Actum est hoc mense septembri, feria v^a^, regnante Lodoyco, rege Franchorum, Fulchone episcopo Tholose. Raimundus de Vilano (*sic*) scripsit.

Original : Arch. de l'Aude, H, 340.

303 Janvier 1229.

Guillaume Papau et Alasais, sa sœur, pour douze sous tolzas, vendent au monastère de Prouille un casal situé près le cimetière de Prouille.

In nomine Domini, anno ab incarnatione ejus M°CC°XXVIIII°, notificetur cunctis quod ego, Guillelmus Papau, et ego, Alasaycia, soror ejus, per nos et per omnes successores nostros, presentes et futuros, vendimus in perpetuum, ad omnem voluntatem vestram faciendam, tibi, fratri Raymundo, priori de Prolano, et omnibus fratribus et sororibus, presentibus et futuris ejusdem domus, pro duodecim solidis tolzas, unum casale quod habemus prope ciminterium Prolani ; et affrontat se ab altano in rivo Sesonie, et ab aquilone in campo qui fuit Bernardi Augerii, et a circio in terra vestra, et a meridie in terra vestra. Predictum casale, sicuti cum omnibus affrontacionibus suis includitur et cum introitu et exitu suo, vobis et vestris vendimus in perpetuum pro predictis XII solidis tolzas, prout melius potest dici aut scribi aut intelligi aut excogitari, ad vestri vestrorumque successorum ///// renunciantes certa sciencia et libera voluntate, omni legi et juri divino et humano et terre consuetudini ///// hominum voluntati quibus forte, quod absit, contra predictam vendicionem liceret ///// et nostri successores erimus vobis et vestris successoribus boni guirentes ///// excepta parte dominacionis. Hujus rei sunt testes: Guillelmus Franchal subdiaconus, Petrus Arnaldus clericus, Guillelmus de Monterotundo clericus, Gualardus de Podialibus, Guillelmus ///// Tolsa, Raimundus Radulphus. Actum est hoc mense januarii, feria II, regnante Lodoyco, rege Franchorum, Fulchone episcopo Tolose. Raimundus de Vilario hanc cartam scripsit.

(Acte retrouvé par feu M. de Teule qui nous en a communiqué une copie [1].)

---

1. Le parchemin manque, au milieu et à la partie inférieure, sur un espace grand comme une pièce de deux francs ; il a beaucoup souffert de l'humidité. (*Note de M. de Teule.*)

304 4 juillet 1243.

Cavaers de Fanjeaux donne au couvent de Prouille une condamine, au lieu dit *ad ortos veteres*, et les droits qu'elle avait sur les terres que tenaient d'elle les familles Babou et Bigordana.

In nomine Domini, anno ab incarnatione ejus M°CC°XL°III°, ego, Cavaers, domina Fanijovis, gratis, bona fide, per me et per omnes heredes et successores meos, presentes et futuros, non inducta dolo vel vi aut suggestione alicujus persone, sed mea propria ac spontanea voluntate et cum multa animi deliberatione, cum hac carta nunc et semper publica valitura, dono irrevocabiliter et trado Domino Deo et B. Marie de Pruliano et fratri Raymundo, priori domus Pruliani, et fratribus et sororibus ejusdem domus, presentibus et futuris, ad omnes vestras voluntates plenarie et perpetuo faciendas, videlicet unam condaminam meam quam habeo ubi vocatur *ad ortos veteros* (*sic*); que affrontat se ab altano in terra Guillelmi Fabri de Faris, a meridie in terra Guillelmi Gasc et dicti Guillelmi Fabri, a circio in riparia Sidonie, aquilone in terra Guillelmi Copel et in riparia;

item, dono vobis quintum et universum jus et dominium terre quam Babones ibimet a me tenent; que [terra] affrontat [se] ab altano in riparia, a meridie in riparia et in terra domus vestre de Pruliano, a circio in terra domine Thomasie et Petri de S. Michaele, ab aquilone in riparia et in terra Petri de S. Michaele;

item, dono vobis quartum et omne dominium quod habeo in terra quam li Bigordanas ibimet tenent a me, que terra se affrontat ab altano in riparia, et a meridie in riparia, et a circio in riparia et in vestra terra, aquilone similiter in vestra terra.

Totam supradictam condaminam et predictas partes et universum jus et dominium terrarum predictarum, quas Babones e li Bigordanas a me tenent et tenere debent, sicut melius a jamdictis affrontationibus includuntur, et cum introitibus et exitibus suis, et cum omnibus juribus et pertinenciis suis, et sicut melius dici vel cogitari seu scribi potest, ad profectum tui, fratris Raymundi, prioris, et fratrum et sororum predicte domus Pruliani, presencium et futurorum, dono et trado irrevocabiliter, ut dictum est, et de meo jure et meorum et proprietate atque dominio me et meos penitus exuo, et vos et omnem conventum, presentem et futurum, predicte domus investio de predicta condamina et de omni jure et dominio terrarum predictarum et in plenam et integram juris et facti possessionem vos inde mitto et constituo sine fine, hodie et deinceps, ad omnem vestram et vestrorum voluntatem in perpetuum faciendam; et hoc facio intuitu divini amoris et pro redemptione anime mee; et ita de cetero habeatis et pacifice in perpetuum possideatis totam predictam condaminam et universum jus meum et dominium terrarum predictarum, quas li Babos e li Bigordanas in predicto loco tenent. Et super his omnibus, sponte et consulte, renuncio omni juri et legi et terre consuetudini quibus forte contra hanc donationem michi vel meis venire liceret, et expressim legi illi que dicit donationem posse revocari in causa ingratitudinis; sicque hoc totum me et meos perpetuo tenere et observare et nullatenus unquam contravenire aut sustinere vel facere venire nec fecisse vel facere aliquid quo minus valoris vel firmitatis habeat, per validam et solemnem stipulationem et per meam bonam fidem promitto.

Testes hujus rei sunt : Bernardus de Pulchromonte, miles de Fanijovis, Bernardus Amelius de Campolibero, sacerdos, Poncius Garinus, Guillelmus de Rivis, Petrus Rex, Raymundus de Caranciano, clericus

d'Esculens. Facta carta ista IIII nonas julii, regnante Lodoyco, rege Francorum. Petrus Martinus de Fanojovis scripsit mandato Raymundi de Vilano (*sic*) capellani de Fanojovis. Et ego, Raimundus de Vilano, affirmo et cum mea manu subscribo.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 341.

305 Toulouse, 3 janvier 1246.

Raymond, évêque de Toulouse, autorise le prieur de Prouille à transférer l'église de Saint-Martin dans l'enceinte du monastère.

Frater Raymundus, permissione divina Tholosanus episcopus, viro venerabili et dilecto in Christo priori de Pruliano, ordinis Praedicatorum, salutem et sinceram in Domino charitatem. Cum ecclesia Sancti Martini juxta domum vestram sita, quasi destructa sit et debito honore et reverentia destituta, nec possit ibi debite officium divinum exerceri, nos, volentes tam vobis quam dictae ecclesiae utiliter providere, eam infra clausuram domus vestrae vobis damus et concedimus licentiam transferendi. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum Tholosae, III nonas januarii, anno Domini MCCXLVI.

COPIES : Bibl. Nat., coll. Doat, t. 98, p. 83.
Ibid. Ms. fr. 8761, p. 118.
Cambefort : Histoire manuscrite de Prouille, p. 40.

306 14 mai 1249.

Echange de terres entre Raymond VII, comte de Toulouse, et le monastère de Prouille.

In nomine Domini, anno ab incarnatione ejus millesimo ducentesimo quadragesimo nono, noverint universi, praesentem paginam inspecturi, quod ego, Raymundus Arquerius //// pro domino Raymundo, Dei gratia comite Tholosano, mandato speciali jamdicti domini comitis, assignavi et tradidi monasterio et conventui sanctimonialium Beatae Mariae de Prolano, praesenti et futuro, quadraginta sextariatas terrae quas dominus praedictus comes dedit atque, in liberam et perpetuam donationem, praedicto monasterio ejusque conventui concessit, amore Dei et in remissionem peccatorum suorum et in elemosina dominae Cavaers, dominae de Fanojovis; et de praedictis sextariatis terrae procuratorem ipsius monasterii, videlicet fratrem Petrum de Alsona, laycum ordinis Praedicatorum, a jamdictis monialibus in hoc facto constitutum, in pacificam et corporalem possessionem misi et posui, sicut melius, plenius et utilius dici, scribi vel intelligi potest, ad cautelam et utilitatem dicti monasterii et ejus conventus et suorum.

Verumtamen, quoniam antedictus dominus comes reddidit et donavit nobili viro Lupo Fuxi illa jura quae quondam praedictus Lupus in praedicto castro Fanjovis possederat et habuerat, et illa non possent plene reddi vel donari, nisi sibi redderentur vel donarentur duodecim sextariatae et una eminata terrae de illis quadraginta sextariatis quae praedicto monasterio Proliani et ejus conventus per me, de mandato speciali praedicti domini comitis, traditae fuerant et etiam assignatae, et praedictus Lupus praedictas duo-

decim sextariatas et eminatam terrae recuperaverit, et ego a praedicto domino comite, dicto monasteria satisfacere volente, in mandato receperim et in speciali ut praedicto monasterio et ejus conventui alias duodecim sextariatas et unam eminatam terrae, in recompensationem illarum, quas praedictus Lupus recuperaverat, assignarem, volens in praeceptis antedicti domini comitis obedire, praedictas duodecim sextariatas et unam eminatam terrae praedicto monasterio trado et assigno et quidquid juris praefatus dominus comes in illas habet et possidet, et praedictum procuratorem in isto negotio a jamdictis sanctimonialibus constitutum, mitto et pono in corporalem possessionem praedictarum duodecim sextariatarum et unius eminatae terrae induco, cum omni jure et dominio quod antedictus dominus comes in illis habet et possidet et possidere sperat, sicut melius et perfectius ad utilitatem antedicti monasterii et ejus conventus potest scribi, vel etiam cogitari. Praedictarum peciarum terrae quae in praedictis duodecim sextariatis et una eminata terrae sunt contentae, una pars est ubi vocatur *ad Besanto,* in tenentia dominae Cavaer praedictae et Isarni de Fanojovis quondam et sunt //// et terrae eis affrontant se de altano in besad, a meridie in tenentia Bernardi Hugonis de Festa, a circio in riparia, et acquilone similiter in riparia; alia pars est ubi vocatur *ad vinale d'en Botarig,* quam tenent Raymundus Vitalis, et Stephanus, ejus frater; quae affrontat se de altano et acquilone in tenentia Bernardi Hugonis de Festa, a meridie in via, a circio in vinea Bernardi de Alzona quondam; est alia pars terrarum praedictarum ubi vocatur *ad vinale d'en Fraissa,* quam tenent praedicti fratres Raymundus Vitalis, et Stephanus; quae affrontat se de altano in terra Bernardi de Babo, et Raymundi de Corteta, a meridie in terra de Lupo de Fuxo, a circio et aquilone in via publica; alia pars terrarum praedictarum quam tenent praedicti fratres videlicet Raymundus Vitalis et Stephanus, est ubi vocatur *ad Bolbenas;* quae affrontat se ab altano in terra de Fanjaus Armanh, a meridie et a circio in via, aquilone in terra Poncii Ebles; est alia pars terrarum praedictarum ibimet *ad Bolbenas,* quam tenet Johannes de Fonte, quae affrontat se ab altano in via, a meridie et a circio in tenentia ipsius Johannis de Fonte, aquilone in tenentia Poncii Ebles; est et alia pars terrarum praedictarum ibimet *ad Bolbenas,* in qua modo est vinea quam tenet Bernardus Donati; quae affrontat se de altano in tenentia Bernardi Fabri de Insula, a meridie in tenentia dels Cartels, a circio in tenentia Poncii Ebles, aquilone in via. Praeterea, quia praedictum monasterium et ejus conventus, de voluntate antedieti domini comitis, debebat habere libere et pure praenominatas quadraginta sextariatas, ita quod nullus alius haberet ibi aliquam partem nec aliquod jus, sed hoc fieri non potuit quoniam antedictus dominus comes non habebat in castro Fanijovis neque in terminis ipsi castri tot terras liberas id est franchas, quae possent praedictis quadraginta sextariatis terrae sufficere competenter, ideo michi specialiter mandavit quod ego, assignatis primo dicto monasterio et ejus conventui praedictis quadraginta sextariatis terrae et completis, assignarem postea quatuor sextariatas terrae et unam eminatam, quas eidem monasterio et ejus conventui, praesenti et venturo, trado et assigno, et praedictum procuratorem, sub praedicta forma, in corporalem possessionem induco. Istae peciae terrae, ultimo dictae, sunt ubi vocatur *Coma Magni,* quae affrontant se de altano et a circio et aquilone in via, a meridie in tenentia dels Suaus et dels Peirencs. Ad majorem autem auctoritatem et firmitatem, praesentem paginam duxi sigilli mei munimine roborandam. Testes hujus rei sunt : frater Guillelmus Sancius, sacerdos, Raymundus de Villario, capellanus de Fanojovis, frater Petrus de Alsona, praedictus procurator, frater Petrus de Burlaz, laycus, Bernardus de Babo, Poncius Stephanus de

Costa frigida, Raymundus Vitalis, Guillelmus Record, Bernardus Petrus de Podio, Guillelmus Bartes, bajulus castri praedicti de Fanojovis, pro Raymundo Arquerio praedicto. Facta carta ista secundo idus madii, regnante Lodoico, rege Francorum. Petrus Martinus de Fanojovis scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 341. (Parchemin fort endommagé.)
COPIE : Bibl. Nat., coll. Doat, t. 98, p. 91.

307 Fanjeaux, le 15 mars 1253.

Bernard Esquirol et ses neveux donnent à Prouille la terre qu'ils possédaient au lieu dit le Vieux Château de Prouille.

In nomine Domini, ab incarnatione ejus M°CC°L tertio, noverint universi presentes pariter et futuri, quod ego, Bernardus Esquirolus, sartor, et nos, ejus nepotes, videlicet Bernardus Esquirolus et Arnaldus fratres, per nos et alios fratres et successores nostros, nos tres simul predicti, mera liberalitate ac spontanea voluntate, soliusque gratie divine inspiratione ad hoc inducti et moti, in heleemosinam et pro remissione peccatorum nostrorum, damus et titulo pure perfecteque atque irrevocabilis donationis in perpetuum valiture, cum hac carta publica, tradimus tibi, fratri Raimundo, priori monasterii Pruliani, diocesis Tholosane, recipienti nomine sororis Dominice, priorisse aliorumque (*sic*) sororum sive monialium predicti monasterii, presencium et futurarum, illam terram quam habuimus ad *Castrum Vetus Pruliani*, que affrontat de altano et a meridie et ex omnibus aliis partibus in tenencia et honore monasterii predicti. Supradictam peciam terre, sicut melius nobis pertinet et pertinere debet, et sic damus et tradimus conventui monasterii predicti. Hoc autem facimus ut conventus, presens et futurus, predicti monasterii recipiat nos in omnibus bene factis et in orationibus que erunt dicta vel facta in monasterio antedicto in perpetuum, et quod donationem istam perpetuo ratam habeamus, firmam et illibatam servemus, et contra, nulla ratione sive occasione, umquam veniamus vel venire attemptemus, bona fide ac sollempni stipulatione plivimus et promittimus.

Testes hujus rei sunt : Raimundus de Vilano (*sic*), capellanus Fanijovis, frater Guiraldus de Burgs, predicator ordinis Predicatorum, frater Poncius Guifre, laycus, Raimundus Martini, sacerdos, Guillelmus de Carteriis clericus, Raimundus Radulfus, qui dicitur Rex, Petrus Canalis barberius. Facta carta ista idus marcii, regnante Lodoyco, rege Francorum. Et ego, Petrus Martinus, notarius publicus domini nostri Alfonsi, comitis Tholose, in castro Fanijovis, hanc cartam scripsi et signum ibi meum apposui. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 341.

308 16 octobre 1281.

Pons, chapelain de Pexiora, au nom de Pierre de Tornello, précepteur de la maison de Pexiora, de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem, donne quittance au procureur de Prouille, Raimond Jean, d'une somme de 20 deniers tolsas.

Anno Domini M°CC°LXXX° primo, et XVII^a kalendas novembris, noverint universi quod nos, frater Poncius, capellanus de Podio Siurano, gerens vices nobilis viri, domini Petri de Tornello preceptoris domus

Ospitalis Sancti Johannis de Podio Siurano, pro me ac omnibus fratribus, presentibus et futuris, dicte domus Hospitalis Podii Siurani, et etiam de expresso mandato predicti domini Petri de Tornello, preceptoris dicte domus, michi facto, recognosco et in veritate confiteor me habuisse et numerando recepisse a vobis, fratre Raimundo Johannis, procuratore monasterii B. Marie de Pruliano, xx denarios tholos., quos, nomine ac vice dicti monasterii Pruliani, michi, recipienti pro dicta domo Ospitalis Podii Siurani, persolvistis; quos quidem denarios debebat monasterium Pruliani dicte domui Ospitalis predicti de Podio Siurano, pro quinque annis, quibus dictum monasterium dictos denarios nobis cessaverat, pro quadam terra que est in terminio seu decimario Podii Siurani, et pro qua predicta terra dictum monasterium Pruliani donat et donare tenetur dicte domui Ospitalis predicti, quolibet anno, IIII denarios tholos., occasione seu pentione dicte terre. De quibus denariis predictis teneo me a vobis pro bene contento et paccato, renuncians inde omni exceptioni dicte pecunie non habite et non recepte, et recognoscens etiam, nomine dicti Ospitalis, vobis, fratri Johanni predicto, quod dictam pensionem, quam occasione predicte terre, monasterium Pruliani dicte domui Ospitalis predicte facit, dictum monasterium vel ipsius procurator solvit bene et fideliter domui Ospitalis predicti, usque ad presentem diem : pro qua predicta pensione, absolvo vos et dictum monasterium, pactum vobis, nomine dicti Ospitalis, perpetuum faciendo de dicta pensione non petenda ///// dominus Ramundus Sabit///// presbiter S. Martini, fratres Ramundus Paysselare, Raynaudus Poncius Durandi, ambo de Pulchris Planis, et Raimundus Pigassa quondam publicus notarius castri Fanijovis; qui notarius instrumentum recepit et in suo prothocollo registravit, et morte preventus, in formam publicam non redegit, set ego, Guillermus, publicus notarius ejusdem castri, pro illustrissimo domino Philipo, Francorum [rege], auctoritate michi data super hoc et concessa a nobili viro, domino Eustachio de Bellomarchesio, milite, senescallo Tholosano et Albiensi, secundum notam et in prothocollo dicti notarii quondam repertam, hanc cartam fideliter scripsi et in hanc formam publicam redegi et signum meum apposui. (*signet.*)

Original : Arch. de la Haute-Garonne, H. (Arch. de Malte. Puysubran, liasse 1, nº 83.)

309 1294 [1].

Par son testament, Mathieu de Lévis-Mirepoix lègue aux religieuses de Prouille 20 sous tournois. (*Item monialibus de Pruliano, pro pitanciis, XX sol. tur.*)

Original : Arch. de la famille de Lévis au château de Léran.

309 Fanjeaux, le 17 février 1307.

Guillaume Salvat, de Fanjeaux, vend, pour 8 livres tournois, plusieurs rentes, au monastère.

Anno Domini M°CCC° septimo, Philippo, rege Francorum, regnante, Galhardo episcopo Tholosano, XIII kalendas marcii, noverint universi quod ego, Guillelmus Salvati, clericus castri Fanijovis, non coactus

---

1. L'original porte une date incomplète.

vel deceptus ab aliquo, set gratis ac bono animo, pro me et meis, vendo vobis, fratri Bernardo Belengarii, procuratori monasterii Pruliani, nomine dicti monasterii, stipulanti et recipienti, unum denarium tolos. oblialem, quem michi faciebat, annuatim, domina Raymunda, mater mea, pro quadam pecia terre sita in decimario Beate Marie de Pruliano, in loco vocato *ad Massabrac*, que confrontatur ab altano in ripperia, circio in tenentia Petri Mathie, meridie in tenentia mea, aquilone in tenentia Bresetorum;

item, vendo vobis, nomine quo supra, stipulanti et recipienti, unum denarium tolos. oblialem, et asigno in perpetuum supra quandam peciam terre meam francam, sitam in predicto decimario et loco, que confrontatur ab altano in ripperia, circio in tenentia dicti Petri Mathei, meridie in tenentia Raymundi Terreni, aquilone in alia tenentia predicta.

Predictos vero duos denarios tolos. obliales vendo vobis, nomine quo supra, et jus percipiendi eos in perpetuum, cum omnibus dominationibus, laudimiis et foriscapiis et aliis juribus suis, precio octo librarum turon., de quibus et de predicta venditione me teneo a vobis et a dicto monasterio bene per paccatum et contentum; renuncians inde omni exceptioni dicti precii non habiti et non recepti et doli mali et in factum; promitens vobis et dicto monasterio bonam guirenciam ab omnibus amparatoribus semper et juris eviccionem, sub obligatione omnium bonorum meorum. Quam peciam terre meam predictam recognosco vobis, nomine quo supra, stipulanti, me tenere deinceps in emphiteosim, a predicto monasterio, ad oblias dicti denarii tolosani oblialis, quem promito pro me et meis solvere deinceps, annuatim, predicto monasterio vel ejus procuratoribus, in perpetuum, in festo Nativitatis Domini, pro obliis dicte petie terre mee. Actum fuit hoc apud Fanumjovis, in presencia et testimonio domini de Nauria, Pertrandi Guicerandi, de Fanojovis, P. Ripperia de Morterio, Bertrandi Solerii, de Fontazellis.

Consequenter, anno et die quibus supra, noverint universi quod ego, Raymunda, mater dicti Guillelmi Salvati, recognosco tibi, Jacobo Capella, notario infrascripto, pro dicto monasterio, tanquam publice persone stipulanti et recipienti, presente et mandante dicto Guillelmo Salvati, filio meo, me tenere dictam peciam terre meam in emphiteosim a predicto monasterio ad oblias unius denarii tolosani oblialis sive censualis, quem promito, pro me et meis, solvere deinceps annuatim, predicto monasterio vel ejus procuratoribus in perpetuum, in predicto festo, pro obliis pecie terre mee predicte. Actum fuit hoc apud Fanumjovis, in testimonio testium predictorum et magistri Jacobi Capella, notarii publici Lauriaci domini regis, qui hanc cartam recepit; vice cujus et mandato, ego, Bernardus Tornerii, notarius publicus de Sancto Felice et tocius senescallie Tholosane et Albiensis ejusdem domini regis, eandem scripsi. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, me subscribo atque solito signo meo signo. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, II, 371.

310 Carcassonne, 12 janvier 1313.

Accord entre le monastère de Prouille et les fermiers du sel de Carcassonne.

Noverint universi quod, cum esset exorta contencio inter salinerium Carcassone domini regis, ex una parte, dicentem quod..gentes monasterii Proliani portant et congregant sal Carcassone in domo.. Predica-

torum et inde exeunt, sicut volunt, absque ejus scientia, propter quod timebat de fraude sub dicto colore committenda, et gentes dicti monasterii dicentes sic eis esse licitum ab antiquissimis temporibus citra pacifice, ita quod nusquam fraudem aliquam fecerant, tandem, in presencia nobilis viri, domini Aymerici de Croso, militis domini regis, senescalli Carcassone et Biterrarum, inter religiosum virum, fratrem Arnaldum Johannis, priorem Pruliani, ex una parte, et Arnaldum Ripparie, rectorem salini Carcassone, ex altera, fuit concordatum quod.. gentes Pruliani licite possint, ad usum suum et dicti monasterii et ejus domorum dumtaxat, sine fraude, sal apportare et congregare Carcassone ubi velint, dum tamen illud faciant portari et transvehi ante salinum Carcassone predictum et scientibus.. gentibus ipsius salini, donec aliud super hiis fuerit ordinatum. Acta fuerunt hec Carcassone, in presencia et testimonio reverendi in Christo patris, domini Alani, Dei gracia episcopi Briocensis, domini Hugonis de Carrollis, legum doctoris, patroni causarum domini regis in senescallia Carcassone et Biterrarum, magistri Johannis Rogerii procuratoris regii Carcassone, Johannis Fulconis, domicelli, viccarii Carcassone et plurium aliorum et magistri Petri de Paracge, notarii publici Carcassone auctoritate regia, qui requisitus de predictis hanc cartam recepit; vice cujus et mandato, ego, Johannes de Provino, de Carcassona, eadem auctoritate publicus notarius, eandem scripsi. Et ego, idem Petrus de Paracge, notarius publicus antedictus, subscribo atque signo, regnante domino Philippo, rege Francorum, anno ab incarnatione Christi M°CCC° tertio decimo, scilicet die XII januarii, qua recepi instrumentum supradictum. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 348.

311-312 14 octobre 1315.

Le monastère de Prouille signifie au salin de Carcassonne l'acte ci-inclus par lequel Aymery de Croso, sénéchal de Carcassonne, reconnaît au monastère le droit de se procurer librement du sel.

Anno dominice Incarnationis M° trecentessimo XV°, videlicet die XIII octobris, noverint universi quod existens Guillermus Roca de Sestayroli, Albyensis diocesis, procurator substitutus monasterii de Proliano per fratrem Dominicum de Montetotino, ordinis fratrum Predicatorum, procuratorque et syndicus religiose sororis Helisabet de Petra, priorisse conventus et monasterii Beate Marie de Pruliano, de qua procuratione fidem fecit per publicum instrumentum, receptum per Bernardum Tornerii, notarium de Sancto-Felice, sub anno Domini M°CCC°XII°, videlicet XVI kalendas decembris, quod incipit in secunda linea *monasterii* et finit in penultima linea *Domini*, in presentia discreti viri, magistri Guillermi Arnaldi de Parisius, tenentis locum domini vicarii Carcassonensis, ac etiam in conspectu magistri Guillermi Franchi, jurisperiti, fratris et confirmarii Johannis Franchi, firmarii salini Carcassone domini regis, exibuit et presentavit eidem magistro Guillermo Franchi quandam litteram patentem domini senescalli Carcassone et Bitterrensis et ejus sigillo a tergo, ut prima facie apparebat, sigillatam, cujus tenor talis est :

312 *Carcassonne, 14 octobre 1315.*

Aymery de Croso, sénéchal de Carcassonne, donne ordre au fermier du salin de Carcassonne de laisser le monastère se procurer librement le sel nécessaire à son usage.

« *Aymericus de Croso, miles domini nostri Francorum regis, senescallus Carcassone et Bitterrensis, Johanni Franchi et ejus sociis, salineriis salini Carcassone ejusdem domini regis, et eorum cuilibet salutem et dilectionem.* Visa quadam ordinatione per nos facta super debato salis quod erat inter vos, ex parte una, seu vestrum predecessorem et gentes monasterii Pruliani, ex altera, quod concordatum fuerit quod ipse gentes sal ad usum dicti monasterii et domorum ejusdem valeant emere et apportare, dum tamen transitum faciant, cum dicto sale, ante dictum salinum, vosque denuo dictas gentes impeditis et perturbatis, prout per ipsas gentes didicimus, contra ordinacionem nostram, sicut dicunt, eapropter, volumus et vobis ac vestrum singulis expresse mandamus quatinus gentes ipsas dicti monasterii non impediatis nec perturbetis quominus sal portare valeant libere ad dictum monasterium et domos monasterii antedicti, ad usum eorum proprium, transitum faciendo ante dictum salinum, quousque de et super premissis per dominum nostrum regem aut per nos aliud fuerit ordinatum, dictam nostram ordinacionem in omnibus et per omnia observari taliter facientes quod ad nos pro predictis non sit ulterius recurrendum. Datum Carcassone, die XIII octobris, anno Domini M°CCC°XV°. Reddite litteras. »

Qua littera presentata, perlecta et exposita coram dicto magistro Guillermo Franchi, item, procurator substitutus requisivit me, Guillermum Bonassie, notarium infrascriptum, quod de premissis sibi publicum [conficerem] instrumentum, in presencia et testimonio magistrorum Guillermi Poncii, notarii curie Montis Regalis, P. Amelii notarii Carcassone, et magistri Guillermi Bonassie, notarii curie Carcassone domini regis, qui requisitus hanc cartam recepit, vice cujus et mandato, ego, Bernardus Porcelli, clericus, cartam eandem scripsi. Et ego, idem Guillermus Bonassie, publicus notarius antedictus, me subscribo meo signo, Ludovico, Francorum et Navarre rege, regnante. (*signét.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 348.

313-314 15 mars 1316.

Afin de terminer les différends entre le chapitre de Saint-Etienne de Toulouse et le couvent de Prouille, les commissaires de l'évêque de Toulouse et du couvent procèdent à la délimitation des dîmaires de Saint-Pierre *de terra Capladae,* de N.-D. de Prouille et de Saint-Sernin de la Ilhe.

Anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto, idus martii, regnante Philippo, rege Franciae, noverint universi, praesentes et futuri, quod discretus vir, magister Arnaldus de Bonis, scindicus venerabilium virorum, domini praepositi et capituli ecclesiae Tholosanae, et frater Bernardus Berengarii, religiosorum fratrum et sororum prioris et priorissae monasterii de Pruliano sindicus seu procurator, nomine sui sindicatus seu procuratorii, constituti in praesentia mei, notarii, et testium infrascriptorum ad hoc specia-

liter rogatorum et vocatorum, in quodam quadrivio seu terminio ubi sit congregatio trium viarum publicarum, quarum una itur versus Villarium Savaricum, et alia versus Lauracum, et alia versus Bromium, obtulerunt domino Radulfo, rectori ecclesiae de Pulcro Podio Guarnesii bajuloque Lauraguesii et reverendi in Christo patris, domini Gualardi, divina providentia episcopi Tholosani, et magistris Guillelmo Lamfredi et Jacobo Capella, notariis, quasdam patentes literas, sigillo dicti domini nostri Tholosani episcopi sigillatas, quarum tenor sequitur in haec verba :

314 *Grenade, jeudi après la Saint-Mathias, 3 mars 1316.*

Gailhard, évêque de Toulouse, charge ses commissaires de procéder à cette délimitation.

« *Gualardus, miseratione divina episcopus Tholosanus, discreto viro, domino Radulfo, bajulo nostro in Lauraguesio, et magistris Guillelmo Lamfredi et Jacobo Capella, notariis, salutem in Domino.* Cum super contrastu et discordia quae est inter venerabiles et religiosos viros domin[um praepositum et canonicos] ecclesiae nostrae Tholosanae, ex una parte, et religiosos priorissam et priorem monasterii de Pruliano et sorores monasterii praedicti, ex altera, super perceptionibus decimarum, primiciarum decimariorum Sancti Petri terrae Capladae et Beatae Mariae [de Pruliano et] Sancti Saturnini de Insula, pronunciaverimus quod dicta decimaria dividantur juxta designationes factas de dictis decimariis per venerabilem virum, dominum Johannem Restalli, canonicum Conseranensem, per nos ad praedicta commissarium deputatum, dixerimus et declaraverimus quod bosolae, termini sive signa ponantur in decimariis antedictis secundum predictas designationes, et nos, aliis nostris et nostrae ecclesiae Tholosanae negotiis occupati, ad praedicta intendere nequeamus, de vestra legualitate confisi [1], vobis mandamus quatinus ad loca dictarum designationum personaliter accedatis, et in locis dictarum designationum, inter dicta decimaria Sancti Petri de terra Caplada et Beatae Mariae de Pruliano et Beati Saturnini de Insula, bozolas, terminos et signa ponatis seu poni faciatis, vocatis partibus antedictis. Super praemissis et ea tangentibus vobis committimus vices nostras, mandantes omnibus quorum interest, et aliis, ut in praemissis vobis pareant et intendant. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum apud Granatam, die jovis post festum Beati Mathiae Apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto. »

requirentes procuratores et sindici supradicti, nominibus quibus supra, dictos dominos commissarios ut bosolas et terminos ponerent, juxta dictarum continentiam litterarum. Qui quidem commissarii, receptis dictis litteris, sicut decuit, reverenter, volentes et jam eis commissum negotium adimplere, constituti in dicto quadrivio, juxta pronuntiationem dicti domini episcopi memorati et designationem factam per dictum dominum Johannem Restalli, quamdam clocam statim fieri fecerunt, computando decem passus a quadrivio supradicto seu avallo ; quod quadrivium est in loco vocato *ad Podium rotundum,* juxta tenentiam Jacobi Vitalis, in carreria publica, ad quinque passus anguli quadrivii dictae terrae. Quod quadrivium divi-

1. Ms : *Confidenter.*

dit terram, computando dictos passus versus terram dicti Raymundi Puelli, carreria in medio non computata, recte eundo ad codonherium infrascriptum, quod est inter tenentias [1] Arnaldi Johannis et Johannis Petri; quod codonhorium distat a carreria publica per decem passus, non computato vallato; juxta quod codonherium fecerunt fieri aliam clocam; in quibus duabus clotis fecerunt poni et infigi lapides pro bozolis seu metis dictorum decimariorum et quae bosula seu lapis est inter tenentias Jacobi Vitalis et haeredum Bernardi Isarni. Postque fecerunt infigi seu poni lapides pro bozolis seu metis, consequendo dicta decimaria, prout per ordinem declaratur certius, lapis fuit fixus inter tenentias Guillelmi Fabri et haeredum Bernardi Isarni; et deinde de dicta bosola proxime nominata, recte eundo per funem usque ad vallum quod dividit terras Guillelmi Rogerii et Guillelmi Miroti, ubi fuit fixus quartus lapis pro bozola; et deinde per dictum vallum, ut rectius ire potest, usque ad capud valli praedicti, quod est contiguum terris Petri Amelii et Johannis Vitalis, ubi fuit fixus quintus lapis pro bozola; et deinde transeundo inter tenentias Petri Amelii et Petri Vitalis, ex una parte, et dicti Johannis Vitalis, ex altera, usque ad capud valli terrae Poncii Ymberti, in quo est quoddam codonherium, et deinde sequendo dictum vallum contiguum terris Imbertorum, quae remanent a parte altani, et maleolo Jacobi Vitalis a parte circii; et deinde sequendo dictum vallum usque ad terram Jacobi Imberti, maleolo Johannis Trilha remanente a parte circii, sextus vero et septimus lapides fuerunt fixi in terra Jacobi Imberti proxime nominata. Et de septimo lapide, qui est fixus juxta terram Isarni deinde ascendendo per dictum vallum, quod est inter tenentias dicti Jacobi Imberti et dictae Isarnae usque ad maleolos Johannis Trilha et Nicolai Imberti, ubi fuit fixus octavus lapis pro bozola; et deinde ascendendo per rasam quae dividit maleolos dictorum Johannis Trilha et Nicolai Imberti, usque ad maleolum Johannis Martini Colho, ubi fuit fixus nonus lapis pro bozola, quae est in capite vineae dicti Johannis Martini; [et deinde] recte eundo per funem, transeundo terram Bernardi Pilati et Petri Bolazeri, in margine cujus, juxta viam publicam fuit fixus decimus lapis pro bozola, qui quidem lapis distat a rivo de Ramiu per quadraginta duos passus, non computato heremo; et deinde, ascendendo per ripariam de passu de Ramiu usque ad passum de Autemir; et quidquid est circa dictam ripariam, a parte circii, infra dictos duos passus est de decimario Sancti Petri terrae Capladae, et a parte altani, de decimario Beatae Mariae de Pruliano.

Et de dicto passu de Autemir, ascendendo per quamdam semitam usque ad angulum terrae Bernardi Hugonis de Comonia, in capite valli, fuit fixus undecimus lapis pro bosola; et deinde ascendendo recte per funem, per dictam terram dicti Bernardi Hugonis et terram domini Raimundi Bovis et terram Johannis Salvati, in qua terra, juxta capud valli quod dividit terras Guillelmi Nicolay et dicti Johannis Salvati, fuit fixus duodecimus lapis pro bozola; et deinde recte ascendendo de dicta bozola, inter dictas terras, per funem, per vallum quod dividit terras dicti Johannis Salvati et Raimundi de Rivis, usque ad capud valli quod est in terra dicti Raimundi de Rivis, in qua terra, juxta capud dicti valli, fuit fixus tresdecimus lapis pro bozola; et deinde ascendendo per terram dicti Raimundi de Rivis usque ad cubitum dictae terrae, juxta semitam per quam itur versus Insulam, ubi fuit fixus quatuordecimus lapis pro bozola; et de dicta bozola, consequendo dictam semitam, usque ad maleolum Bernardi Guarini de Canale de Pererio, et de dicto

---

1. Le ms. porte partout *tenens*, au lieu de *tenentias*.

maleolo eundo versus Vilarium usque ad campum Durandi, raditoris, in qua fuit fixus quindecimus lapis pro bozola, ad septem passus juxta terram Petri de Bromio; et de dicta bozola transeundo recte per funem, per dictam terram Bernardi Hugonis et Durandi, raditoris, et Johannis Saumaterii et Guillelmi Canasti, inter quas duas ultimas tenentias proxime nominatas, fuit fixus sexdecimus lapis pro bozola; et de dicta bozola recte transeundo, usque ad terram Bernardi Maurini, ubi fuit fixus, in margine dictae terrae, decimus septima lapis pro bozola, qui distat a maleolo novello dicti Bernardi Maurini per octo passus; et de dicta bozola, recte transeundo per funem, per dictam terram dicti Bernardi Maurini et Raymundi Martini, usque ad maleolum Bernardi Johannis de Fanojovis, de quo maleolo remanent novem passus in decimario Sancti Petri, a parte tenentie Guillelmi Guastoni; et deinde ascendendo per dictum maleolum usque ad carreriam publicam, per quam itur de Villario versus Prulianum, recte per funem usque ad quemdam locum dicti maleoli juxta dictam viam, qui locus distat ab angulo dicti maleoli a parte circii, per decem passus, in quo loco fuit fixus decimus octavus lapis pro bozola. Et sicut termini praedicti sunt supra consignati, quicquid est a parte circii versus Villarium, est insolidum de decimario sancti Petri terrae Capladae et quicquid est a parte altani ultra dictos terminos, est de decimario Beatae Mariae de Pruliano, excepta migansayria Canalis de Pererio, quae remanet in migansayria, sicut consuetum erat ante.

Postque, transacta migansayria de Guardassiso, decimus nonus lapis pro bozola fuit fixus in tenentia Bernardi Mathaei de Insula, juxta viam publicam per quam itur de Villario versus Fanumjovem, in comba Portelli; vicesimus lapis pro bozola fuit fixus in tenentia Pontii Vitalis de Insula, prope vallum quod est apertum a parte circii et meridiei; vicesimus primus lapis pro bozola fuit fixus in terra Poncii Moncadiera de Insula, in angulo dictae terrae qui est a parte altani; vicesimus secundus lapis pro bozola fuit fixus in tenentia Guillelmi Vitalis de Insula, juxta viam publicam per quam itur de Villario versus Morterium. Et quicquid est a parte aquilonis et circii, in dicta comba Portelli, circa dictos lapides, est de decimario Beati Petri terrae Capladae, et ex parte meridiei et altani est de decimario Beatae Mariae de Pruliano seu Beati Saturnini de Insula.

Lapides vero sic immissos et fixos pro limitibus et bozolis dividentibus decimaria supradicta, ibi esse et permanere voluerunt perpetuo, et hoc nisi partes pro tempore super ponendis vel mittendis aliis limitibus aliter concordarent, salvo tamen quod terrae quae sunt ultra dictas bozolas, a parte meridiei versus dictum monasterium de Pruliano, in locis vocatis *de Canale de Pererio* et *de Guardasiso* remaneant in migansayria, prout ante limitationem hujusmodi esse consueverunt, temporibus retroactis. Actum fuit hoc in terminis et locis supradictis, in praesentia et testimonio Guillelmi Camela, Guillelmi Cavanacci, Petri Mestelovi, Petri Trilha, Petri Amelii, Guillelmi de Bromio, qui sunt de Villario, et Petri Clerici de Onosio, et fratris Guarini de ordine Praedicatorum, et mei, Johannis Martini, publici notarii castri de Villario pro illustrissimo domino rege praedicto, qui hanc cartam scripsi et in quarta linea a prima computanda, rasi *quasdam patentes* et in tresdecima, rasi *dividit terram computando dictos passus versus terram dicti Raimundi Priolli,* et in sexdecima, superscripsi *vallum* et in vicesima nona, rasi *juxta dictam* et in tricesima secunda, cancellavi *fuit fixus.* Et signo meo signavi.

Copie : Bibl. Nat., coll. Doat, t. 82, p. 292.

315-317 Castres, 23 septembre 1327.

Controverse entre les délégués apostoliques et le syndic de Prouille sur la question de savoir si ledit monastère doit contribuer à la dîme exigée par le pape.

Anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, videlicet die vicesima tercia introitus mensis septembris, domino Karolo, Francorum et Navarre rege, regnante, noverint universi quod existens personaliter in civitate Castrensi, in domo nobilis viri, domini Amblardi Subirani, militis, coram venerabilibus et discretis viris, dominis Guillermo Revelli, decano de Burlatio, Castrensis diocesis, et Guillermo de Bos, sacrista ecclesie Forojuliensis, apostolice sedis nunciis, qui presentem diem et civitatem priori de Proliano, diocesis Sancti Papuli, vel ejus procuratori, ad respondendum cuidam requeste per ipsos dominos nuncios dicto domino.. priori, die veneris proximo preterita, in Sancto-Papulo facte, assignaverant, ut dicebatur, religiosus vir, frater Ramundus Sartoris, scindicus et procurator, ut asseruit, dicti prioris et monasterii de Proliano antedicti, dixit et obtulit se, quo supra nomine, paratum humiliter et devote et cum qua debuit reverentia et honore, respondere requeste per ipsos dominos nuncios dicto domino.. priori, die predicta, ut dicitur, facte, et juxta diei et loci assignationem et ordinationem per ipsos dominos nuncios factam. Qui quidem scindicus et procurator respondit, prout et sicut in quadam papiri cedula scripta sigilloque dicti domini prioris, ut idem procurator et scindicus asseruit et etiam prima facie apparebat, sigillata, et etiam per me, notarium infrascriptum, coram ipsis reverendis dominis nunciis et testibus infrascriptis lecta et exposita, ac in presenti instrumento inferius inserta, continetur, cujus quidem cedule tenor talis est :

316 *même date.*

Par un acte présenté aux délégués apostoliques par le syndic de Prouille, le prieur dudit monastère déclare qu'il n'est pas dans l'intention du pape de soumettre le couvent de Prouille au paiement des taxes apostoliques.

« Ad requestam factam per venerabiles viros, dominos Guillermum Revelli, decanum de Burlatio, et Guillermum de Bos, sacristam Forojuliensis ecclesiarum, Castrensis et Forojuliensis dyocesium, apostolice sedis nuncios, respondet prior monasterii de Proliano quod non credit quod sit de mente sanctissimi patris, domini nostri Summi Pontificis, quod aliquid contribuat dictum monasterium de Proliano in predictis per ipsos dominos requisitis, propter piam liberalitatem sedis apostolice quam predecessores sui ad dictum monasterium habuerunt, et etiam dictus dominus noster habet, sicut per personam fidedignam dictus dominus prior intellexit, que ab ore dicti domini nostri Summi Pontificis hoc audivit. Ubi enim dicto priori constaret quod esset aliter de mente dicti domini nostri, paratus esset voluntatem suam in omnibus adimplere. »

De quibus omnibus et singulis, supra per dictum procuratorem et scindicum dictis, factis et oblatis et, quo supra nomine, responsis, requisivit me, Johannem Molinerii, notarium infrascriptum, ut sibi, quo supra

nomine, inde publicum reciperem, conficerem et redderem instrumentum. Et ibidem, prefati domini nuncii exhibuerunt et tradiderunt michi, notario pre et infrascripto, quandam papiri cedulam scriptam et quam in presenti instrumento inseri voluerunt et requisiverunt ac etiam mandaverunt, cujus cedule tenor talis est :

317 *même date.*

Les délégués apostoliques, après avoir pris connaissance de la déclaration du prieur de Prouille déclarent qu'elle est insuffisante et que le couvent doit payer.

« Que responsio in cedula exhibita per prefatum scindicum ac sigillo prioris de Proliano sigillata, ut dicitur, tanquam insufficiens, salvo prioris honore, per prefatos dominos nuncios non fuit admissa, cum rescriptum apostolicum per ipsos presentatum dicto domino priori, diriguatur omnibus personis ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, ordinum quorumcunque, constitutis in dyocesi Sancti-Papuli, in qua dyocesi monasterium de Proliano scituatum existit, et pro eo etiam quia, ut vox communis habet, in dicta diocesi Sancti-Papuli et locis circumvicinis, emolumenta dicti monasterii sint annui redditus seu proventus quindecim milium librarum turon., consueveritque dictum monasterium solvere, secundum taxationem antiquam, pro decima domino regi, cum eidem conceditur generaliter decima in regno suo, ducentas libras turon. parvorum, quolibet anno. »

Dixerunt tamen prefati domini premissam requisitionem factam eidem priori suamque responsionem et hanc presentem se relaturos Camere domini nostri Pape, secundum traditam eis formam, de quibus, ad sui excusationem, petierunt sibi fieri publicum instrumentum. Acta fuerunt hec, anno, die et loco predictis, in presentia et testimonio religiosorum virorum, fratrum Ramundi Ferrerii prioris, Guillermi Batonis, conventus fratrum Predicatorum de Castris, Hugonis de Fonte, dicti ordinis et monasterii predicti de Proliano, Bernardi de Bieule, clerici dictorum dominorum, Caturcensis dyocesis, et mei, Johannis Molinerii, publici civitatis Castrensis et imperiali auctoritate notarii, qui requisitus de predictis presens instrumentum recepi, scripsi et signo meo solito signavi. *(signet.)*

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 365.

318 Salles, 1er novembre 1326.

Testament d'Esclarmonde de Durfort, femme d'Arnaud du Villar, chevalier, seigneur de Varaigne, par lequel elle élit sa sépulture dans le monastère de Notre-Dame de Prouille, fait plusieurs legs pieux et institue pour héritier universel Jourdain du Villar, son fils, auquel elle substitue, à défaut d'enfants, son second fils Arnaud; elle lègue à chacun de ses autres enfants dix livres tournois. Elle fait plusieurs legs au monastère de Prouille et à plusieurs religieuses de ce couvent.

— In primis igitur, elegit suam — ecclesiasticam sepulturam in monasterio B. Mariae de Pruliano prope Fanojovem. —

item, legavit dicta domina testatrix operi B. Mariae de Pruliano, pro sepultura ejusdem, LX sol. tur.;

item, legavit dicta domina testatrix sorori Aipays, monachae monasterii de Pruliano, C sol. tur.;

item, legavit dicta domina testatrix sorori Marquesia de Lorcat (*sic*), XL sol. tur.;

item, legavit sorori Saurimundae de Duroforti, XL sol. tur.;

item, legavit dicta domina testatrix et ita fieri mandavit quod unus capellanus seu sacerdos celebret per tres annos, apud Prulianum, ad redemptionem suorum peccaminum et parentum suorum. — Actum fuit hoc apud Salas, die sabbati in festo Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

COPIE : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 42, fol. 304.

319 Toulouse, le 3 septembre 1334.

Imbert de Sault, notaire royal de Toulouse, se reconnaît débiteur envers le monastère de Prouille d'une somme de 132 livres, 16 sous, 8 deniers, qu'il s'engage à payer aux prochaines fêtes de Noël et de Pâques.

Noverint universi quod ego, Imbertus de Saltu, notarius regius Tholose, recognosco et in veritate confiteor me debere fratri Raimundo Maurelli, priori, et dominabus priorisse et monialibus tocius conventus monasterii de Pruliano, et hoc nomine dicti monasterii, centum triginta duas libras, sexdecim solidos et octo denarios turon. parvorum, quam summam frater Raimundus Maurelli, prior conventus monasterii predicti, recognovit se habuisse et recepisse, nomine dicti monasterii, a prudenti viro, domino Matheo Gayta, thesaurario Tholose domini mei regis, dicto monasterio debitam, pro parte assignationis facte super redditibus in censivis de Gaiano, anni proxime preteriti de majori summa in qua dictus dominus rex dicto monasterio et ejus conventui pro diversis mutuis tenebatur, quam summam dictus dominus thesaurarius, de voluntate dicti prioris, debet deliberare in videlicet allocando de voluntate mea, in debitis per Arnaldum de Monteolivo, bajulum de Monteastruco, anni proxime preteriti, sexaginta solidos et quatuor denarios turon. et in debitis per me, ratione viginti arborum invenditarum per magistrum forestarum in foresta regia de Buzeto, quinquaginta et quatuor libras turon., et in debitis per me, ratione bajulie de M... de Monteastruco, anni finiti ad S. Johannem M°CCC°XXXIII°, tresdecim libras, novem solidos et quatuor denarios turon.; et in debitis per me, ratione bajulie de Monteastruco, anni presentis, et pro terminis futuri sexaginta duas libras et septem solidos turon. Quam quidem pecunie summa dicte monete promitto solvere, bona fide, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum meorum, presentium et futurorum, videlicet in proximo venienti festo Natalis Domini, sexaginta novem libras, et in proximo venienti festo Pasche Domini, sexaginta tres libras, sexdecim solidos et octo denarios turon. Et renuncio omnibus exceptionibus, privilegiis, dilacionibus, renunciationibus omnibus et singulis quibus contra premissa me juvare possem et quomodolibet, deffendere vel tueri. Et volo me posse compelli, elapsis terminis supradictis, per quamcumque curiam, ecclesiasticam vel secularem. Protestor tamen quia in eo casu in quo dictus dominus thesaurarius nollet allocare in dictas summas, vel deducere de debito in quo sibi teneor, quod presens recognicio et obligacio sit nulla, cassa et irrita, in casu predicto et non alio, nullius efficacie seu valoris. In cujus rei testimonium, ego me subscripsi manu mea, scripsi et signum meum quo utor in instrumentis publicis,

apposui et nichilominus presentem obligationem sigillo meo sigillavi. Datum Tholose, die III mensis septembris, anno Domini M°CCC°XXXIIII°. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 342.

320 13 juillet 1236.

Bernard Raymond de Durfort, agissant au nom d'Arnaud de Salles, confirme la vente faite au monastère, par Pierre de Fenouillet, d'une pièce de terre à Massabrac, moyennant un cens annuel que devront payer, chaque année à Noël, ledit Pierre de Fenouillet et le couvent de Prouille.

Anno ab incarnatione Domini M°CC°XXX sexto, domino Philippo, rege Francorum, regnante, die terciadecima julii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod ego, Bernardus Raymundi de Duroforti, domicellus Fanijovis, procurator nobilis viri, domini Arnaldi de Villario, militis, domini de Salas (*sic*), nomine procuratorio ejusdem, laudo et concedo ex parte dominii, vobis, Petro de Fenolheto, filio quondam Guillelmi, de Fenolheto, ejusdem loci Fanijovis, et vestris heredibus et successoribus, presentibus et futuris, venditionem cujusdam pecie terre site in terra Fanijovis [1], loco vocato *Massabrac*, que affrontatur ab altano in tenentia Breseytorum de Villario, a circio et merydie in alia tenentia vestra, vobis factam per Guillelmum Brezeyti, majorem diebus, de Villario, in precio viginti quinque solidorum tolosanorum, prout in instrumento dicte venditionis inde recepto per magistrum Guillelmum Tholosanum, notarium Fanijovis, plenius dicitur contineri. Hoc autem facio tali pacto et condicione, ut vos et antedictum monasterium Beate Marie de Proliano 'solvatis' unum obolum turon., anno quolibet, in festo Natalis Domini, pro servitute dicte petie terre, sine censu. Et sic faciendo, liceat vobis omnibus dictam peciam terre dare, laxare, vendere, impignorare, vel aliter alienare cuicumque volueritis, exceptis sacris et militibus, tamen jure dicti domini regis et suorum in omnibus semper salvo et foriscapio, videlicet de uno quoque solido venditionis, uno denario, et de solido pignoris, uno obolo; et de foriscapio a vobis, nomine procuratorio quo supra, me teneo bene perpacatum et contentum, et ero inde vobis omnibus bonus guirens ab omnibus amparatoribus et contradictoribus quibuscunque, ex parte dominii, ut procurator debet esse in perpetuum, sine dolo.

Et ibidem, ego, Petrus de Fenoleto predictus, pro me et meis, recognosco me tenere in amphiteosim, dictam peciam terre a domino Arnaldo de Villario predicto, licet absenti, et vobis, notario infrascripto, pro ipso stipulanti et recipienti, in laudimio et sub servitute predicta, per me et meos, dando, quolibet anno, in festo Natalis Domini, dicto monasterio vel suis procuratoribus, ut supra dictum est. Actum fuit hoc apud Fanumjovis, in presentia et testimonio Petri Geraldi, mercatoris Fanijovis, ejus filii, et mei, Bernardi Gasc, de Fanojovis, notarii publici dicti domini regis, qui hanc cartam, requisitus, recepi, scripsi, signoque meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 371.

---

1. Plus haut (n. 309), ce lieu dit est indiqué dans le domaine de Prouille.

321 Toulouse, samedi après la Saint-Michel, 4 octobre 1337.

Testament d'Arnaud du Villar, chevalier, par lequel il élit sa sépulture dans la chapelle de Saint-Dominique au monastère de Prouille, et fait plusieurs legs au monastère.

— Primo igitur, idem dominus Arnaldus de Villario, miles, obtulit et praesentavit se ipsum, ex anima et corpore, humiliter et devote, Omnipotenti Domino Jesu Christo, mundi universi Salvatori, et Beatae Mariae, ejus matri, ac curiae coelesti : et primo, elegit suam ecclesiasticam sepulturam in monasterio Beatae Mariae Pruliani, in capella Beati Dominici, in quodam vaso aedificato, ut ibi dictum fuit, per dictum dominum testatorem. —

Item, legavit fratribus capellanis omnibus qui morantur in monasterio Beatae Mariae de Pruliano, cuilibet ipsorum, quinque solidos turon.;

item, dominae priorissae dicti monasterii de Pruliano decem solidos turon.;

item, subpriorissae dicti monasterii de Pruliano quinque solidos turon. —

item, omnibus sororibus dicti monasterii duos solidos turon. —

Actum fuit hoc Tholosae, die sabbati post festum Beati Michaelis mensis septembris, domino Philippo, rege Francorum, regnante, et domino Guillelmo, archiepiscopo Tholosano, anno Domini millesimo trescentesimo tricesimo septimo. —

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 43, p. 75 et sqq.

VII. FONDS DE FANJEAUX

322 **1211.**

Foulques, évêque de Toulouse, exempte le monastère de l'obligation de payer à l'église de Fanjeaux, les dîmes dues pour les biens acquis depuis la fondation, en 1206.

Manifestum sit omnibus praesentibus et futuris, hanc cartam legentibus sive audientibus, quod dominus Fulco, Dei gratia Tholosanae sedis minister humilis, dedit et concessit, cum consilio et assensu domini M., praepositi sancti Stephani, in quantum fieri potuit, ad preces domini Dominici Oxomensis, (praecipue sibi visum fuit esse pietatis et misericordiae) ecclesiam B. Mariae de Pruliano et territorium per triginta passus sibi adjacens, ex utraque parte, circa praedictam ecclesiam, ut in jure canonum reperitur, mulieribus conversis per Praedicatores ad praedicandum contra haereticos et ad repellendam haeresim pestiferam delegatos, tam praesentibus quam futuris, ibidem religiose viventibus, absque tamen decimis et primitiis, ita quod vero decimae et primitiae, quae ad jamdictam ecclesiam, jure parochiali, aliquando spectasse videntur, ecclesiae quae est in Phanojovis, reddantur ex integro; ipsam vero ecclesiam possideant absque aliquo sensu et servitute et quiete deinceps; jam dicta ecclesia vel [quae] dominae praefatae, donatione vel emptione vel aliquo modo, juste adquisierunt, sine decimis et primitiis nunc a domino praedicto episcopo vel ab ejus successore conceduntur. Data anno Domini M°CC°XI°, regnante Christo in Biterris et Carcassone et in Reddensi et Albiensi partibus, et regnante Philippo, Francorum rege, et Fulcone Tholosano episcopo. Hujus rei testes sunt : frater Aymericus, et frater Joannes, et frater Dominicus, et Petrus donatus, et Raymundus Petrus de Causerano qui hanc cartam scripsit.

Copie : Cambefort. Histoire manuscrite de Prouille.
Imprimé : Balme. *Cartulaire de S. Dominique*, t. I, p. 266.

*** 323** 1211.

Bernard de Sens donne à S. Dominique une terre à Fanjeaux, au lieu dit ***al Pech Alpiou.***

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 324** 1211.

Bernard du Bourg donne à S. Dominique un demi-arpent de vigne, à Fanjeaux, au lieu dit *las Bolbènes.*

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 325** 1211.

Bernard Cozent donne à S. Dominique, pour le monastère de Prouille, une condamine à *las Crozes,* sur le territoire de Fanjeaux.

(Papiers Fortia d'Urban.)

*** 326** 1211.

Amiel Cerdana donne à S. Dominique 21 deniers de censive sur une vigne de Fanjeaux, pour l'huile de la lampe du sanctuaire.

(Papiers Fortia d'Urban.)

327 14 février 1212.

Frémis donne à S. Dominique et au monastère deux terres et la moitié d'une maison sises entre Fanjeaux et Prouille.

Notum sit omnibus hominibus hoc audientibus, quod egò, Fremis, francigena, per me et per omnes successores meos, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, dono et trado in perpetuum, sine omni meo meorumque retentu, Domino Deo et Sancte Marie de Prolano, et Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ibi Deo et Sancte Marie et monasterio de Prolano servientibus, pro redemptione anime mee et parentum meorum, medietatem tocius terre, que est ubi vocatur *a Romengar;* que fuit de Na Cerdana et Guillelmi Calveti, quam God Picarela ab eis emit, et eam Guillelmus Ospitalers et Stephanus Engles et Petrus Rozaldi et frater ejus, Guillelmus Rozaldi, qui erant heretici, adquisierunt de duobus predictis. Et dono similiter illam vineam totam que fuit Stephani Engles et Guillelmi Ospitalarii, qui erant heretici, que est in vineario *de fonte Sancti Martini;* et retineo ibi solummodo ire et redire in aliam vineam nostram. Et dono similiter medietatem domus que fuit Guillelmi Ospitalarii, qui erat hereticus; et hec domus est ante furnum de Prolano in warantena que fuit Maurini Picarela. Et si obiero in ista patria, dono similiter medietatem omnium nostrarum rerum mobilium, ut habeant et teneant

et semper possideant, ad suam voluntatem semper faciendam, predictum honorem libere, quia de hereditate fuit quam dominus meus, comes Montisfortis, michi dedit.

Testes hujus rei sunt : Rogerius Picarela, Usalguerius de Fenoleto, Guillelmus Arnaldi Picarela, R. de Varnola, pater Isarni servientis. Facta carta ista XVI kalendas marcii, feria III^{a}, anno ab incarnatione Christi M°CC°XI, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 339.

328 — Penne d'Agen, juillet 1212.

Robert de Mauvoisin, donne au monastère de Prouille le patrimoine de Guillaume de Durfort, confisqué pour faiditisme. (Cf. plus haut, n° 272.)

Notum sit praesentibus quod ego, Robertus Malovicini, cum voluntate et assensu domini comitis Montisfortis, do libere et in perpetuum, pro remedio animae meae et predecessorum meorum, [Domino] Deo et Beatae Mariae [1] ibidem [Deo et S. Mariae] servientibus, praesentibus et futuris, haereditatem Guillelmi de Duroforti de Phanojovis, scilicet domos, terras cultas et incultas, vineas, quartos, partes terrae, merita, census, prata, nemora, aquas et omnia sibi pertinentia, sicut ipse Guillelmus habuit et possedit et habere et possidere debuit, quaecumque sunt et ubicumque. Et ut ratum et inconcussum permaneat, omni tempore, praesentem paginam sigilli nostri munimine roboramus.

COPIE : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 49 v°.
IMPRIMÉ : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 313.

329 15 septembre 1212.

Guillaume de l'Essart, seigneur de Villesiscle, donne à S. Dominique et au monastère de Prouille, dans le dîmaire de Fanjeaux, 12 sétérées de terres ayant appartenu à dame Fays.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus, quod ego, Guillelmus del Essart, francigena miles et dominus de Vilaciscle, per me et per omnes successores meos, bono animo et sine omni dolo, dono et concedo et trado in perpetuum, pro redemptione anime mee et remissione omnium peccatorum meorum, Domino Deo et B. Marie de Prolano, abacie ibi noviter constructe, et Dominico, Oxomensi canonico, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ejusdem domus, ibidem Deo et Sancte Marie servientibus, XII sextariatas terre in decimario Phanijovis, juxta fortiam que fuit domine Fais et filiorum ejus ; que affrontant se ab altano in ipsa hereditate, a meridie in terra dels Carbonels, a circio in honore qui fuit Gualardi de Viladegut ; et habeant et teneant ac semper possideant cum fructibus et expletis inde exeuntibus, ad suam voluntatem semper faciendam, cum introitibus et exitibus suis. Et ero inde semper bonus guirens de totis

---

1. Il faut sans doute suppléer : *de Prolano et Dominico, Oxomensi canonico, et cunctis fratribus et sororibus, praesentibus et futuris ejusdem domus.*

amparatoribus bona fide. Et hoc donum feci de honore quem dominus comes Montisfortis michi dedit; et ut hoc donum predictum ratum et firmum et inconcussum semper permaneat, sigillo meo confirmavi.

Testes hujus rei sunt Palaizinus prior Camboni, Petrus Pitrelli, Guillelmus Arnaldi Gibolevi, Arnaldus Ortiguers, Maïs. miles francigena. Facta carta ista XVII kalendas octobris, feria V, anno ab incarnatione Christi M°CC°XII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H. 339.
IMPRIMÉ : Balme. *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 324.

330 Fanjeaux, 25 mai 1214.

Foulques, évêque de Toulouse, abandonne au monastère, avec le consentement de S. Dominique, chapelain de Fanjeaux, les dîmes et prémices de 3 araires de champs et de 30 arpents de vigne, sis au dîmaire de l'église de Fanjeaux.

Notum sit tam praesentibus quam futuris, quod ego, Fulco, Dei gratia Tholosanae Sedis episcopus, de assensu et voluntate fratris Dominici, capellani de Fanojovis, do et concedo in perpetuum monialibus de Pruliano decimas et primitias trium aratrorum agrorum [1] et triginta arpentorum vinearum, quae sunt ejusdem domus in territorio et decimario de Phanojovis. Et, ut ratum et inconcussum maneat, omni tempore, praesentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus. Datum Phanojovis, VIII kalendas junii, anno Domini M°CC°XIV.

IMPRIMÉS : Balme. *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 450.
Gallia Christiana, t. XIII, p. 247. (Ex monum. ecc. S. Papuli.)

331 Rome, le 17 avril 1221.

Foulques, évêque de Toulouse, donne à S. Dominique et à son Ordre l'église de Fanjeaux. S. Dominique abandonne de son côté à l'évêque le sixième des dîmes paroissiales, que Foulques lui avait précédemment conféré dans tout le diocèse de Toulouse.

In nomine Domini, notum sit omnibus hominibus presentem paginam inspecturi, quod nos, Fulco, Tolosane ecclesie gratia Dei episcopus, donamus et libere concedimus per nos et per omnes successores nostros, in remissionem anime nostre, et ob tuitionem fidei catholice, et ad utilitatem tocius dyocesis Tholosane, tibi, dilecto Dominico, magistro Predicationis, et per te tuis successoribus et fratribus ejusdem ordinis ecclesiam B. Marie Fanijovis, quam eidem ordini predicationis, cum decimis, sive ad nos sive ad fabricam ecclesie sive ad capellanum ibidem instituendum, quondam pertinentibus, primiciis, oblationibus et cum omnibus juribus suis et pertinentiis, jure perpetuo possidendam integre assignamus, te et per te fratres ejusdem ordinis, cum traditione presentis carte, in possessionem inducentes, salvo tamen jure epis-

1. Ms : *suorum*.

copali nobis et successoribus nostris, tam in cathedratico quam in procurationibus et visitationibus et in commissione cure animarum illi sacerdoti qui a magistro vel priore in dicta ecclesia a dicto magistro instituto vel fratribus jam dicti ordinis nobis vel nostris successoribus fuerit presentatus.

Et nos, supradictus magister Predicationis, per nos et successores et fratres ipsius ordinis, vobis, domine episcope, vestrisque successoribus sextam partem decimarum ecclesiarum parochialium tocius Tholosane dyocesis, quam nobis et ordini predicto, de consensu canonicorum S. Stephani Tholosani, retroactis temporibus, libere concessistis, sicut in instrumento publico plenius continetur, solvimus et desamparamus in perpetuum, ita quod dictum instrumentum sit penitus irritum et inane, renuntiantes omni legum et canonum auxilio, quod nobis vel ordini antedicto, ex donatione vestra vel alio modo, super predicta sexta parte decimarum posset competere vel valere.

Ut autem omnia supradicta omni firmitate subnixa permaneant, sigillorum nostri et D[ominici], magistri Predicationis prefati, munimine fecimus roborari.

Actum in urbe Rome, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo primo, indictione nona, xv kalendas maii, presentibus ad hoc convocatis Aymerico et Petro, monachis Cisterciensis ordinis, et fratre Bertrando, converso ejusdem ordinis, et magistro Arnaudo de Campragnano et Willelmo Calveto, et me, Orlandino, qui hoc rogatus scripsi, domino Amico, Arelatensi archidiacono, dictante.

Copies : Arch. de l'Aude, H, 339, (d'après un *vidimus*, de Raymond Gasconis, official de S. Papoul, en date du 10 janvier 1325.) Archives de l'Ordre à Rome.
Imprimé : *Gallia christiana*, t. XIII, inst., p. 247.

332 Septembre 1227.

Foulques, évêque de Toulouse, confirme la cession de l'église de Fanjeaux au monastère de Prouille.

Anno gratiae Christi millesimo decentesimo vigesimo septimo, mense septembris, noverint universi praesentes literas inspecturi quod nos, Fulco, Dei gratia Tholosanae sedis episcopus, considerantes necessitatem et indigentiam sanctimonialium monasterii nomine Pruliani, ordinis Praedicatorum, siti juxta castrum Fanijovis, nostre diocesis, illam collationem ecclesiae Fanijovis quam eis fratres Praedicatores de communi ordinis et magistrorum suorum fecerant consilio et assensu, volumus et concedimus et praesenti pagina confirmamus, sicut ipsi a nobis pro commutatione sextae partis decimarum, quam collatam sibi a nobis prius postmodum resignarunt, dictam ecclesiam habuerunt. Ut autem supradicta confirmatio robur perennis et incommutabilis firmitatis obtineat, praesentes litteras cum sigillo nostro duximus eidem monasterio concedendas.

Imprimé : *Gallia Christ.*, t. XIII, inst. p. 248.

333 Décembre 1230.

Foulques, évêque de Toulouse, cède au monastère l'église paroissiale de N.-D. de Fanjeaux avec ses revenus.

Anno Domini M°CC°XXX°, mense decembris, noverint universi praesentes litteras inspecturi, quod nos,

Fulco, Dei gratia Tolosane sedis episcopus, considerantes necessitatem et indigentiam monialium monasterii nomine Pruliani, quod a nobis aedificatum fuit et constructum, eidem monasterio et monialibus ibidem comorantibus, de parte proventuum ad mensam nostram pertinentium, quam jura et statuta canonum concedunt episcopis posse dare monasteriis ab eisdem episcopis aedificatis, paululum concessimus in perpetuum possidendum, videlicet ecclesiam B. Mariae Fanijovis, quae sita est in nostra diocesi et quasi juncta monasterio memorato, cum suis decimis, primitiis, oblationibus et aliis obventionibus, ad ipsam pertinentibus, [ut eam] in perpetuum pacifice possideant et quiete, jure episcopali nobis servato quod in cathedratico et visitationibus consistit. Ut autem supradicta donatio sive concessio robur perenis et immutabilis firmitatis obtineat, praesentes litteras cum sigillo nostro duximus eidem monasterio concedendas. Actum [1] est anno et mense ut supra.

Copie : Bibl. Nat., Ms. fr. 8671, p. 111.

* 334 — 1234.

Bernarde Bensite et ses enfants, Guillaumette et Raymond, vendent au monastère une pièce de terre au Vieux Château de Prouille.

(Papiers Rouhart.)

* 335 — 7 novembre 1235.

Raymonde Jeanne, du consentement de son mari Pons Bernard de Laures, vend à Prouille, pour 41 sous tolsas, une terre sise à Fanjeaux au lieu dit *al Romengar*.

In nomine Domini, anno ab Incarnatione ejus M°CC°XXXV°, notificetur cunctis quod ego, Raymunda Johanna, consilio, voluntate et in presencia viri mei, Poncii Bernardi de Lauris, et per me et per omnes successores meos, presentes et futuros, vendo tibi, fratri Raimundo, priori domus Prolani, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ejusdem domus medietatem totius illius terre quam ego et soror mea, Peirona, habemus et tenemus a vobis in terminio Fanijovis, in loco ubi dicitur *al Romengar*, ad omnem voluntatem vestram, sine alicujus contradictu, perpetuo faciendam, pro XLI solidis tolos., quos michi et predicto viro meo plene et integre persolvistis; et tota terra predicta affrontat se ab altano in via, et a circio in via, et a meridie in terra Maurini Picarella, et ab aquilone in terra que fuit Poncii Lauri. Jamdictam vero medietatem predicte tocius terre, sicut ab affrontationibus suis includitur, et cum introitibus et exitibus et omnibus pertinenciis suis, ego, Raimunda jamdicta, vendo vobis predictis et vestris et de meo meorumque jure in vestrum vestrorumque jus pono, et sine meo meorumque retentu, vobis in perpetuum trado, prout melius potest excogitari, intelligi aut dici, renuncians, ex certa scientia et sana deliberatione, omni legi et juri, divino et humano, et terre consuetudini et hominum voluntati, singulariter et generaliter, quibus forte contra jamdictam venditionem liceret, aliquo tempore, contravenire; et ego et predictus vir

1. Ms : *autem*.

meus, Poncius, erimus vobis et vestris boni guirentes ab omnibus amparatoribus, excepta parte dominacionis; et omnia supradicta laudamus vobis et vestris super omnia bona nostra, mobilia et immobilia, presencia et futura.

Hujus rei sunt testes : frater Raimundus Garda, frater Guillelmus Dagrefoil, Petrus Ugo Bola, Raimundus Guasc, Po[n]cius Bernardus, Arnaldus de Babo, Poncius Astre juvenis, Petrus Brezeit forner, Raimundus Ameil. Actum est hoc mense novembris, feria VII, regnante Lodoyco, rege Franchorum, Raimundo episcopo Tolose. Raimundus de Vilano (*sic*) hanc cartam scripsit.

336 3 octobre 1235.

Richaud de la Ilhe et Pons de Montlaur, vendent, pour 300 sous melgoriens, au couvent de Prouille une terre sise à Fanjeaux, au lieu dit *als Arendaz*.

In nomine Domini, anno ab Incarnatione ejus M°CC°XXXV°, notificetur cunctis quod ego, Richaudus de Insula, et ego, Poncius de Montelauro, bono animo ac spontanea voluntate, et per nos et per omnes successores nostros, presentes et futuros, vendimus et tradimus in perpetuum tibi, fratri Raimundo, priori domus Prolani, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ejusdem domus, medietatem tocius illius terre quam adquisierunt li Rosaldi quondam ab antecessoribus nostris, in terminio Fanijovis, in loco ubi dicitur *als Arendaz*, ad omnem vestram voluntatem, sine alicujus contradictu, in perpetuum faciendam, pro CCC solidis melgor., quos nobis plene et integre persolvistis. Jamdicta vero medietas tocius predicte terre affrontat se ab altano in via, et a circio in vallo quod est inter predictam terram et tenenciam Bernardi Ugonis de Festo, et a meridie in alia parte jamdicte [terre] quam tenet Arnaldus Rosaud, ab aquilone in terra Bernardi Ugonis. Predictam vero medietatem tocius terre jamdicte, sicut a jamdictis affrontacionibus suis includitur, et cum omnibus juribus et pertinentiis et introitibus et exitibus suis, nos supradicti, videlicet ego, Richaudus, et ego, Poncius de Montelauro, vendimus pro predictis CCC solidis melgor., vobis jamdictis, scilicet fratri Raimundo, priori domus Prolani, et fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ejusdem domus, sine aliquo retentu quod ibi nobis seu nostris non facimus, sicut melius potest dici aut intelligi seu excogitari, ad vestri vestrorumque profectum, renunciantes, ex certa scientia et sana deliberatione, omni legi et juri, divino et humano, et terre consuetudini et hominum voluntati, singulariter et generaliter, quibus forte contra jamdictam venditionem liceret, aliquo tempore, contravenire; insuper nos et nostri erimus vobis et vestris boni guirentes ab omnibus amparatoribus, excepta parte dominacionis; et omnia supradicta laudamus vobis et vestris super omnia bona nostra, mobilia et immobilia, presencia et futura.

Hujus rei sunt testes : frater Raimundus Garda, frater Guillelmus Dagrefoil, frater Guillelmus Coziner, frater Guillelmus de S. Aniano, Raimundus God Sirvent, Raimundus clericus, Petrus Clavel, Petrus de Cairol, Bernardus de Alsona. Actum est hoc mense octobris, feria III, regnante Lodoyco, rege Franchorum, Raimundo episcopo Tholose. Raimundus de Vilano hanc cartam scripsit.

337 6 novembre 1235.

Bérengère, femme de Pons de Montlaur, approuve et confirme la vente précédente.

In nomine Domini, anno ab Incarnatione ejus M°CC°XXX°V°, notificetur cunctis quod ego, domina Berengaria, uxor Poncii de Montelauro, per me et per omnes successores meos, presentes et futuros, confirmo et corroboro vendicionem jam factam a Richaudo de Insula et a jamdicto viro meo, Poncio de Montelauro; et iterum ego, per me et per omnes meos successores, presentes et futuros, vendo et trado in perpetuum, sine aliquo retentu, quod michi nec meis facio, fratri Raimundo, priori domus Prolani, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus et futuris, medietatem illius tocius terre que est in terminio Fanijovis, in loco ubi dicitur *als Arendaz*, quam jamdictam terram adquisiverunt quondam li Rosaudi ab antecessoribus nostris; vendicionem predictam facio pro ccc solidis melgor., quos de voluntate mea et mandato, supradicto Richaudo et viro meo, Poncio de Montelauro, plene et integre persolvistis, de quibus me bene perpaccatam teneo. De predicta vero vendicione ego et mei erimus predicto fratri Raimundo, priori jamdicte domus Prolani, et cunctis fratribus et sororibus, presentibus et futuris, ejusdem domus boni guirentes ab omnibus amparatoribus; et hoc laudo eis et cuilibet homini, pro eorum utilitate patente, super omnia mea bona, mobilia et immobilia, presentia et futura, renuncians, ex certa scientia, per me et per omnes successores meos, presentes et futuros, omni legi et juri, divino et humano, et specialiter et generaliter omnibus quibus forte contra jamdictam vendicionem, aliquo tempore, liceret contravenire.

Hujus rei sunt testes: P. Adalbertus sacerdos, Raimundus Per., capellanus de Insula, Raimundus Gregorius clericus, Petrus Nesple, Stephanus Francus, Petrus Raulinus. Actum est hoc mense novembris, feria VI, regnante Lodoyco, rege Franchorum, Raimundo episcopo Tolose. Raimundus de Vilano cartam scripsit.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 341 [1].

* 338 1239.

Guillaume Boyer vend au monastère une pièce de terre, sise sur le territoire de Fanjeaux, près du ruisseau de la Sésonie.

(Papiers Rouhart.)

* 339 1239.

Pierre Boyer vend au monastère une pièce de terre sise au même lieu.

(Papiers Rouhart.)

1. Ces trois actes sont écrits sur la même pièce de parchemin.

* 340 1253.

Arnaud Boyer, de la Force, donne au monastère une censive de un denier melgorien sur un champ à Fanjeaux.

(Papiers Rouhart.)

341 Toulouse, le 2 octobre 1261.

Frère Raimond du Fauga, des Frères Prêcheurs, évêque de Toulouse, confirme la donation faite, le 17 avril 1221, par son prédécesseur Foulques, de l'église de Fanjeaux, au monastère de Prouille.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, sexto nonas octobris, noverint universi quod nos, frater Raimundus, permissione divina Tolosanus episcopus, vidimus et inspeximus litteram infrascriptam, sigilli reverendi patris in Christo, domini Fulconis, sancte memorie predecessoris nostri, munimine roboratam, non vitiatam, non cancellatam, nec in aliqua parte sui abolitam, cujus tenor talis est:

« Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos, Fulco, Dei gratia Tolosane sedis episcopus, considerantes necessitatem etc. (*Cf. supra, n° 333.*)

Igitur nos, frater Raimundus, episcopus antedictus, considerantes donationem antedictam rite et canonice esse factam, attendentes nichilominus quod predicte moniales predictam ecclesiam B. Marie de Fanojovis, cum juribus ad eam spectantibus, juxta donationem predictam, quadraginta annis et amplius possederunt pacifice et quiete, volentes supradicti predecessoris nostri piis vestigiis inherere, donationem predictam et possessionem diu, ut dictum est, obtentam, ratam et firmam habentes, auctoritate presentium approbamus, ratificamus et etiam acceptamus. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine roboramus. Datum Tolose, sexto nonas octobris, anno Domini M°CC°LXI°.

Copie : Arch. de l'Ordre à Rome.
Imprimé : *Gallia christiana*, t. XIII, p. 250.

342 Fanjeaux, 28 octobre 1269.

Guillaume Garsias, chevalier, Bernard de Montesquieu, Esclarmonde, fille de feu Pierre de Saint-Michel, femme de Bernard de Montesquieu, Guillaume de Durfort et Bernard Raymonde, en leur nom et celui de leur frère, Pierre de Saint-Michel, donnent à sœur Comtor de Tonneins, prieure de Prouille, et au monastère et aux frères Pons de Rieux et Pierre Barrau, religieux prêtres stipulant au nom du couvent, 6 deniers de rente qu'ils ont sur une maison sise à Fanjeaux.

In nomine Domini, anno ab Incarnatione Christi millesimo ducentesimo sexagesimo nono, Lodoyco rege regnante, quinto kalendas octobris, ego, Guillelmus Garcias, miles, per me et meos, et ego, Bernardus de Monteesquivo, per me et uxorem meam Michaelam et meos, et ego, Sclarmondia, filia quondam Petri de Sancto Michaele, per me et meos, et ego, Michaela, per me et meos, et ego, Guillelmus de Duroforti, et [ego], Ber-

1. Ms. *Meorum.*

nardus Raymundi, per nos et fratrem nostrum, Petrum de Sancto Michaele, gratis damus in elemosinam, in remissionem peccatorum nostrorum et nostrorum praedecessorum, sorori Comtor de Thonenchis, priorissae domus de Proliano, et conventui monialium dictae domus nunc absentibus, et vobis, fratribus Pontio de Rivis et Petro Barravi, praesbiteris recipientibus et utilitate eorum stipulantibus, scilicet sex denarios melgorien. censuales, quos habemus super domum quam a nobis tenet Petrus Raymundi Secathas in castro Fanijovis, et dominium et senhorium et laudimium quod habemus in eadem domo infrascripta, ex illa vel pro illa provenientia, et quidquid juris et rationis habemus in praedicta domo vel pro praedicta domo, quae affrontat se ex austro in domo Raymundi Stephani, Poncii Stephani fratrum et Guillelmi Mercerii, a meridie in Cavalgeria, a circo in domo Guillelmi Arnaldi Ebles, et Raymundae, uxoris suae, quam tenent a praedicta domo de Proliano, quae est in via publica praedicta. Damus illis et vobis, pro illis stipulantibus, omnes actiones reales, personales, mixtas, praetorias et civiles et omnes alias quaslibet nobis pro dicta domo competentes vel competituras adversus quaslibet personas, et ipsam tanquam in rem suam procuratricem constituimus; et volumus et mandamus quod dictus Petrus Raimundi et sui teneant hactenus dictam domum a priorissa et conventu dictae domus, et recognoscat dictus Petrus Raymundi, cum publico instrumento, dictam domum tenere ab eisdem; renunciantes super hoc exceptioni doli et beneficio restitutionis in integrum et illi legi quae dicit [donationem] propter ingratitudinem posse revocari, et caetera; asserentes quod nihil diximus nec fecimus in primo nec faciemus quo minus praedicta donatio valeat in futurum, et sic promittimus bona fide. Testes, excepta donatione et concessione praedicta dominae Michaelae, sunt scilicet: Rogerius de Orsansio, Guillelmus Garnerii, Petrus Caraussani; de donatione et concessione praedictae dominae Michaelae, quae fuit facta anno quo supra, secundo idus novembris, sunt testes : Bernardus Boerii, Guillelmus Fortis, Ramundus Bernardi, filius Arnaldi Bernardi, de Forcia Raymundi Ferrandi, et Bernardus Martini, publicus notarius castri Fanijovis, qui notam istius [1] instrumenti recepit [et] in sua papiru registravit. Post cujus decessum, ego, Petrus Martini, publicus dicti castri notarius judiciali authoritate mihi commissa, praedictam notam in papiru dicti notarii quondam repertam, [in] hac carta scripsi et signum ibi meum apposui.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 141.

342 Prouille, 26 octobre 1276.

Convention entre Arnaud Seguier, prieur de Prouille, et les consuls et fabriciens de Fanjeaux, pour la reconstruction de l'église de Fanjeaux.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, Philippo, rege regnante, noverint universi presentes et futuri, quod Raymundus Ferrict et Bernardus Joannis, filius quondam Guillelmi Joannis, Guillelmus Dominici, Bernardus Sicardi, Poncius Stephani, consules Fanijovis, pro se suisque successoribus, consulibus et universitate dicti castri, et magister Petrus Garini alias Guillelmus Garini et dictus Guillel-

---

1. Ms : istam.

mus Dominici et Guillelmus de Exculae, operarii ecclesie dicti castri Fanijovis [1], pro se et universitate dicti castri, bono animo et gratuita voluntate, nomine suo et omnium successorum, donaverunt, condonaverunt et concesserunt fratri Arnaldo Siguerii [2], priori monasterii Beatae Mariae de Pruliano, et successoribus suis, ad faciendum et construendum totum opus et edificium ecclesiae supradictae de dicto castro Fanijovis, ita scilicet quod eam faciat et aedificet ad quam (*sic*) stuationem XXII cana[rum] in longitudinem et septem canarum in amplitudine[m] super terram usque ad guttentia et campanile, et usque ad summum dictae ecclesiae, [et] usque ad viseriam ecclesiae. Verum, quo ad portalia duo, et unum ostium, et fenestralia, dimiserunt industriae dicti prioris et successorum suorum, prout eis melius visum fuerit faciendum, ista conditione quod ecclesiam cooperiat dictus prior et sui successores de fusta et de ferro, et omnibus aliis dicto operi et consummationi ejusdem [3] ex integro suis expensis propriis et monasterii predicti. Et haec [4] omnia voluerunt praedicti consules et dicti operarii, nomine suo et quo supra, fieri per dictum prior[em] et successores suos, pretio scilicet decem et septem millium solidorum turon., quam summam pecuniae voluerunt solvi dicto operi predictae ecclesiae de obligatione illius summae XI millium solidorum turon., facta quondam dicto priori per consules et quosdam alios probos homines dicti castri. Acta fuerunt haec septimo calendas novembris, apud Prulianum, in capitulo fratrum, in praesentia et testimonio magistri Joannis Egizii, Bernardi Ementa, Bernardi Rosaldi mercatoris, Arnaldi de Calavello mercatoris, Jacobi Auriolii, Bernardi Textoris, Arnaldi Cardini, Martii Ruphi, Petri Clavelli, Guillelmi Cassaigna, Guillelmi Ferails, Bernardi Marini, Guillelmi Garini, Petri Arvei, Isarni Revensis. Et ego, Joannes de Aureliaco, publicus notarius in castro Fanijovis, hanc cartam scripsi de mandato partium et signo meo signavi.

Anno MCCLXXVIII, V idus junii, fuit primus lapis positus in ecclesia Fanijovis. Anno Domini MCCLXXXI, in festo Nativitatis beatae Mariae, fuit prima missa celebrata in eadem ecclesia per fratrem Arnaldum Siguerii, priorem domus Pruliani, qui primarium lapidem posuit in eadem, regnante Philippo, rege Francorum, Bertrando episcopo, Raymundo Manni, rectore ecclesiae supradictae.

Copie : Bibl. Nat., Ms. fr. 8671, p. 213.

344 Fanjeaux, le 8 août 1307.

Henri de Guérard vend au monastère de Prouille et à Raimond Terreni, marchand de Fanjeaux, les biens et revenus qu'il possédait du chef de sa femme Belengaria, fille du chevalier Isarn de Fanjeaux, à Fanjeaux, Prouille, Tonneins, Brézilhac, le Mazet, Fenouillet, Fontazelles, la Ilhe.

Anno Domini M°CCC° septimo, regnante Philippo rege Francie, Galhardo, episcopo Tholosano, presidente, septimo ydus augusti, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod dominus Enrichus de Guerardo, miles, maritus domine Belengarie, filie et heredis domini Raimundi Ysarni, militis castri Fanijovis condam, et domine Geralde, ejusdem domini Raimundi Ysarni conjugis, procuratorque, ut dixit, dicte domine Belengarie, uxoris sue, asserens se hábere a dicta domina Belengaria, uxore sua, mandatum speciale vendendi et distrahendi omnia bona, res et jura ejusdem domine Belengarie et ad eandem dominam

1. Ms : *dicti operarii.* — 2. Ms : *Ligeri.* — 3. Ms : *eidem.* — 4. Ms : *hac.*

Belengariam spectancia, jure quocumque, in senescalliis Tholosana et Carcassonensi, sponte sua et ex certa scientia et deliberato proposito, ut asseruit, pro se et nomine procuratorio ipsius domine Belengarie, uxoris sue, et pro omnibus heredibus et successoribus suis, presentibus et futuris, vendidit et venditionis titulo concessit in perpetuum religioso viro, Arnaldo Johannis, priori monasterii B. Marie de Pruliano, nomine priorisse et conventus predicti monasterii, ementi pro medietate, et Raimundo Torreni, mercatori dicti castri Fanijovis, pro se et suis heredibus, pro alia medietate ementi, ibidem presentibus et recipientibus, pro indiviso, nominatim et expresse, videlicet :

quoddam hospicium, cum omnibus suis pertinenciis, hedificiis et bastimentis, situm infra predictum castrum Fanijovis, quod confrontatur ab altano, circio et meridie in viis publicis et aquilone in tenencia Guillelmi Salvati,

item, unam peciam terre sitam in decimario B. Marie de Pruliano, in loco vocato *ad Castrum vetus*, que confrontatur ab altano, meridie et circio in tenentia Durandi Salveti, Petri Sicardi, Raimundi Morterii, Guillelmi Johannis junioris, Arnaldi Fabri et heredum Rogerii Durfort paratoris, aquilone in via publica et in tenencia Raimundi Morterii;

item, quandam peciam terre sitam in predicto decimario, in loco vocato *ad Fraxinum*, que confrontatur a circio in via publica, ab altano in tenentia Arnaldi Auterii et Petri /////, meridie in tenentia Mathey Esquirolli, aquilone in tenentia Raimundi de Calhavello et magistri Arnaldi Olibe tinctoris.

item, quendam ortum situm in predicto decimario, in loco vocato *ad Costam Calidam*, qui confrontatur ab altano in tenentia heredum Guillelmi Mancipii condam, circio in tenentia Petri Gayta, meridie in tenentia Guillelmi de Quercoriis, aquilone in via publica;

item, quandam peciam terre sitam in predicto decimario, in loco vocato *ad Costam Rogerii Petri*, que confrontatur ab altano in via communi, circio in tenentia molendinorum, meridie in tenentia Petri Mathei, aquilone in tenentia Garneriorum et Andree Gaufredi;

item, unam peciam terre sitam in predicto decimario, in loco vocato *als Avelas*, que confrontatur ab altano, circio et meridie in viis communibus, aquilone in tenentia Raimundi de Calhavello, Bernardi Astre, Raimundi Montanerii et Petri Resplandis;

item, unam peciam terre sitam in decimario S. Petri de Rebentino, in loco vocato *al Boayrol*, que confrontatur ab altano, circio et meridie in tenentia Bernardi Fortis, aquilone in tenentia heredum Arahonis de Monteregali, reco in medio;

item, medietatem cujusdam campi siti in terminio Fanojovis, in loco vocato *ad Gotinam*, a parte circii;

item, unam peciam terre sitam in dicto terminio, in loco vocato *ad Cabrenas;*

item, quartam partem fructuum a quadam vinea dels Aucajos, sita juxta Prulianum, exehuncium ;

item, unum sestarium frumenti censuale, cum toto dominio, ad mensuram Fanijovis, quod faciebat et facere tenebatur annuatim, in festo B. Marie augusti, predicte domine Belengarie et predicto domino Enricho de Guerardo Guillelmus Garini, textor, predicti castri, pro obliis sive servicio cujusdam pecie terre in parte vineate, site in predicto terminio, in loco vocato *ad Vineam rotundam*, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Sicardi, aquilone in tenentia Guillelmi Ginot ;

item, unum sestarium frumenti censuale, ad predictam mensuram, cum toto dominio, quod faciebat et

facere tenebatur, annuatim, predictis conjugibus, in predicto festo, Johannes Villarii, major diebus, dicti castri, pro servicio sive obliis cujusdam malleoli et terre in qua est, graditati, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Petri Cruvelerii, circio in tenentia Arnaldi de Farisio junioris ;

item, unum sestarium frumenti censuale sive obliale, cum dominio, quod predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim, Bernardus Catalani de Limbrassaco, commorans in dicto castro Fanijovis, pro obliis seu servicio unius malleoli et terre in qua est, que confrontatur ab altano in tenentia Johannis Berguonho, circio in tenentia Petri Catalani ;

item, unum sestarium frumenti censuale sive obliale, cum dominio, quod predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in dicto festo, Petrus Elie et Bartolomeus Elie, fratres, dicti castri, pro servicio sive obliis unius malleoli siti in termino et loco predictis, qui confrontatur a meridie, circio et aquilone in viis publicis ;

item, duo sestaria frumenti censualia cum dominio, ad predictam mensuram, que predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in predicto festo, Petrus de Lancariis et ejus fratres, predicti castri, pro oblia seu servicio cujusdam pecie terre in parte vineate, site in termino et loco predictis, que confrontatur a circio in tenentia Farisiorum, aquilone in tenentia Raimundi Ebles, Germani Vitalis et Pauli Vitalis ;

item, tres carterias frumenti censuales sive obliales, cum toto dominio, ad mensuram, predictam quas predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Raimundus Belissen, predicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in predicto terminio, in loco vocato *ad Cumbam Tholsanam*, que confrontatur ab altano in tenentia Arnaldo de Farisio et Bertrandi de Farisio fratrum, semita in medio, circio in tenentia Terreni Afficati ;

item, tres carterias frumenti censuales sive obliales, ad predictam mensuram, cum toto dominio, quas predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Arnaldus Fabri, filius Petri Fabri de Miranda, predicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in terminio predicto et loco vocato *ad Cumbam Tholsanam*, que confrontatur ab altano in via communi, circio in tenentia Arnaldi Monachi ;

item, unum sestarium frumenti censuale seu obliale, cum dominio, ad predictam mensuram, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Petrus Ortigua, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in predicto termino, in loco vocato *ad Vineam rotundam* seu *ad Cumbam Tholsanam*, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Gayta et Raimundi de Fremiaco, circio in tenentia Raimundi Morterii de Barrio ;

item, tres carterias et unam punheriam comolam frumenti censuales sives obliales, cum toto dominio, ad mensuram predictam, quas predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in dicto festo, Bernardus Miri, brasserius, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre vineate, site in predicto terminio, in loco vocato *ad Cumbam Tholsanam*, que confrontatur ab altano in exitu, meridie in tenentia Guillelmi de Villanovella ;

item, tertiam partem quinque carteriarum frumenti oblialium sive censualium, ad predictam mensuram, cum toto dominio, quam tertiam partem dictarum quinque carteriarum frumenti oblialium predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Johannes Rogerii, predicti castri, pro

obliis seu servicio cujusdam orti siti in predicto terminio, in loco vocato *ad Cumbam Tholsanam*, qui confrontatur ab altano in exitu, circio in tenentia Petri Ortiges;

item, tres eminas frumenti et duas punherias frumenti comolas censuales sive obliales, cum dominio, ad mensuram predictam, quas predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Guillelmus de Villanovella, predicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malcoli et terre in qua est, siti in predicto terminio, in loco vocato *ad Cumbam Tholsanam*, qui confrontatur ab altano et circio in viis communibus, meridie in tenentia Bernardi Miri, aquilone in tenentia Arnaldi Grimaldi;

item, duo sestaria et duas punherias frumenti censuales sive obliales, cum dominio, ad predictam mensuram, que et quas predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in predicto festo, Guillelma, uxor condam Arnaldi Belissen, et Raimundus, eorum filius, predicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in predicto terminio, in loco vocato *ad Cumbam Tholsanam*, qui confrontatur ab altano in via communi, circio in tenentia Petri Luciani, meridie in tenentia Bernardi Miri, aquilone in tenentia Afficati;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, ad predictam mensuram, annuatim, in predicto festo, Terrenus Afficati, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam orti, siti in predicto terminio, in loco vocato *ad Cumbam Tholsanam*, qui confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Belissen, circio in tenentia heredum Guillelmi Amelii;

item, unum sestarium frumenti censuale sive obliale, cum dominio, ad predictam mensuram, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Thomas Luciani, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Guillelme Belissen, circio in via communi;

item, tertiam partem quinque carteriarum frumenti oblialium sive censualium, cum dominio, ad predictam mensuram, quam tertiam partem dictarum quinque carteriarum frumenti oblialium predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Raimundus Stephani, curaterius, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam orti siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Petri de Lerano, circio in via communi;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, ad predictam mensuram, cum dominio, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Jacobus Villarii, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in terminio et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Petri de Lancariis et ejus fratrum, circio in tenentia Raimundi Ademarii;

item, tertiam partem quinque carteriarum frumenti oblialium sive censualium, cum dominio, ad predictam mensuram, quam tertiam partem predictam dictarum quinque carteriarum frumenti oblialium predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Raimundus Ademarii, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam orti, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Petri Bernardi;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad mensuram predictam, quod faciebat et facere tenebatur predictis conjugibus, annuatim in predicto festo, Raimundus Durandi, predicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio predicto, in loco vocato

ad Cumbam Tholsanam seu *ad Vineam rotundam*, qui confrontatur ab altano in tenentia Bernardi Catalani de Limbrassaco, circio in tenentia Petri Elie;

item, unam eminam frumenti oblialem sive censualem, ad predictam mensuram, cum dominio, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Guillelmus Amelii, filius condam Guillelmi Amelii, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in terminio et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Ginot, aquilone in tenentia Thome Luciani;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad predictam mensuram, quod faciebat et facere tenebatur predictis conjugibus, annuatim in predicto festo, Raimundus Morterii de Barrio pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre in parte vineate, site in terminio et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Ortiga, circio in tenentia Johannis Rogerii;

item, unam carteriam frumenti oblialem sive censualem, ad predictam mensuram, cum dominio, quam faciebat et facere tenebatur dictis conjugibus, annuatim in dicto festo, dictus Raimundus Morterii, pro obliis seu servicio cujusdam domus et viridarii dicte domui contigui, site *in Barrio de Montecorio*, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi de Villasicca, circio in alia tenentia ejusdem Raimundi Morterii;

item, sextam partem fructuum, cum dominio, quam percipiebant et percipere consueverunt predicti conjuges de omnibus fructibus excrescentibus in medietate, pro indiviso, cujusdam pecie terre dicti Raimundi Morterii, site in predicto terminio, in loco vocato *ad Gardiolam* sive *ad Barrium domini Raimundi Ysarni*, que pecia terre confrontatur ab altano in tenentia Bernardi Folquerii, circio in tenentia Bernardi Catalani;

item, unam carteriam frumenti oblialem sive censualem, ad predictam [mensuram, cum] dominio, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Arnaldus de Furno, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio predicto, in loco vocato *ad Cumbam Tholsanam* sive *ad Vineam rotundam*, qui confrontatur ab altano in tenentia Petri Cruvelerii, circio in tenentia Johannis Villarii;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, ad mensuram predictam, cum dominio, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim, Johannes Bergonhoni, commorans in dicto castro, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Micahelis Bola, circio in tenentia Bernardi Catalani, dicti de Limbrassacho;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad predictam mensuram, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Guillelmus Ginot, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Arnaldi Grimaldi, meridie in tenentia Guillelmi Garini textoris;

item, quinque carterias frumenti obliales sive censuales, cum dominio, ad predictam mensuram, quas dictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim, dictus Guillelmus Ginot, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, qui confrontatur a meridie in alia tenentia ejusdem Guillelmi Ginoti, aquilone in tenentia heredum Guillelmi Amelii;

item, unam carteriam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Arnaldus Monachi,

dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre, site in terminio et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Garini textoris, circio in tenencia Poncii de Carteriis;

item, unum sextarium frumenti censuale seu obliale, cum dominio, ad predictam mensuram, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Micahel Bola, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Arnaldi de Boneriis, circio in tenentia Johannis Bergonho;

item, unum sestarium frumenti censuale sive obliale, cum dominio, ad mensuram predictam, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in dicto festo, Arnaldus de Boneriis, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Poncii de Quarteriis, circio in terra Micahelis Bola;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad mensuram predictam, quod predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in predicto festo, Petrus de Lancariis et Bernardus Riutorii, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia heredum Guillelmi Amelii, circio in tenentia Jacobi Villarii;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad mensuram predictam, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim, in predicto festo, Poncius de Carteriis, dicti castri, pro obliis seu servitio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Fabri de Miranda et Arnaldi Villarii, filii condam Arnaldi Villarii, circio in tenentia Arnaldi de Boneriis;

item, unam carteriam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Petrus Cruvelerii, dicti castri, pro obliis seu servitio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Arnaldi Raimundi, circio in tenencia Arnaldi de Furno et Johannis Villarii;

item, quinque punherias frumenti obliales sive censuales, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Raimundus de Fremiaco, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam malleoli et terre in qua est, siti in terminio et loco predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Farisiorum, dicti castri Fanijovis, circio in tenentia Petri Ortiga;

item, unum denarium turon. oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur annuatim Arnaldus Ysarni et Johanna, ejus uxor, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre, in terminio dicti castri, in loco vocato *ad Lavelam*, que confrontatur ab altano in ripparia, circio in tenentia Arnaldi Belli-Occuli;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad mensuram predictam, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim, Bernardus Mora, laborator, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre, in parte vineate, site in terminio dicti castri, in loco vocato *ad Cumbam Magni*, que confrontatur ab altano in via communi, circio in tenentia Bernardi Serena et Johannis Serena, fratrum, aquilone in tenentia Bernardi Safont et Johannis Safont, fratrum, laboratorum;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad predictam mensuram, quod

predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in dicto festo, Bernardus Serena et Johannes Serena, fratres, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in dicto terminio, in loco vocato *ad Cumbam Magni*, que confrontatur ab altano in tenentia Bernardi Mora, laboratoris, circio in alia tenentia eorumdem fratrum;

item, unam carteriam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in dicto festo, Raimundus de Villasicca, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam domus et tenentie dicte domui contigue, site *in Barrio de Montecorio*, que confrontatur ab altano in tenentia Martini de Estremalhas, circio in tenentia Raimundi Morterii;

item, unam eminam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in dicto festo, Martinus Destremalhas, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam domus et tenentie dicte domui contigue, site in barrio predicto, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Garnerii et fratrum suorum, circio in tenentia Raimundi de Villasicca;

item, duas punherias frumenti obliales sive censuales, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim, Johannes de Villasicca, dicti castri, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site prope ecclesiam B. Marie Magdalene, dicti castri, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Morterii, circio in tenentia Arnaldi Auterii;

item, unam gallinam oblialem sive censualem, cum dominio, quam predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim, Guillelmus Garnerii et ejus fratres, predicti castri, pro obliis seu servicio medietatis, pro indiviso, cujusdam aree site in loco vocato *ad portam Aymerici*, que confrontatur ab altano in tenentia Andree Guifredi, circio in tenentia Martini Destremalhas;

item, unam eminam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, in predicto festo annuatim, Petrus Latinerii, de Forcia Raimundi Ferrandi, pro obliis seu servicio medietatis, pro indiviso, cujusdam aree site in decimario B. Marie de Pruliano, loco vocato *ad Condaminam domine Giralde*, que confrontatur ab altano in vallo, circio in tenentia Raimundi Johannis;

item, unam eminam frumenti oblialem, ad predictam mensuram, cum dominio, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur annuatim Raimundus Johannis, de Forcia predicta, pro obliis seu servicio medietatis, pro indiviso, cujusdam aree site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia dicti Petri Latinerii, circio in tenentia Bernardi Durfort;

item, unam eminam frumenti censualem sive oblialem, ad predictam mensuram, cum dominio, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Bernardus Durfort, de Forcia predicta, pro obliis seu servicio medietatis, pro indiviso, cujusdam aree site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Petri Johannis, circio in tenentia Raimundi et Stephani Marini fratrum;

item, unam eminam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in predicto festo, Raimundus Marini et Ste-

phanus Marini, fratres, de Forcia predicta, pro obliis seu serviciis cujusdam pecie terre site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Bernardi de Durfort, circio in tenentia Poncii Marini;

item, unam eminam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Guillelmus Rotelli, majordiebus, de Forcia predicta, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Radulfi, circio in tenentia Guillelmi de Fenolheto et ejus fratrum, de Fanojovis;

item, unam eminam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Raimundus Radulfi, de Forcia predicta, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Bernardi Melis, circio in tenentia Guillelmi Rotelli;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in predicto festo, Bernardus Melis et Guillelmus Melis, fratres, de Forcia predicta, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Sicredi, circio in tenentia Guillelmi Melis;

item, unam eminam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Raimundus Sicredi de Forcia predicta, pro obliis sive servicio cujusdam pecie terre, site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Jacobi Rotelli et Petri Veteris, circio in tenentia Petri Durfort;

item, sextam partem quarte partis omnium fructuum, cum dominio, a quadam pecia terre Guillelmi Melis, de Forcia predicta, exehuntium, sita in decimario S. Stephani de Tonenchis, in loco vocato *ad Podium Navincensa*, sive *ad Pradellam*, que confrontatur ab altano in tenentia Johannis Bots, circio in tenentia magistri Arnaldi Boerii notarii;

item, sextam partem, cum dominio, quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre Guillelmi de Campolibero, de Forcia predicta, exehuntium, sita in decimario S. Stephani de Tonenchis, in loco vocato *ad Garravelam*, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Martini et ejus nepotum, circio in tenentia Guillelmi Calhavelli;

item, sextam partem, cum dominio quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre Guillelmi Calhavelli, de Forcia predicta, exehuntium, sita in predicto decimario S. Stephani, in loco vocato *ad Garravelam*, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi de Campolibero, circio in tenentia heredum Raimundi Calhavelli;

item, sextam partem, cum dominio quinte partis omnium fructuum a quadam pecia terre heredum Raimundi Calhavelli condam, qui morantur in castro Montisregalis, exehuntium, sita in decimario S. Stephani et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Calhavelli, circio in tenentia Bernardi Fortis, majoris diebus;

item, sextam partem, cum dominio quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre heredum Bernardi Fortis, majoris diebus, de Forcia predicta, exehuntium, sita in decimario S. Stephani et loco

predictis, qui confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Calhavelli, circio in tenentia Arnaldi Latinerii et Raimundi Latinerii;

item, sextam partem, cum dominio quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre heredum Raimundi Marini, majoris diebus, de Forcia predicta, exehuntium, sita in decimario S. Stephani et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Poncii Marini, circio in tenentia Johannis Rotelli;

item, sextam partem cum dominio quarte partis, omnium fructuum a quadam pecia terre heredum Poncii Marini, de Forcia predicta, exehuntium, sita in decimario S. Stephani et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Marini, junioris, circio in tenentia Raimundi Marini, majoris diebus;

item, sextam partem cum dominio quarte partis, omnium fructuum a quadam pecia terre heredum Raimundi Marini junioris, de Forcia predicta, exehuntium, sita in decimario S. Stephani et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Johannis Daude et Bernardi Ruffi, circio in tenentia Poncii Marini;

item, sextam partem cum dominio tercie partis omnium fructuum a quadam pecia terre heredum Raimundi Marini majoris diebus, Poncii Marini et Raimundi Marini, junioris, de Forcia predicta, exehuntium, sita in decimario predicto S. Stephani, in loco vocato *a las Peyrosas*, que confrontatur ab altano in ripperia, circio in tenentia Johannis de Musino; meridie in tenentia dicti Johannis de Musino, aquilone in tenentia Petri Ayroverii;

item, sextam partem cum dominio quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre Petri Sancolli de Scerra exehuncium, sita in decimario S. Martini de Bresilhaco, in loco vocato *ad Cumbam Scerram*, que confrontatur ab altano in alia tenentia ejusdem Petri Sancolli, circio in tenentia Arnaldi de Calhavello, et Johannis de Calhavello de Scerra, et Bernardi Martini de Tonenchis, aquilone in ripperia;

item, sextam partem cum dominio quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre Johannis Calhavelli et Arnaldi Calhavelli de Scerra exehuntium, sita in decimario et loco jam proxime dictis, que confrontatur ab altano in tenentia dicti Petri Sancolli, circio in via communi;

item, sextam partem cum dominio quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre Guillelmi Fabri Laurac, de Scerra predicta, exehuncium, sita in decimario S. Stephani de Tonenchis, in loco vocato *ad Espinaciumplas*, que confrontatur ab altano in tenentia sive malleolo Guillelmi Salvati, de Fanojovis, circio in tenentia Guillelmi Vergerii et Bernardi Vergerii, fratrum de Scerra predicta;

item, decimam octavam partem cum dominio quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre Johannis Calhavelli et Raimundi Calhavelli, de Scerra, exehuncium, sita in decimario dicto S. Stephani, in loco vocato *ad Pradellam*, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Mathei, de Fanojovis, circio in tenentia Raimundi Philippi, ejusdem loci;

item, sextam partem cum dominio tertie partis omnium fructuum a quadam pecia terre Guillelme Aycarde, filie condam Bernardi Aycardi, de Scerra, et Riessendis, uxoris Raimundi de S. Juliano, de Fanojovis, exehuntium, sita in dicto decimario S. Stephani, in loco vocato *ad Malleolum Fanjaux*, que confrontatur ab altano in via communi, circio in tenentia Petri Vitalis et fratrum suorum, de Scerra predicta, et in tenentia Guillelmi de Pasce de Fanojovis;

item, sextam partem cum dominio quarte partis omnium fructuum a quadam pecia terre sive malleolo Jacobi Primeti, de Scerra predicta, exehuncium, sita in dicto decimario S. Stephani, in loco vocato *ad*

Espinasiumplas, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Salvati, clerici de Fanojovis, circio in tenentia Bernardi Vergerii, de Scerra;

item, duo sestaria frumenti oblialia sive censualia, cum dominio, ad mensuram predictam, que predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in predicto festo S. Marie augusti, Bernardus Gayta et Petrus Gayta, fratres, de Fenolheto, pro obliis seu servicio quatuor peciarum terre sitarum in terminio de Fenolheto, quarum due sunt in loco vocato *a la Posata*, una quarum confrontatur ab altano in tenentia Mathey Jay, circio in semita; secunda pecia confrontatur ab altano in tenentia Bartholomei Bosquerii, circio in via communi; tertia pecia terre est in loco vocato *als Molinars*, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Laurayre, Mathey Jay et Bernardi Bosquerii, circio in via communi; quarta pecia est sita in loco vocato *ad Casale Cifre*, que confrontatur ab altano in tenentia Mathey Stephani et Raimundi Stephani fratrum, circio in tenentia monasterii Pruliani;

item, duo sestaria et unam eminam frumenti oblialia sive censualia, cum dominio, ad mensuram predictam, que duo sestaria et unam eminam frumenti oblialia predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim, Bernardus Gayta et Petrus Gayta, fratres predicti, et Guillelmus Fabri, ejusdem loci, pro obliis sive servicio unius pecie terre inter eos divise, site in predicto terminio, in loco vocato *ad Cabanellum*, que pecia terre confrontatur insimul ab altano in alia tenentia sua, circio in tenentia Guillelmi Fabri et Raimundi Fabri et in tenentia dicti monasterii;

item, duo sestaria et unam eminam frumenti oblialia sive censualia, cum dominio, ad mensuram predictam, que et quam faciebant et facere tenebantur predictis conjugibus, annuatim in predicto festo, Bernardus Gayta, Petrus Gayta et Guillelmus Fabri predicti, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in dicto terminio, in loco vocato *ad Fontem*, que confrontatur ab altano in via communi, circio in tenentia Guillelmi Ade et Raimundi Salvoni;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, cum dominio, ad mensuram predictam, quod predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in predicto festo, Bernardus Gayta, Petrus Gayta et Guillelmus Fabri predicti pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in dicto terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Casale*, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Guilaberti, circio in tenentia dicti Guillelmi Fabri;

item, duas gallinas obliales sive censuales, cum dominio, quas predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim, Bernardus Gayta et Guillelmus Fabri predicti pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in terminio de Mazeto, in loco vocato *ad Bolbenas*, que confrontatur ab altano in tenentia Bernardi Boerii de Mazeto, circio in alia tenentia eorumdem et Mathey Jay, meridie in tenentia Raimundi Fabri;

item, quartam partem omnium fructuum a quadam pecie terre Bernardi Gayta, Petri Gayta et Guillelmi Fabri predictorum exehuntium, sita in terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Cabanellum*, que confrontatur ab altano in via communi, circio in alia sua tenentia;

item, tertiam partem fructuum in parte et quartam partem fructuum in parte, a quadam pecia terre Bernardi Gayta et Petri Gayta, fratrum, et Guillelmi Fabri predictorum exehuncium, sita in dicto terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Pratum*, que confrontatur ab altano in alia ipsorum tenentia, circio in tenentia Raimundi Fabri;

item, tertiam partem fructuum pro parte et quartam partem fructuum pro alia parte, a quadam pecia terre Bernardi Gayta et Petri Gayta, fratrum, et Guillelmi Fabri predictorum exehuncium, sita in predicto terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Cazolam Lauzier,* que confrontatur ab altano et circio in alia ipsorum tenentia, meridie in ripperia, aquilone in via communi;

item, quartam partem fructuum a quadam pecia terre Bernardi Gayta et Petri Gayta, fratrum, et Guillelmi Fabri predictorum exehuncium, sita in dicto terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Pausam,* que confrontatur ab altano in alia ipsorum tenentia et Guillelmi Guilaberti, a circio in alia sua tenentia et Guillelmi de Jacha;

item, quintam partem omnium fructuum a quadam pecia terre Bernardi Gayta et Petri Gayta, fratrum, Mathey Mallea et Guillelmi Fogassa, de Mazeto, exehuncium, sita in predicto terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Transcollum de Muro,* que confrontatur ab altano in via communi, a circio in tenentia Petri Johannis, meridie in via communi, aquilone in tenentia dictorum fratrum et via communi;

item, medietatem quinte partis omnium fructuum a quadam pecia terre Bernardi Gayta et Petri Gayta fratrum predictorum, exehuncium, sita in dicto terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Murum,* que confrontatur ab altano in tenentia Bernardi Cota, circio in tenentia Bernardi Stephani, de Montegardallo;

item, quintam partem fructuum a quadam pecia terre Bernardi Gayta et Petri Gayta, fratrum predictorum, exehuncium, sita in predicto terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Bolbenas,* que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Guilaberti, circio in tenentia Mathey Stephani;

item, quintam partem omnium fructuum a quadam pecia terre dictorum fratrum et Guillelmi Fogassa, de Mazeto, exehuncium, sita in dicto terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Cumbam Navaca,* que confrontatur ab altano in tenentia Bernardi Boerii, circio in tenentia Guillelmi Bosquerii;

item, medietatem quinte partis omnium fructuum, cum dominio, a quadam pecia terre Mathey Stephani et Raimundi Stephani, dicti loci de Fenolheto, exehuncium, sita in terminio de Fanojovis, in loco vocato *ad Rivumtortum,* que confrontatur ab altano in tenentia heredum Guillelmi Destremalhas, circio in tenentia Bartholomei Guilaberti de Fanojovis;

item, quinque quarterias frumenti obliales sive censuales, cum dominio, ad mensuram predictam, quas predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in predicto festo, Raimundus Solerii et Stephanus Solerii, fratres, ville de Fontazellis, pro obliis seu servicio duarum peciarum terre, sitarum in terminio ville de Fontazellis, quarum una est in loco vocato *a las Mattas,* que confrontatur ab altano in tenentia Andree Senherii, circio in tenentia Guillelmi Senherii, filii condam Raimundi Senherii; secunda pecia terre est in loco vocato *Casalepic,* que confrontatur ab altano in tenentia Raimunde Amelie, circio in tenentia Arnaldi Galhardi;

item, tres eminas frumenti obliales sive censuales, cum dominio, ad predictam mensuram, et unam gallinam oblialem quas predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, in predicto festo, Bernardus Senherii et ejus neptes, dicte ville de Fontazellis, in loco vocato *ad Campum,* que confrontatur ab altano, meridie et circio in alia tenentia dicte Bernardi Senherii et neptum suarum, aquilone in via communi;

item, medietatem quarte partis omnium fructuum, cum dominio, de blado ligaturo et medietatem quinte partis de blado non ligaturo, a quadam pecia terre dicti Bernardi Senherii et ejus neptum exehuncium,

sita in terminio Fanijovis, in loco vocato *ad Rivumtortum*, que confrontatur ab altano in tenentia Arnaldi Galhardi, circio in tenentia Guillelmi de Podio;

item, tertiam partem omnium fructuum a duabus peciis terre Bernardi Sartoris, dicte ville de Fontazellis exehuncium, sitis in terminio de Fenolheto, in loco vocato *ad Sorberium,* quarum una confrontatur ab altano in alia tenentia ejusdem Bernardi Sartoris, circio in tenentia Thome Brocha;

item, quinque carterias frumenti obliales sive censuales, cum dominio, ad predictam mensuram, quas predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in dicto festo B. Marie augusti, Raimunda Amelia, dicte ville de Fontazellis, pro obliis seu servicio duarum peciarum terre sitarum in dicto terminio de Fontazellis, in loco vocato *Casalepic,* quarum una confrontatur ab altano in tenentia Petri Fabri et Arnaldi Galhardi, circio in tenentia Guillelmi Senherii, filii Raimundi Senherii quondam, secunda pecia terre confrontatur ab altano et circio in tenentia Raimundi Solerii et Stephani Solerii fratrum;

item, medietatem quinte partis omnium fructuum, cum dominio, a quadam pecia terre Mathey Jay, de Fenolheto, exehuncium, sita in terminio Fanijovis, in loco vocato *ad Devesam*, que confrontatur ab altano in tenentia Micahelis Gozs de Fontazellis, circio in tenentia Petri de Bajeto de Fanojovis;

item, medietatem quarte partis de blado ligaturo et quinte partis de blado non ligaturo omnium fructuum, cum dominio, a quadam pecia terre Bernardi Amelii et Petri Amelii, fratrum, dicte ville de Fontazellis, exehuncium, sita in dicto terminio Fanijovis, in loco vocato *ad Gardiolam*, que confrontatur ab altano in tenentia heredum Guillelmi Gozs, circio in tenentia Bernardi de Podio;

item, unum sestarium frumenti obliale sive censuale, ad mensuram Fanijovis predictam, cum dominio, quod predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo B. Marie augusti, Raimundus Savarti, de Insula, pro obliis seu servicio unius pecie terre site in decimario B. Marie de Pruliano, in loco vocato *juxta passum de Insula,* que confrontatur ab altano in tenentia heredum Guillelmi Franc quondam, circio in tenentia heredum Petri Amelii condam;

item, unam eminam frumenti censualem sive oblialem, ad predictam mensuram, cum dominio, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in predicto festo, Guillelmus Bernardi, de Insula predicta, pro obliis seu servicio unius pecie terre site in predicto decimario, in loco vocato *juxta passum de Insula*, que confrontatur ab altano in tenentia heredum Petri Amelii condam, circio in alia tenentia ejusdem Guillelmi Bernardi;

item, tertiam partem fructuum de blado ligaturo et quartam partem de blado non ligaturo omnium fructuum a quadam pecia terre dicti Guillelmi Bernardi exehuncium, sita tam in decimario S. Saturnini de Insula quam in decimario S. Petri de terra Clapata in loco vocato *ad Cumbam Crosam*, cum dominio, que confrontatur ab altano in alia tenentia dicti Guillelmi Bernardi, circio in tenentia Petri Vitalis;

item, unam eminam frumenti censualem sive oblialem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebant Petrus Franc et ejus fratres, filii condam Guillelmi Franc, de Insula predicta, annuatim in dicto festo, pro obliis seu servicio unius pecie terre site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Jacobi Franc, circio in tenentia Raimundi Savarti;

item, unam eminam frumenti censualem sive oblialem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebant, annuatim in predicto festo, et facere tenebantur Jacobus Amelii et Guil-

lelmus Amelii, fratres, filii condam Petri Amelii, de Insula predicta, pro obliis seu servicio unius pecie terre site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Savarti, circio in tenentia Guillelmi Bernardi;

item, unam eminam frumenti oblialem sive censualem, cum dominio, ad mensuram predictam, quam predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in dicto festo, Jacobus Franc, de Insula predicta, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre site in decimario et loco predictis, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Rigaldi, circio in tenentia heredum Guillelmi Franc condam fratris sui;

item, quartam partem fructuum, cum dominio, quam predicti conjuges percipiebant et percipere consueverunt ex fructibus omnibus exscrescentibus in quadam pecia terre Johannis Trilha de Villario, sita in loco vocato *Arramio*, que confrontatur ab altano in tenentia Poncii Ymberti, circio in tenentia Ysarni Andree;

item, quinque denarios tolos. censuales, cum dominio, quos predictis conjugibus faciebat, annuatim in festo Nativitatis Domini, Poncius Cerdani de Villario pro servicio medietatis, pro indiviso, quinque peciarum terre quas tenet in casalagium et tenere consuevit dictus Poncius et sui predecessores tenere consueverunt a conjugibus supradictis, quarum una est sita in loco vocato *ad Payssheriam*, que confrontatur ab altano in ripparia, circio in tenentia Bernardi Fortis; secunda pecia terre est in eodem loco et confrontatur ab altano in tenentia Petri de Podio condam, circio in via communi; tertia pecia terre est in loco vocato *ad Campum Rogerii*, que confrontatur ab altano in tenentia domini Amelii de Morterio, militis, circio in alia tenentia dicti Poncii Cerdani; quarta pecia terre est in loco vocato *ad Nausam*, que confrontatur ab altano in tenentia Johannis Puelli condam, circio in tenentia Raimundi Puelli; quinta pecia terre in loco vocato *al Monar*, que confrontatur a meridie in tenentia Raimundi de Urssancio, aquilone in tenentia Germani Fortis;

item, quindecim denarios tolos. et septem punherias ordei censuales, ad mensuram Fanijovis, cum dominio, de quibus quindecim denariis tolos. et septem punheriis ordei censualibus predictis Bartholomeus Pagesa et Bernardus Pagesa, fratres, et alii eorum fratres de Villario faciebant et facere tenebantur, annuatim in dicto festo, predictis conjugibus pro servicio medietatis, pro indiviso, unius pecie terre que tenetur in casalagium, site in decimario S. Jacobi de Villario, in loco vocato *als Peyros*, que confrontatur ab altano in tenentia Calvetorum, circio in tenentia heredum Miri Pagesa;

item, Raimundus Pagesa et Andreas Pagesa, fratres, de Villario predicto, faciebant et facere tenebantur, annuatim in dicto festo, predictis conjugibus medietatem de predictis quindecim denariis tolos. et septem punheriis ordei, pro servicio medietatis, pro indiviso, duarum peciarum terre que tenentur in casalagium, quarum una et in loco vocato *a Cabriencz*, que confrontatur ab altano in alia tenentia sua, circio in tenentia Maurinorum; secunda pecia terre est in loco vocato *ad Pratum Minor*, que confrontatur ab altano in tenentia Maurinorum, circio in tenentia Johannis Gayraudi;

item, Johannes Pagesa, de Villario predicto, faciebat et facere tenebatur predictis conjugibus, annuatim in dictis festis, quartam partem de predictis quindecim denariis tolos. et septem punheriis ordei, pro servicio medietatis, pro indiviso, unius pecie terre que tenetur in casalagium, site in loco vocato *a Cabrientz*, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Pagesa et Andree Pagesa, fratrum, circio in tenentia Maurinorum;

item, septem denarios turon. et tres punherias et dimidiam punheriam ordei, ad predictam mensuram, censuales, cum dominio, quos et quas Petrus Pagesa, filius condam Guillelmi Pagesa, et ejus nepotes faciebant et facere tenebantur predictis conjugibus, annuatim in dictis festis, pro servicio medietatis, pro indiviso, quatuor peciarum terre que tenentur in casalagium, quarum una est in loco vocato *ad Gotinam*, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Malpuel, circio in tenentia Raimundi Hugonis; secunda pecia est in eodem loco, que confrontatur ab altano in tenentia Maurinorum, circio in tenentia Petri Belazer; tertia pecia terre est in eodem loco, que confrontatur ab altano in tenentia domini Johannis Maurini, presbiteri, circio in tenentia Maurinorum; quarta pecia terre est in loco vocato *als Peyros*, que confrontatur ab altano in tenentia Bartholomei Pagesa, circio in tenentia Maurinorum;

item, quartam partem fructuum, cum dominio quam Ysarnus Andree, de Villario predicto, prestabat et prestare tenebatur predictis conjugibus de omnibus fructibus excrescentibus ex quadam pecia terre sua sita in loco vocato *ad Cumbam Godam*, que confrontatur ab altano in tenentia Johannis Trilha, in circio in tenentia Bernardi Fabri;

item, quartam partem fructuum, cum dominio, quam Bernardus Andree, de Villario predicto, prestabat et prestare tenebatur predictis conjugibus de omnibus fructibus ex quadam pecia terre sua excrescentibus, sita in loco vocato *ad Cumbam Godam*, que confrontatur ab altano in tenentia Bertrandi Pilati, circio in tenentia Bernardi Pagesii;

item, quinque denarios tolos. censuales, cum dominio, quos faciebat et facere tenebatur Petrus Cerdani, de Villario, predictis conjugibus, annuatim in festo Nativitatis Domini, pro servicio medietatis, pro indiviso, quinque peciarum terre que tenentur in casalaticum, quarum una est sita in loco vocato *ad Payssheriam*, que confrontatur ab altano in ripparia, circio in tenentia Bernardi Fortis; secunda pecia terre est in loco vocato *ad Petram*, que confrontatur ab altano in tenentia Petri de Podio condam, circio in via communi; tercia pecia terre est in loco vocato *ad Campum Rogerii*, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Amelii et fratris sui, circio in tenentia Petri Elie; quarta pecia terre est in loco vocato *ad Nausam*, que confrontatur ab altano in tenentia Johannis Puelli quondam, circio in tenentia Raimundi Puelli; quinta pecia terre est in loco vocato *ad Monare*, que confrontatur a meridie in tenentia Raimundi de Urssancio, aquilone in tenentia Germani Fortis;

item, novem denarios et obolum tolos. et decem punherias ordei, ad predictam mensuram, censuales, cum dominio, quos et quas faciebant et facere tenebantur, annuatim, predictis conjugibus, in dictis festis, Johannes Seguini, filius condam Bernardi Seguini, et Bertrandus Seguini, filius quondam Germani Seguini, de Villario, pro servicio quatuor peciarum terre que tenentur in casalagium, quarum una est in loco vocato *ad Pontillum*, que confrontatur ab altano in ripperia, circio in tenentia Guillelmi Membrati; secunda pecia terre est in loco vocato *a la Cabrela*, que confrontatur ab altano in alia tenentia sua, circio in tenentia Raimundi Maurini; tercia pecia terre est in loco vocato *ad Burgatam*, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi Mora, circio in tenentia Maurinorum; quarta pecia terre est in loco vocato *ad Gotinam*, que confrontatur ab altano in tenentia Maurinorum, circio in tenentia Guillelmi Membrati;

item, duas punherias ordei censuales, ad mensuram predictam, cum dominio, quas heredes Petri Mazelerii de Villario condam faciebant et facere tenebantur predictis conjugibus, annuatim in dicto festo

S. Marie augusti, pro servicio medietatis, pro indiviso, unius malleoli qui tenetur in casalagium, et terre in qua est, siti in loco vocato *al Sauzel*, qui confrontatur ab altano in tenentia Jacobi Franc, circio in tenentia Guillelmi Membrati, necnon et pro servicio medietatis, pro indiviso, unius pecie terre que tenetur in casalagium, site in loco vocato *ad Fontanelas*, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Maurini, circio in tenentia Guillelmi Maurini condam;

item, tres denarios tolos. et duas punherias ordei censuales, ad predictam mensuram, cum dominio, quos et quas Bernardus Gayraudi, de Villario, faciebat et facere tenebatur, annuatim in predictis festis, pro servicio medietatis, pro indiviso, unius pecie terre que tenetur in casalagium, quam emit a Raymundo Mazelerii, site in loco vocato *a las Fontanellas*, que confrontatur ab altano in tenentia Arnaldi Calveti, circio in tenentia Raymundi Maurini;

item, tres denarios turon. censuales sive obliales, cum dominio, quos predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in dicto festo Nativitatis Domini, Raimundus Valentis, de Villario, pro obliis unius pecie terre site in decimario S. Petri de terra Clapata in loco vocato *ad Pratum*, que confrontatur ab altano in tenentia Arnaldencorum, circio in tenentia Raimundi Brezeyti;

item, tres denarios turon. obliales sive censuales, cum dominio, quos predictis conjugibus faciebat et facere tenebatur, annuatim in dicto festo, Raimundus Brezeyti, de Villario, pro obliis seu servicio cujusdam pecie terre in loco vocato *a Glirencz* sive *ad Pratum*. que confrontatur ab altano in tenentia Micahelis Yvoneti et Andree Mercerii, circio in tenentia Raimundi Valentis;

item, tres denarios et obolum tur. et unam punheriam et tres partes unius punherie ordei censuales, ad mensuram predictam, cum dominio, quos et quas Johannes Sapagesa et Jacobus Sapagesa, fratres, filii condam Miri Sapagesa, de Villario, faciebant et facere tenebantur predictis conjugibus, annuatim in predictis festis, pro servicio medietatis, pro indiviso, duarum peciarum terre que in casalagium tenentur, quarum una est in loco vocato *als Peyros*, que confrontatur a circio in tenentia Petri Maurini, ab altano in tenentia Bartholomei Pagesa ; alia pecia terre est in loco vocato *ad Gotinam*, que confrontatur ab altano in tenentia Raimundi Maurini et Arnaldi Maurini fratrum, circio in tenentia Petri Belazer;

item, unam carteriam ordei, ad mensuram predictam, et tres denarios tolos. censuales sive obliales, cum dominio, quos et quam predictis conjugibus faciebant et facere tenebantur, annuatim in dictis festis, Emeniardis, uxor condam Petri Membrati, et eorum filii, de Villario, pro servicio medietatis, pro indiviso, cujusdam pecie terre site in loco vocato *a Porquier*, que tenetur in casalagium, que confrontatur ab altano in via communi, circio in tenentia domini Johannis Maurini, patris sui;

item, duodecim denarios et obolum tur. et tres carterias ordei censuales, cum dominio, quos et quas dominus Johannes Maurini, presbiter de Villario, faciebat et facere tenebatur, annuatim in predictis festis, predictis conjugibus pro servicio medietatis, pro indiviso, novem peciarum terre que tenentur in casalagium, una quarum est in loco vocato *ad Pratum major*, que confrontatur ab altano in tenentia heredum Guillelmi Maurini, circio in tenentia Gavellarum; secunda pecia terre est in eodem loco, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Helie junioris, aquilone in tenentia Maurinorum, que fuit Guillelmi Seguini; tercia pecia terre est ad *Costam Rojayrencam*, que confrontatur ab altano et circio in tenentia Maurinorum et nepotum suorum, que fuit Guillelmi Seguini; quarta pecia terre est in loco vocato *ad Burgatam*, que confrontatur ab

altano in tenentia heredum Guillelmi Maurini, circio in tenentia Petri Pagesa, filii condam Guillelmi Pagesa; quinta pecia terre est in loco vocuto *ad Fontanalle*, que confrontatur ab altano in tenentia Calvetorum, circio in tenentia heredum Arnaldi Seguini; sexta pecia terre est in loco vocato *a Cabriencz*, que confrontatur ab altano in tenentia Guillelmi de Podio et fratris sui, circio in tenentia Guillelmi Sicredi; septima pecia terre est in loco vocato *a Dolvenc*, que confrontatur ab altano in tenentia Petri Radulffi, circio in malleolo Petri Esquirolli; octava pecia terre est in loco vocato *a Porquier*, que confrontatur ab altano in tenentia Emeniardis, filie sue, a circio in tenentia Maurinorum; nona pecia terre est *ad Porquerium d'aval*, que confrontatur ab altano in via communi, circio in tenentia Calvetorum.

Predictum vero hospicium et predictas terras et possessiones, parsones, oblias et servicia superius expressatas, predictus dominus Enrichus de Guerardo, miles, pro se et nomine procuratorio quo supra dicte domine Belengarie, uxoris sue, vendidit et, vendicionis titulo, tradidit in perpetuum et concessit dicto domino priori, nomine priorisse et conventus predicti monasterii, pro medietate, et dicto Raimundo Terreni, pro alia medietate, ementibus et recipientibus, necnon omnes questas, omnes homines et mulieres, cum eorum infantibus et casalagiis, et quecumque alia servicia et jura que predicte domine Belengarie competebant in dictis castris de Fanojovis et de Villario, et in dictis villis de Fenolheto, de Fontazellis, de Brazilhaco, de Scerris, de Tonenchis, de Forcia Raimundi Ferrandi et de Insula et in eorumdem castrorum et villarum decimariis et pertinenciis, cum omnibus juribus competentibus ex predictis et pro predictis superius specificatis. Que jura prefatus dominus Enrichus de Guerardo, pro se et nomine procuratorio dicte domine Belengarie, uxoris sue, transtulit et cessit in dictum priorem et in dictum monasterium, pro medietate, et in dictum Raimundum Terreni, pro alia medietate, unumquemque ipsorum emencium faciens procuratorem pro predictis partibus in rem suam; constituens dictus dominus Enrichus, pro se et nomine procuratorio dicte uxoris sue, se possidere et quasi omnia supra vendita, nomine precario ipsorum ementium, donec predicti emptores, per se vel per alium, corporalem in corporalibus et quasi possessionem apprehenderint et nacti fuerint predictarum rerum et jurium, pacifice et quiete; quam apprehendendi et transferendi dictis emptoribus, per se vel per alium, concessit et tribuit plenariam potestatem, licencia ipsius domini Enrici aut cujuscumque alterius minime requisita; et in signum tradite possessionis omnium supra venditorum et in signum concesse possessionis, dictus dominus Enrichus pro se et nomine procuratorio quo supra predicte domine Belengarie, uxoris sue, tradidit suum capucium in manibus emptorum predictorum.

Et generaliter, dictus dominus Enrichus, pro se et nomine procuratorio quo supra dicte domine Belengarie, uxoris sue, vendidit et vendendo concessit predictis emptoribus, secundum partes predictas, in perpetuum, omnia alia bona, jura et actiones que et quas dicta domina Belengaria habebat et habere poterat quoquomodo in senescalliis Tholosana et Carcassonensi et in tota dyocesi et pertinentia Narbonensi, cedens dictis emptoribus, nomine quo supra, secundum partes predictas, omnes actiones et jura dicte domine Belengarie vel suis competencia vel competitura in posterum, in rebus, bonis et juribus supradictis, aliquo jure seu etiam ratione, et in ipsis actionibus ipsos emptores et suos, secundum partes predictas, procuratores tanquam in rem constituit ad habendum, exhigendum et ad tenendum et ad possidendum et quasi omnia et singula supradicta, sine aliqua retentione et exceptione, quam ibi nec fecit nec facere intendit alio modo.

Hanc autem venditionem omnium predictorum, predictus dominus Enrichus de Guerardo, pro se et nomine procuratorio dicte domine Belengarie, uxoris sue, et pro omnibus eorum heredibus et successoribus, presentibus et futuris, fecit et concessit in perpetuum predicto domino priori, nomine priorisse et conventus predicti monasterii, pro medietate et pro dicto monasterio et predicto Raimundo Terreni et omnibus suis heredibus, presentibus et futuris, pro alia medietate ementibus, pro precio videlicet et nomine precii octingentarum et decem librarum turon. parvorum, quas idem dominus Enrichus recognovit et confessus fuit se habuisse et recepisse a dictis emptoribus in bona et usuali moneta turon. parvorum, de quibus et de predicta venditione se tenuit ab eisdem emptoribus pro bene paccato pariter et contento, renuncians inde omni exceptioni dicte pecunie, non habite, non numerate et non recepte et sibi non tradite et doli mali et in factum. Verum si forte predicte res superius per dominum Enrichum pro se et nomine dicte uxoris sue superius vendite, modo plus valent vel deinceps valuerint precio antedicto, totam illam magisvalentiam quantumcumque excedat, idem dominus Enrichus pro se et nomine procuratorio quo supra dicte domine Belengarie, uxoris sue, et suorum dedit, cessit, absolvit, remisit et quitavit in perpetuum predictis emptoribus bona, pura, simplici et yrrevocabili donatione facta inter vivos, ratione et causa plurium serviciorum que dictus dominus Enrichus a dicto monasterio et a domino priore et a Raimundo Terreni predictis habuisse et recepisse pluries recognovit, renunciavitque super hiis omnibus supradictis dictus dominis Enrichus, scienter et consulte et ex certa scientia, ut dixit legi dicenti venditorem deceptum ultra dimidiam justi pretii posse rescindere venditionem vel agere ad justi precii supplementum et alteri legi que, ex causa ingratitudinis, donationem posse suadet revocari, et legi dicenti donationem excedentem summam quingentorum aureorum vel solidorum sine insinuatione principis vel judicis factam, quatenus dicta summa exceditur, non valere, et generaliter omni alii juri, canonico et civili, et terre et loci usui et consuetudini, quibus ipse dominus Enrichus posset venire in aliquo contra predicta vel aliquid predictorum.

Promisit insuper predictus dominus Enrichus, pro se et nomine procuratorio dicte domine Berengarie quo supra, et pro omnibus suis heredibus et successoribus, presentibus et futuris, predictis emptoribus presentibus pro se et nominibus quibus supra recipientibus, de rebus, juribus et aliis omnibus universis et singulis supradictis per ipsum dominum Enrichum venditis superius et concessis, gerere, facere et portare ipsis emptoribus et suis et dicto monasterio bonam defensionem et legitimam guirenciam perpetua ab omnibus amparatoribus, turbatoribus, contradictoribus seu molestiam super eis inferentibus quoquomodo, obligatione omnium bonorum suorum, presentium et futurorum, et dicte domine Berengarie, uxoris sub sue, et sub omni renunciatione pariter et cautela, mandavitque dictus dominus Enricus, pro se et nomine procuratorio quo supra dicte domine Belengarie, uxoris sue, cum hoc presenti publico instrumento, universis et singulis terras vel possessiones alias et jura usque nunc tenentibus ab ipso domino Enricho et a dicta domina Belengaria uxore sua, ut predicto domino priori et predicto monasterio vel ejus procuratoribus, pro medietate, et dicto Raimundo Terreni et suis heredibus et successoribus, presentibus et futuris, pro alia medietate, vel eorum nunciis respondeant et satisfaciant de predictis.

Insuper, dictus dominus Enrichus super obligatione rerum suarum promisit dictis emptoribus stipulantibus se facturum et curaturum quod dicta domina Belengaria, uxor sua, approbabit, ratificabit omnia supradicta et firma tenebit, mediante publico instrumento vel cum autenticis litteris, et interposito per eam,

ad sancta Dei quatuor Evangelia manu sua propria corporaliter tacta, juramento, quod instrumentum vel litteras sigillo autentico sigillatas, continens seu continentes ratifficationem, aprobationem seu confirmationem presentium sufficientem, reportabit et reddet suis sumptibus supradictis seu eorum procuratoribus vel certis nunciis. Quod nisi complerentur et attenderentur omnia supradicta per dictam dominam Belengariam, uxorem suam, vel per suos, idem dominus Enrichus promisit predictis emptoribus et suis et dicto monasterio dare, solvere, refficere, emendare et restituere eis et suis et dicto monasterio omne dampnum, omne gravamen, omne interesse et omnes expensas que vel quas predicti emptores vel sui seu dictum monasterium seu eorum procuratores, pro retardatione ratificationis, approbationis seu confirmationis predictarum per dictam dominam Belengariam vel per suos heredes faciendarum, paterentur seu passi essent vel sustinerent in curia vel alias quoquo modo; super quibus dictus dominus Enrichus de Guerardo voluit credi simplici verbo eorum vel suorum seu procuratorum eorumdem.

Acta fuerunt hec in castro Fanijovis, in presentia et testimonio fratris Guillelmi Amelii, de ordine fratrum Predicatorum, domini Guillelmi Marquesii, rectoris ecclesie de Fanojovis, domini Arnaldi Grimaldi, presbiteri, subcapellani dicti castri Fanijovis, Guillelmi de Felgayrollis, castellani dicti castri pro domino rege predicto, Bernardi de Malaspina, bajuli dicti castri pro dicto domino rege, Poncii de Montelauro, domicelli, Guillelmi de Fenolleto, Arnaldi Arvei, Arnaldi Auterii, Guillelmi Rozaldi, mercatoris, Guillelmi Corteta, Bernardi de Cofinalli, Raimundi de Villario de Naguina, Raimundi Guilaberti, notarii, Bernardi Ysarni, Raimundi Ademarii, Guillelmi Calveti, Petri Calveti, fratrum, Guiloti Normanni, Colini serviencium curie domini regis dicti castri Fanijovis, et magistri Petri Martini, publici notarii dicti castri Fanijovis, qui de verbo ad verbum, duo instrumenta per alphabetum divisa, huic similia, de omnibus predictis, ad requisitionem contrahentium predictorum, debet conficere, et magistri Jacobi Capella, publici notarii castri Lauriaci pro domino rege predicto, qui hanc cartam recepit, vice cujus et mandato, ego, Bernardus Tornerii, notarius publicus de Cuquo, eandem scripsi juratus in duabus peciis pergameni simul una cum alia junctis, sutis seu conglutinatis, quarum prima pecia in secunda linea incipit *ralde* et in ultima linea *Franc inter*, secunda vero pecia incipit in prima linea *minio* et finit in LXXIII[a] linea a principio dicte secunde pecie pergameni computanda; et suprascripsi *tenebatur* in LIX[a] linea, et in CI[a] linea *tenentia*, et in CII[a] linea *fratres* a principio dicte prime pecie computanda; item suprascripsi in XIX[a] linea *terre est* a principio dicte secunde pecie pergameni computanda. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, me subscribo atque solito signo meo signo. (*signet.*) [1]

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 327.

---

1. Sur le résumé écrit au dos, au dernier siècle, Henri de Guérard est appelé *Conseiller du roy de Sicile.*

344 Prouille, 4 mai 1316.

Le procureur de Prouille confirme l'achat, fait par Jean et Raimond Calvet, d'une terre à Massabrac, à condition que le cens dû pour cette terre au monastère, continuera d'être payé.

Anno ab incarnatione Domini M°CCC°XVI°, domino Ludovico, rege Francorum, regnante, IIII° nonas madii, noverint universi quod ego, frater Bernardus Fabri, procurator monasterii Beate Marie de Pruliano, nomine prioris et priorisse et conventus predicti monasterii, laudo et concedo vobis, Johanni Calveti, presenti, et Ramundo Calveti, fratri vestro, de castro Fanijovis, absenti, et omnibus vestris heredibus et successoribus, presentibus et futuris, et vobis, notario infrascripto pro dicto absente stipulanti et recipienti, bonam et firmam guirenciam ab omnibus amparatoribus et contradictoribus semper, ex parte dominii cujusdam pecie terre site in decimario Beate Marie de Pruliano, loco vocato *ad Massabrac*, que confrontatur ab altano in ripparia, a circio in tenencia Arnaldi Grimaldi, meridie in via, aquilone in tenentia Guillermi Salvati, vobis et dicto fratri vestro vendite per Andiam, uxorem condam Ramundi Terreni, laboratorem et Arnaldum Terreni et Ramundum Terreni, fratres, ejus filios, de castro Fanijovis, precio quinquaginta librarum turon. parvorum, prout in instrumento dicte vendicionis, inde recepto per notarium infrascriptum, plenius continetur; dans vobis et dicto fratri vestro et vestris licenciam dandi, vendendi, dimittendi, inpignorandi vel aliter alienandi dictam peciam terre cuicunque volueritis, exceptis sacris clericis et militibus, tamen jure dicti monasterii et dominio in omnibus semper salvo, et salvo jure retentionis, secundum formam juris, et quod de singulis solidis vendicionis dicto predicto monasterio unus denarius, et pignorum unus obolus solvetur, et salvis et retentis duobus denariis nunc dandis et solvendis, anno quolibet in festo Natalis Domini, dicto monasterio vel ejus procuratoribus, pro censu dicte pecie terre, retento etiam quod si dictum monasterium in dicta pecia terre habebat seu habere debebat, preter dictos duos denarios turon., alium censum, ipsum, cum dictis duobus denariis turon., solvatis et solvere teneamini dicto monasterio vel ejus procuratori, in dicto festo Natalis Domini annuatim, et de foriscapio a vobis et dicto fratre vestro, nomine quo supra, perpaccatum me teneo et contentum.

Quam peciam terre ego, Johannes Calveti, pro me et dicto fratre meo, recognosco vobis, fratri Bernardo Fabri, procuratori, predicto nomine, dicti monasterii, stipulanti et recipienti, me tenere in emphiteosim a dicto monasterio ad censum seu servicium dictorum denariorum turon., vel ad alium censum, si quem habebit in dicta pecia terre, quos promitto solvere dicto monasterio vel ejus procuratoribus, anno quolibet in dicto festo Natalis Domini, sicut dictum est superius.

Actum fuit hoc in dicto monasterio in presentia Ade Fabri, Arnaldi Sabaterii, Arnaldi Vasconis, Bernardi Boerii de castro Fani jovis et magistri Bernardi de Coffinalli, notarii publici castri Fanijovis domini regis, qui presens instrumentum recepit et in protocollo suo registravit et, morte preventus, in formam publicam non redegit; et ego, Matheus Berengarii, clericus juratus magistri Guillermi de Coffinalli, notarii publici domini regis, subrogati dicto notario deffuncto auctoritate sibi atributa et concessa per nobilem et potentem virum, dominum Guiardum Guidonis, militem, senescallum Tholosanum et Albiensem, de

materia et protocollo dicti notarii defuncti subscripsi. Et ego, Guillermus de Coffinalli, notarius antedictus, me subscribo et signo. (*signet.*)

Original : Archives de l'Aude, H. 371.

345 Prouille, 19 janvier 1324.

Raymond Maurel, prieur de Prouille, confirme l'achat fait par Raymond Bels à la famille Salvat, d'une terre à Massabrac, à condition que le cens dû pour cette terre au couvent, continuera d'être payé.

Noverint universi quod nos, frater Ramundus Maurelli, prior monasterii Beate Marie de Pruliano, nomine nostro et nomine priorisse et tocius conventus predicti monasterii, laudamus, ex parte dominii, vobis, Ramundo Bels, mercatori Fanijovis, presenti, et vestris venditionem vobis factam per Johannem Salvati et Finam, ejus uxorem, et per Guillermum Salvati, dicti loci Fanijovis, de quarta parte, pro indiviso, unius pecie terre site in termino Fanijovis, loco vocato *a Massabrac*, que confrontatur ab altano in ripparia, circio in tenentia Petri Ferra, meridie in tenentia Ramundi Valentis, aquilone in tenentia Petri Brezeyti, precio quadraginta librarum turon., cum publico instrumento de ipsa venditione, ut dicitur, recepto per magistrum Guillermum de Coffinali, notarium Fanijovis. Hoc autem facimus tali pacto et condicione quod vos et vestri heredes et successores detis et solvatis dicto monasterio, anno quolibet, in perpetuum, vel suis procuratoribus, pro servicio dicte quarte partis, pro indiviso, dicte pecie terre, unum denarium turon. una cum duobus denariis turon., quos facitis et facere tenemini, anno quolibet, dicto monasterio pro servicio medietatis, pro indiviso, dicte pecie terre, in festo Nativitatis Domini, et sic faciendo, liceat vobis et vestris dictas tres partes dicte pecie terre, pro indiviso, dare, vendere, inpignorare et aliter alienare cuicunque volueritis, exceptis sacris clericis et militibus, jure tamen dicti monasterii et dominio in omnibus semper salvo et foriscapio, videlicet de unoquoque solido vendicionis uno denario, et solido pignoris uno obolo, et salvo servicio, scilicet dictis tribus denariis turon. dandis et solvendis, anno quolibet, procuratori dicti monasterii, in festo predicto Natalis Domini, prout superius est expressum ; et de foriscapio hujus vendicionis nos tenemus a vobis pro contentis, et erimus inde vobis et vestris boni et legitimi guirentes a cunctis amparatoribus semper ex parte dominii, sine dolo.

Quas tres partes, pro indiviso, dicte pecie terre ego, Ramundus Bels predictus, recognosco vobis, domino priori predicto, nomine quo supra, stipulanti et recipienti, me tenere in emphiteosim a dicto monasterio sub servicio predicto quod annuatim in perpetuum dicto monasterio vel suis procuratoribus dare et solvere promito, in dicto festo, sicut dictum est superius.

Actum fuit hoc apud Prolianum, anno Domini millesimo CCC°XXXIII°, domino Philippo, rege Francorum, regnante, XIIII° kalendas februarii, in presencia et testimonio fratrum Aycredi de Transuaco, Bernardi Barba, Guillermi Guilaberti dicti monasterii, Bernardi Amorosi, servientis, Guillermi Salvati, majoris diebus, de Fan[ojovis], et magistri [Bernardi] Tornerii, publici notarii castri Sancti-Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui hanc cartam de predictis recepit et in protocollo suo registravit ; vice cujus et mandato, ego, Robertus Jacqueti, clericus juratus dicti notarii, eandem

scripsi. Ego vero, Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, me subscripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 371.

346 Fanjeaux, 28 avril 1324.

Raymond Sartre, procureur de Prouille, confirme l'achat fait par Raymond Bels à la famille Salvat, d'une pièce de terre à Massabrac, à condition que le cens dû au couvent pour cette terre, continuera d'être payé.

Noverint universi quod ego, Ramundus Sartoris, procurator monasterii Beate Marie de Pruliano, nomine prioris et priorisse et tocius conventus predicti monasterii, laudo et concedo ex parte dominii, vobis, Ramundo Bels, presenti, et Arnaldo Bels, fratri vestro absenti, castri Fanijovis et vestris et suis venditionem vobis factam per Guillermum Salvati, dicti loci Fanojovis, de medietate cujusdam pecie terre site in termino Fanojovis, loco vocato *a Massabrac*, que tota pecia terre confrontatur ab altano in ripparia, circio in tenentia Ramundi Mathei et heredum Arnaldi Grimaldi, meridie in tenentia Ramundi Calveti, aquilone in tenentia Petri Brezeyti de Villario, precio centum decem librarum turon., cum publico instrumento vendicionis, ut dicitur, recepto per magistrum Guillermum de Coffinalli, notarium Fanijovis. Hoc facio tali pacto et condicione quod vos et dictus frater vester et vestri et sui, anno quolibet, detis et solvatis dicto monasterio vel suis procuratoribus medietatem quatuor denariorum turon., perpetuo in festo Nativitatis Domini, pro servicio medietatis pecie terre supradicte; et sic faciendo, liceat vobis et dicto fratri vestro et vestris et suis dictam medietatem dicte pecie terre dare, vendere, inpignorare vel aliter alienare cuicunque volueritis, exceptis clericis et militibus, jure tamen dicti monasterii ac dominio in omnibus semper salvo, et foriscapio videlicet de unoquoque solido venditionis uno denario, et solido pignoris uno obolo, et salvo servicio superius expressato dicto monasterio vel suis procuratoribus, anno quolibet, dando in dicto festo, sicut dictum est, et de foriscapio hujus vendicionis a vobis et a dicto absente me reputo pro contento; et ero vobis et dicto absenti de predictis bonus guirens a cunctis amparatoribus semper ex parte dominii, sine dolo, te, Bernardo Tornerii, notario infrascripto, pro dicto absente stipulante et recipiente.

Quam medietatem dicte pecie terre ego, Ramundus Bels predictus, per me et dicto fratre meo recognosco vobis, fratri Ramundo Sartoris, procuratori, predicto nomine procuratorio quo supra, stipulanti et recipienti, me tenere in emphiteosim a dicto monasterio, sub servicio predicto quod, anno quolibet, dicto monasterio vel suis procuratoribus solvere promitto in dicto festo, sicut dictum est superius.

Actum fuit hoc apud Fanum Jovis, anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo quarto, domino Karolo, rege Francorum et Navarre, regnante, quarto kalendas madii, in presencia et testimonio fratris Petri Martra dicti monasterii, Guillermi Junhas, tinctoris, Poncii Stephani Fanojovis et magistri Bernardi Tornerii, publici notarii castri Sancti-Felicis et totius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui de predictis hanc cartam recepit et in protocollo suo registravit; vice cujus et mandato ego, Johannes Molini, clericus de Limoso juratus dicti notarii, eandem scripsi. Ego vero, Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, me subscripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 371.

347 Prouille, 4 septembre 1346.

Frère Raymond de Durfort, prieur provincial de Toulouse, achète à Roger de Durfort la maison où S. Dominique a opéré le miracle du feu, afin d'y élever une chapelle en l'honneur du Saint.

Anno Domini M°CCC°XLVI°, domino Philippo, rege Francorum, regnante, die quarta introitus mensis septembris, noverint universi quod nos, Rogerius de Duroforti, domicellus castri Fanijovis, filius quondam nobilis Guillelmi Bernardi de Duroforti, domicelli castri Fanijovis, et Richa, ejus uxor, non circumventi in aliquo vel decepti, nulla vi vel dolo aut suggestione alicujus personae ad hoc inducti, sed specialiter et expresse attendentes virtute divina quoddam miraculum factum fuisse in hospicio infrascripto, ad honorem B. Dominici et fidei catholicae, in igne, dum partibus istis Beatus Dominicus contra infideles et haereticos sanctam fidem catholicam praedicabat, cupientes igitur et corde [et] animo affectantes quandam capellam altaris Beati Dominici, ad honorem Dei, Beatae Mariae et omnium Sanctorum et monasterii B. Mariae Pruliani, et in loco ubi dictum miraculum apparuit, fore construendam et perficiendam, idcirco, attenta devotione hujusmodi, pro construendo et faciendo, infra hospitium infrascriptum, quamdam capellam et altare B. Dominici convocati, nunc, animis deliberatis et ex certa scientia et consulte, pro nobis et omnibus nostris successoribus et haeredibus, praesentibus et futuris, vendimus et titulo merae ac perfectae venditionis et irrevocabilis, tradimus in perpetuum et concedimus vobis, religioso viro, fratri Raymundo de Duroforti, majori diebus, ordinis Praedicatorum, nunc provinciali provinciae Tolosanae ipsius ordinis Praedicatorum, ibidem praesenti, stipulanti et recipienti; et ad dictam cepellam ibidem construendam et perficiendam, videlicet quoddam hospitium nostrum situm infra castrum Fanijovis, loco vocato *ad Carreriam militum*, prout confrontatur ex austro in tenentia haeredum Petri Garini, a circio in via publica, a meridie in tenentia Joannis de Cordoano, Bernardi Tardivi, Guillelmi Martini, Raymundi Auriolli et Raymundi Vitalis, ab aquilone in tenentia Raymundi Fabri. Jam dictum autem hospitium sic confrontatum, cum omnibus suis introitibus, exitibus, bastimentis, stillicidiis, aquaeversiis, gutaniis, et cum omnibus suis dominationibus, laudimiis et foriscapiis et aliis deveriis omnibusque aliis juribus, actionibus et pertinentiis suis, undique nobis seu [1] nostrum alteri et cuilibet nostrum quoquo titulo sive jure pertinentibus, seu pertinere debentibus ullo modo, sic vendimus et tradimus vobis, fratri Raymundo de Duroforti, ex causis praedictis, ut superius est expressum, absque aliqua retentione, modo, conditione et protestatione, quam ibi non facimus nec intendimus facere ullo modo, in nostro proprio jure et proprietate inde nos et nostros penitus evacuantes et exuentes; et in vestrum proprium jus et proprietatem ipsam transponimus et transferimus et in locum nostrum atque jus vos totaliter penitus constituimus et in plenam et integram ac corporalem possessionem juris et facti vel quasi dicti hospitii et omnium jurium et pertinentiarum suarum et dominii directi, laudimii et foriscapii ejusdem vos mittimus et constituimus, cum hoc praesenti publico instrumento, in perpetuum firmiter valituro, ad faciendum et construendum, ut praemissum est, capellam supradictam.

Hanc autem venditionem, ex causis praedictis, facimus pretio et nomine pretii trecentarum quinqua-

1. Ms: *ut*.

ginta librarum turon., de quibus, ad opus nostrum hujusmodi, recepimus a nobili Assanto de Montesquivo, domicello, domino de Guitalenchis, quadraginta quinque sextaria frumenti censualia et quatuor libras turon. censuales; de quo pretio, in recuperatione frumenti et denariorum censualium praedictorum, a vobis [1] bene perpaccatos nos tenemus et contentos, renunciantes omni exceptioni dicti pretii, ut est dictum, inde non habiti et non recepti, doli mali et in factum, et spei futurae traditionis et numerationis, doli mali et in factum.

Verum, si forte haec praedicta venditio modo plus valet vel valebit in futurum aut aestimari poterit pretio jam dicto, totam illam magis valentiam, quantacumque sit vel esse poterit in futurum, damus vobis, solvimus, cedimus, remittimus perpetuo liberaliter et quittamus bona, pura, simplici et irrevocabili donatione, facta inter vivos, absque aliqua retentione, quam ibi non facimus nec intendimus facere ullo modo, et gratis et irrevocabiliter damus tot de dicta magis valentia, facimus vobis et vestris successoribus donationes diversas, divisas et separatas, quot in dicta magis valentia sunt vel esse possunt res vel summae, quatenus nulla summa quandoque aureorum vel solidorum excedat, et quarum donationes singulariter factae [sine] judicis insinuatione, non pereant ullo modo [2]; cedentes insuper vobis, emptori praedicto, ex causa praedicta, et in vos totaliter transferentes perpetuo et irrevocabili[ter] omnia jura et singulas voces et actiones, tam reales quam praetorias, medias, sive mixtas, utiles, praetorias civiles atque directas, et alias quascumque quae et quas nobis vel nostrum alteri et cuilibet nostrum in dicto hospitio vel juribus aut pertinentiis ejusdem competunt, pertinent aut competere vel pertinere possint sive debent, quacumque ratione, modo, titulo sive jure. Nam in iis, tanquam in rem vestram propriam, verum dominum, actorem et procuratorem facimus et constituimus de praesenti, nos et nostros de omnibus et singulis supradictis spoliando et denudando penitus, vosque inde totaliter investiendo et in nostrum locum atque his praemissis omnibus perpetuo et irrevocabiliter imponendo, tenore hujus praesentis publici instrumenti, ita quod nihil juris, possessionis utilisve dominii seu directi inde apud nos seu nostros retinemus nec in aliquo reservamus, constituentes insuper nos, conjuges praedicti, loco, vice et vestro precario nomine et pro vobis praedictum hospitium et jura ejusdem interim possidere et quosdam detentores [3] sive ministros esse, donec inde nacti fueritis sive possessionem apprehenderitis corporalem, quam accipiendi, apprehendendi, intrandi, nanciscendi et adeptam deinde retinendi, ad honorem Dei et Beati Dominici, auctoritate vestra propria et vestrorum successorum omnimodam licentiam damus et concedimus plenariam facultatem, quandocumque [4] vobis visum fuerit expedire, absque nostri vel nostrorum licentia vel alterius cujuscumque personae, seu curia petita, impetrata minime vel obtenta, et quod dictum precarium possitis revocare et ad vos retinere, pro vestro libito voluntatis; promittentes insuper vobis, emptori praedicto, quod de praedicto hospitio et juribus ejusdem nunquam movebimus nec moveri faciemus vobis vel successoribus litem, quaestionem, controversiam, petitionem vel demandam, per nos vel per aliquam interpositam vel subrogatam personam, occulte vel manifeste, imo vos et successores vestros faciemus in ipso hospitio esse et existere possessores, et de eodem et ejusdem juribus inde vestram vestrorumque successorum omnimodam

1. Ms : *nobis*. — 2. Ce passage est obscur, sans doute parce que le copiste de 1739 a oublié quelques mots dans sa transcription. — 3. Ms : *detentationes*. — 4. Ms : *quamcumque*.

voluntatem facere et etiam agere et experiri et replicare, vosque et vestros successores legitime deffendere in judicio et extra et omnia alia facere gerere et exercere in judicio et extra, quae verus dominus in rem suam et de bonis et rebus, actionibus et juribus suis nobis et nemini alteri et cuilibet nostrum competentibus et competi debentibus pleno jure, facere potest et debet, et quae nos facere in judicio et extra, ante venditionem praedictam, nec eam revocabimus nec petemus restitutionem in integrum, in solidum vel in parte, ratione minoris pretii vel majoris, aut nobis non soluti aut in nostrum commodum non conversi, etiamsi, occasione venditionis praedictae vel aliquorum praecedentium vel subsequentium, probare possemus nos vel nostros in aliquo esse laesos, imo quittimus vobis de praedicta venditione et suis juribus universis ; bonam deffensionem et legittimam guirenciam, perpetuo, nos facimus ab omnibus ibidem amperatoribus et contradictoribus universis, ex parte proprietatis et dominii, et teneri de juris evictione, universali et particulari, volumus et penitus[1] contra quascumque personas, universitates et loca, in perpetuum, sine dolo, licet nobis non fuerit denunciatum infra legitimum tempus, sub hipoteca et obligatione omnium bonorum nostrorum, praesentium et futurorum, et sub omni renunciatione juris pariter et cautela ; asserentes nihilominus, sub efficacia juramenti quod super sancta Dei quatuor Evangelia, corporaliter per nos tacta, sponte praestamus, quod nunquam de dicto hospitio per nos supra vendito, nec aliqua parte ejusdem aliquid fecimus, diximus nec, praesenti tempore vel futuro, dicemus vel faciemus nec fieri consentiemus quominus praedicta venditio et omnia et singula supradicta suum robur obtineant inconcussum, imo, si aliquam donationem, cessionem vel alio modo alienationem inde alicui seu aliquibus fecerimus vel in futurum faceremus, (quod absit !) illam vel illas exnunc vel extunc et extunc vel exnunc, expresse et ex certa scientia, in praesenti revocamus et annullamus et nullius valoris et efficaciae pronuntiamus. Et super his, ex certa scientia et consulte, renunciamus legi dicenti venditores deceptos ultra dimidiam justi pretii, posse rescindere venditionem vel agere ad justi pretii supplementum, et legi dicenti donationem, quantumcumque perfectam, posse propter ingratitudinem a donatario revocari, si post eam donanti donatarius sit ingratus, et legi dicenti donationem excedentem summam quingentorum aureorum vel solidorum factam absque insinuatione judicis, non valere, et legi dicenti quod facienda est denunciatio emptore venditori, tempore congruo, aut venditor de evictione non teneatur, et alteri legi dicenti non posse agi de evictione nisi demum per sententiam res fuerit evicta, vel si res fuerit evicta per judicis malitiam, sordes vel errorem vel imprudentiam, vel ob defensoris culpam, vel si mala fides agnoscatur, non potest nec debet agi de evictione, et legi dicenti per libellum et ordinem judiciarium causas agi debere et in factum, et legi dicenti quod, si compromisero, (*sic*) quod si emptor compromiserit et per arbitros contra eum lata fuerit sententia, non potest agere de evictione, et legi dicenti, quod si quis donationem fecerit totius suae substantiae, spei futurae sobolis non habendae, si postea sobolem habuerit, posse donationem revocari, et legi quae dicit quod si quis donationem fecerit, prius posse (*sic*) agere quam ille cui facta est cessio, nisi prius litem fuerit contestatus.

Et ego, dicta Richa, de jure meo, specialiter et expresse, ad plenum certificata et instructa per notarium infrascriptum, et ex certa scientia et consulte, renuncio beneficio senatusconsultus Velleiani[2] et legi Ju-

---

1. Ms : *primitius*. — 2. Ms : *vellexani*.

liae de fundo locali et juri hypotecarum et authenticarum : *Si qua mulier* et authenticarum : *Sive a me*, et tandem ambo simul omni alii juri, canonico pariter et civili, scripto extra vel non scripto, condito vel condendo, quo vel quibus possemus venire contra praemissa vel aliquid praemissorum et cui vel quibus nos renuntiare oportet, vel de quo certam et expressam oporteret facere mentionem. Praeterea, promittimus nos facturos et curaturos cum effectu quod, ad vestri et vestrorum securitatem, faciemus ratificare, confirmare et approbare praedictam venditionem et omnia et singula supradicta per curiam domini nostri, Francorum regis, et ejus curiales et facere et condere vobis illam securitatem quae in praemissis et ea tangentibus et circa praemissa vobis necessaria fuerint seu etiam [1] opportuna, ad vestram simplicem requisitionem seu procuratoris vel sindici monasterii B. Mariae Pruliani, sub obligatione et renunciatione quibus supra. Et ita praedictam venditionem et omnia universa et singula supradicta in perpetuum tenere et servare, attendere et complere et non contra facere vel venire per nos vel aliquam interpositam vel subrogatam personam, occulte vel manifeste, de jure vel de facto vel alio quolibet modo, supra sancta Dei quatuor Evangelia sponte promittimus et juramus corporaliter per nos tacta.

Cui venditioni et omnibus universis et singulis supradictis ego, Assantus de Montesquivo, domicellus, dominus de Guitalenchis, expresse consentio et ea omnia laudo, approbo, ratifico et confirmo, remittens, inquam, absolvens atque quitans vobis, fratri Raymundo de Duroforti, emptori praedicto, et successoribus vestris quibuslibet, habens affectum et devotionem ad dictam capellam in dicto hospitio, ubi dictum miraculum, Dei gratia mediante, extitit declaratum, faciendam et construendam, videlicet quidquid juris, actionis vel rationis habebam vel habere debebam aut mihi competebat vel competere poterat in dicto hospitio vel juribus aut pertinentiis ejusdem, ratione donationis vel alterius pacti seu obligationis vel alias quoquomodo, me inde devestiendo et denudando penitus, vosque inde prorsus et plenarie vestiendo, faciens vobis et vestris successoribus, ex causis praedictis, pactum reale perpetuum et generale de non aliquid petendo in dicto hospitio vel ejus pertinentiis, aliquo jure, causa sive modo et de non agendo, pro ipso hospitio, contra vos seu detentores ejusdem amodo, seu referendo in judicio vel extra judicium, questionem. Et ad omnium praemissorum roboris firmitatem habendam, et ex causa praedicta et ex certa scientia, revoco, casso et annullo, quatenus tangit vel tangere potest dictum hospitium, quandam donationem alias mihi factam per Raymundum de Duroforti praedictum, et dictam donationem nullius valoris et efficaciae [esse], quoad praemissa, promitto et declaro, non obstantibus aliquibus clausulis derogatoriis seu aliis quibuscumque in dicta donatione contentis.

Acta fuerunt haec, infra monasterium B. Mariae Pruliani, anno et die quibus supra, in praesentia et testimonio magistri Guillelmi Bernardi, ordinis fratrum Minorum, magistri in theologia, fratris Eliae de Ferreriis, ordinis Praedicatorum, prioris dicti monasterii Pruliani, fratris Guillelmi Graniti, dicti ordinis, prioris conventus Praedicatorum Carcassonae, fratris Bernardi Senherii, fratris Bernardi Gayssie, dicti ordinis Praedicatorum, Bernardi Raymundi de Duroforti, domicelli, majoris diebus, Bernardi de Cumiera [2], Johannis Combot, de castro Fanijovis, et magistri Guillelmi Tholosae, de dicto castro, publici auctoritate regia notarii, qui, requisitus, hanc cartam recepit; vice cujus et mandato, ego, Robertus Jaqueti, habitator

1. Ms : *extra*. — 2. Ms : *Cameria*.

ejusdem loci Fanijovis, publicus notarius juratus dicti notarii, eamdem scripsi. Ego vero, Guillelmus Tholosae, publicus notarius, prout supra, hic subscripsi et signavi.

Et ego, frater Laurentius Thoulouze, Ordinis Praedicatorum, de dicto castro Fanojove, haec transcripsi, die 22 junii 1739.

Copie : (en notre possession) faite sur l'original, le 22 juin 1739, par frère Laurent Thoulouze, dominicain du couvent de Fanjeaux.

VIII. BRAM, SAUZENS, VILLASAVARY, LA ILHE

348 Lavaur, 15 mai 1211.

Foulques, évêque de Toulouse, confère à S. Dominique et au monastère de Prouille l'église paroissiale de Bram.

Notum sit omnibus, tam praesentibus quam futuris, hanc paginam legentibus vel audientibus, quod ego, Fulco, Dei gratia Tolosanae sedis episcopus, consilio et assensu M., praepositi S. Stephani, do et concedo ecclesiam de Brom, cum omnibus ad eam pertinentibus, dominabus conversis religiose viventibus ad ecclesiam B. Mariae de Proliano, scilicet Guillelmae priorissae, Alazaiciae, Raimundae Passerinae, Berengariae, et alii Berengariae, et Blancae, et Guillelmae, et Rachardae, dominae de Barbairano, et Guillelmae de Bellopodio, et Curtolanae, et Raimundae Claretae, et Jordanae, et Francischae, et Arnaldae, et Gencianae, et Ermessendae et Arsendae, et Expertae, ut habeant et possideant quamdiu istae praesentes vixerint et jamdictae ecclesiae honorifice provideant, salvo tamen jure episcopali, ita quod decimas et primitias omnes dominae predictae possideant et capellanum domino episcopo praesentent, qui ab eo curam animarum recipiat et dominabus de temporalibus respondeat et episcopo de episcopalibus. Et, ut quod fecimus, ratum perseveret, presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno Domini M°CC°XI°, idibus maii.

Copie : Bibl. Nat., coll. Doat, t. 98, f° 47.
Ibid., ms. français 8671.
Imprimé : Balme, *Cartulaire de S. Dominique*, t. I, p. 231.

349 1211.

Raymond du Villar abandonne à S. Dominique et au monastère tous les biens qu'ils possède à Villasavary.

Manifestum sit omnibus hanc cartam legentibus sive audientibus quod ego, R. de Villario, mea propria ac spontanea voluntate, dono et laudo et concedo Domino Deo et Beatae Mariae et domino Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus atque sororibus in monasterio de Prolano modo vel in futuro habitan-

tibus, omnes meos honores quos habeo vel habere debeo in toto territorio de Villario, extra castrum, quaecumque sint vel ubicumque sint, terras scilicet cultas vel incultas, casales, maloles, vineas, prata, pascua, nemora, aquas, introitum et exitum, oblias et dominationes et quicquid habeo vel habere debeo ullo modo extra castrum praedictum de Villario, in omni territorio praedicto. Et ego, Raimundus de Villario praedictus, ero bonus guirens de omnibus amparatoribus qui ibi aliquid pro me vel ex mea parte ampararent vel peterent vel petere poterant vel putabant. Et hoc laudo, amore Dei et pro redemptione animae meae et parentum meorum, super omnia alia bona mea, tam mobilia quam immobilia, quae habeo vel sum habiturus, ubicumque sint.

Hujus doni praedicti testes sunt: dompnus episcopus Convenarum et dompnus Vitalis, sancti Antonini abbas, et Maurinus, sacrista sancti Antonini, et Bertrandus de Durbanno, archidiaconus, et Guillermus Clareti, et Dominicus Petri, et Raimundus Petrus de Causlirano, qui hanc cartam scripsit in mense decembris, regnante Christo Carcassonae, [in] Biterrensi et Reddensi et in quibusdam partibus Tholosanis et Albiensibus, et Philippo Francorum rege, et Fulcone Tholosano episcopo, anno ab Incarnatione Domini M°CC°XI°.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 4.
Imprimé : Balme, *Cartulaire de S. Dominique*, t. I, p. 257.

*** 350** 1212.

L'abbé de Sorèze, prieur de Villepinte, et le chapitre de Villepinte donnent à S. Dominique et au monastère de Prouille la directe entre le chemin et le lieu de la Gardiole, confrontant aux dîmaires de Villenouvette et de Bram.

(Papiers Rouhard.)

351 Juin 1214.

Alain de Roucy, seigneur de Montréal et de Bram, confère à S. Dominique et au couvent certains bien sis à Bram.

Notum sit omnibus hominibus praesentibus et futuris, quod ego, Alanus, dominus Montisregalis et Brom, do et concedo libere et in perpetuum fratri Dominico, Oxomensis canonico, et fratribus et sororibus Deo et Beatae Mariae in Prolano servientibus, praesentibus et futuris, locum ad domum et ad aream et ad ortum apud Bromium. Locus domus terminatur ab altano in hereditate Arnaldi d'Alsona, et a meridie in domo Benefactae et filiorum ejus, a circio in domo Bernardi Ugonis, ab aquilone in via ante januam. Locus areae terminatur ab altano in area del Viver, a meridie in casali Bernardi Rogerii et in area Benefactae; a circio in area Benefactae et in area de Vilaciselis, ab aquilone in area de Astiferis et in area Bernardi Ugonis. Locus orti terminatur ab altano in hereditate Villarnovar, a meridie in ipsa hereditate, a circio in riparia de Bromatel, ab aquilone in terra Raymundi Boerii. Haec omnia do et concedo libere et in perpetuum, pro remedio animae meae et uxoris et parentum meorum, cum ingressibus et egressibus suis, sicut dominus Rodbertus, capellanus noster, mandato nostro, misit praedictos fratres in possessionem, coram Johanne Montanario, praeposito Montisregalis et R. God, bajulo de Vealmores, et Rogerio de

Cassaina, bajulo de Brom, et Guillelmo Malestricto, bajulo Villanovae, salvo tamen jure dominii super praedictis de furto et de forisfacto. Quod ut ratum permaneat omni tempore, praesentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Datum, mense junii, anno Domini millesimo ducentesimo decimo quarto.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 20, v°.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 461.

352 3 juin 1219.

Eudes, seigneur du Villar, donne au couvent de Prouille une rente de blé sur une propriété du Villar.

Noverint praesentes et futuri quod ego, Odo, dominus Vilarii, considerans pium esse abundare visceribus caritatis, et attendens fragilitatem corporis tantam esse quod pauci viam universae carnis ingredientes, transeant quin, ad minus pro venialibus, sit necessarium expiare, credens quod talibus salubre sit subvenire et sit opus misericordiae et etiam per orationes et sacrificia et ea quae transeunt in usus religiosorum et pauperum, poena possit fidelium in purgatorio relevari, Dominum volens habere prae oculis, qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum, cujus proprium est misereri semper et parcere, condescendens miseriis fidelium, in honore nominis Jhesu Christi et gloriosae Marie Virginis, confero et assigno abbatiae de Prolano, noviter constructae, et fratribus et sororibus ejusdem loci, tam praesentibus quam futuris, in remissione peccaminum Margaritae, uxoris meae mortuae, et in remissione peccatorum meorum et successorum meorum et omnium fidelium defunctorum, unum modium bladi, medium frumenti, medium ordei, habere annuatim super *le Lausec de Vilario*, ad mensuram forensem castri, tempore messium perpetuo capiendum ; ut inde, singulis annis, in die obitus Margaritae per annos singulos revoluto, pro anima ejusdem et omnium fidelium defunctorum in abbatia anniversarium celebretur. Praedictam vero concessionem facio libere, sicut praedictum est, ad voluntatem fratrum et sororum, praesentium et etiam futurorum, perpetuo faciendam ; et promitto quod ego et mei successores faciemus, quolibet anno, praedictum bladum reddere et etiam perpetuo pacifice possidere. Si quis vero, ausu temerario, in aliquo contradixerit, ego et mei contra tales nos viriliter oponemus et inde bonam guirentiam faciemus.

Hoc vero factum fuit in praesentia Radulphi Moreti et Drochonis et Amelii de Morterio et Richaudi de Insula et Raymundi de Vilario diachoni et [en] Quatre de Vilario et Petri Sazia, feria secunda, tertio nonas junii, anno Domini millesimo ducentesimo decimo nono, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Coti scripsit.

Ad ultimum, ego, Odo praedictus, ut majoris firmitatis robur obtineat, sigillum nostrum apposui instrumento, et ego Bochardus de Marliaco, per me et per successores meos, laudo et concedo jamdictam donationem, sicut facta est, in perpetuum valituram, et, ut firmius et semper inconcussum maneat, sigillum nostrum apposui instrumento.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 55.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 326.

353 Pexiora, 21 mars 1234.

Raymond du Fauga, évêque de Toulouse, confère aux religieuses de Prouille, dont il donne la liste, l'église paroissiale de Bram.

Notum sit praesentibus et futuris, hanc paginam legentibus vel audientibus, quod ego, R., Dei gratia Tholosae sedis episcopus, do et concedo ecclesiam de Brom cum omnibus ad eam pertinentibus, dominabus conversis, religiose viventibus ad ecclesiam Beatae Mariae de Proliano, scilicet :

E., priorissae,
Ricae,
Blancae de Redorta,
Ricsendae Costa,
Emperiae Arizae,
Gaucelmae de Montepesulano,
Bernardae de Arlede,
Ermegardae de Rivensi,
Ramondae de Tholosa,
Ugo[nae] Ermegardae,
Galhardae de Duroforti,
Luciae de Monte Pesullano,
Dominicae,
Blancae,
Christianae,
Mariae de Conchis,
Braidae de Prulha,
Geraldae de Monteregali,
Gailhardae de Insula,
Austorgae de Tholosa,

ut habeant et possideant quamdiu istae vixerint et jamdictae ecclesiae honorifice provideant, salvo tamen jure episcopali, ita quod decimas et primitias omnes dominae praedictae possideant, et capellanum domino episcopo praesentent, qui ab eo curam animarum recipiat et dominabus de temporalibus respondeat et domino episcopo de episcopalibus; et, ut quod fecimus, ratum perseveret, praesentem paginam sigillo nostro munimus. Data apud Podiumsiuranum, duodecimo kalendas aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quarto.

Copies : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 71.
Ibid. Ms. fr. 8671, p. 105, (*nombreuses fautes.*)

354 Toulouse, le 4 avril 1250.

Sicard Alamann fait restituer au couvent de Prouille la force de Sauzens, au nom d'Alphonse de Poitiers, comte de Toulouse, et de la reine Blanche de Castille.

Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod nos, Sicardus Alamanni, vices gerentes illustris domini Alfonsi, comitis Tholose, in comitatu Tholosano, de voluntate et assensu expresso domine Blanche, Dei gratia regine Francie, restituimus forciam sive locum de Sauzencs, cum pertinentiis, que est inter Brom et Villampictam, priorisse et conventui monialium Pruliani, diocesis Tholosane, et ipsarum nomine, fratri Petro Duranti, ordinis Predicatorum, curam dicte domus in spiritualibus et temporalibus gerenti, sicut eam habuerunt quandoque, temporibus retroactis; hoc enim pro salute anime domini comitis Tholose bone memorie fieri voluit domina regina superius memorata. Hanc autem restitutionem sic facimus, servata et retenta in omnibus voluntate dicti domini comitis Alfonsi, comitis Tholose et domine Johanne, comitisse Tholose, uxoris sue, ita tamen quod, quandoque eis vel alteri eorum placuerit predictam forciam sive locum, cum dictis pertinentiis, recuperare, sine difficultate aliqua, restituant eis vel cui mandaverunt, priorissa et conventus superius memorati ; nam sub ista forma facimus restitutionem jamdictam de voluntate et assensu expresso domine regine supradicte.

Acta fuerunt hec ita Tholose, in castro Narbonensi, IIII die introitus mensis aprilis, regnante Lodovico Francorum rege, et eodem domino Alfonso, Tholosano comite, et Raimundo episcopo, anno M°CC°L° ab Incarnatione Domini.

Testes presentes interfuerunt ad hoc vocati et rogati : dominus R., episcopus Tholosanus, et R., prepositus S. Stephani Tholose, et Raimundus de Dalbs, et Stephanus Caraborda, et Poncius Berengarius, qui erant de consulibus Tholose, et Bernardus Guilabertus et Bonusmancipius Maurandi, et magister Guillelmus de Punctis, et ego, Bernardus Aimerici, publicus notarius Tholose, qui hanc cartam scripsi.

Imprimé : dom Vaissète, *Hist. du Languedoc* (éd. Molinier), t. VII, p. 1271.

355-356 Laurac, 26 mai 1256.

Jean de Senantis, châtelain de Laurac, ordonne à Raymond Vasconis, son lieutenant à Montréal, de faire restituer au monastère tous les biens qui avaient pu lui être enlevés dans le dimaire de S. Julien de Bram.

Johannes de Sena n tis, castellanus de Lauraco, dilecto nostro [1] *Raymundo Vasconis, tenenti locum nostrum in castro de Besplas, salutem et dilectionem.* Noveritis nos literatam (*sic*) domini senescalli recepisse sub hac forma :

1. Ms : *suo viro.*

356 *Lavaur, lundi après la Purification février 1256* [1].

Hugues d'Arcis, sénéchal de Toulouse, ordonne au châtelain de Laurac, en vertu des instructions d'Alphonse, comte de Toulouse, de mettre le monastère en possession de tous les biens qu'il avait du temps de Simon de Montfort.

« *Hugo de Arcisio, miles, senescallus Tholosae, dilecto suo Johanni de Senatis, castellano de Lauraco, salutem et dilectionem.* Noveritis quod nos habemus a domino nostro comite specialiter in mandatis ut domum B. Mariae de Pruliano teneamus et ab aliis suis subditis teneri faciamus in eadem saysina tam possessionum quam rerum suarum, in qua erat tempore bonae memoriae domini Simonis, quondam comitis Montisfortis, ipsamque domum, cum omnibus bonis, ab injustis gravaminibus et molestiis defendamus, prout ordo dictaverit rationis; et si quid contra justitiam a suis subditis extortum fuerit, ab eisdem [2] illud restitui faciamus, justitia mediante. Quocirca, praecipiendo mandamus quatenus mandatum super hoc nobis factum, viriliter, cum locus se obtulerit, exequamini loco nostri. Datum apud Vaurum, die lunae post festum Purificationis B. Mariae, anno Domini millesimo, ducentesimo, quinquagesimo quinto. »

Ideoque praecipiendo vobis mandamus quatenus priorem de Pruliano mittatis in possessionem omnium quae tempore domini Simonis, comitis Montisfortis, predicta domus tenuit et habuit in decimario S. Juliani de Brom. Datum apud Lauracum, septimo kalendas junii, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 103.

357 Prouille, 25 avril 1265.

Raymond, évêque de Toulouse, étant à Prouille le jour de la Saint-Marc, donne au monastère l'église de Saint-Sernin de la Ilhe, située près de Fanjeaux.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, frater Raymundus, permissione divina Tholosanus episcopus, salutem et sinceram in Domino caritatem. Noverit universitas vestra, quod nos, attendentes vitam et honestatem priorissae et sororum monasterii de Pruliano, Tholosanae diocesis, ac ipsarum indigentiam advertentes, intuitu pietatis, pro remedio animae nostrae ac praedecessorum necnon etiam et successorum nostrorum, concedimus atque damus eisdem priorissae, sororibus et monasterio irrevocabiliter ecclesiam Sancti Saturnini de Insula, sitam prope castrum Fanijovis, cum omnibus juribus et pertinentiis ad eam spectantibus, et cum omni jure, jurisdictione, cathedratico, visitatione, procuratione ac aliis omnibus juribus, sive spiritualibus sive temporalibus, quae ad nos et ecclesiam nostram in dicta ecclesia pertinent vel pertinere possent, tam ex lege jurisdictionis quam ex lege diocesana vel quocumque alio modo, ab eis et dicto monasterio tenendam et in perpetuum possidendam, nullam portionem nec aliquid aliud in ipsa nobis vel successoribus nostris de caetero reservantes, cum annui fructus et redditus dictae ecclesiae

1. Ancien style; en réalité 1256. — 2. Ms : *eadem*.

sint adeo tenues et exiles, quod summam viginti librarum turon. non excedant ; ita tamen quod dicta ecclesia debitis obsequiis non fraudetur. Datum apud Prulianum, in festo sancti Marchi evangelistae, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 129.

358 Toulouse, le 14 août 1268.

Frère Raymond du Fauga, des Frères Prêcheurs, évêque de Toulouse, ordonne à Arnaud *de Fraxino* de mettre le monastère de Prouille en possession du dîmaire de la Ilhe.

Frater Raimundus, permissione divina Tholosanus episcopus, in Christo dilecto magistro Arnaldo de Fraxino, salutem in Domino sempiternam. Mandamus vobis firmiter et rogamus quatenus priorem et domum de Pruliano mittatis in plenam possessionem illius decimarii de Insula, prope Fanumjovis, quod eis per sententiam judicastis. De fructibus autem illius decimarii supradicti, perceptis et percipiendis in hoc anno, ordinabitis prout vobis videbitur expedire. Ratum et firmum habemus quidquid per vos ordinatum seu actum fuerit in premissis. Datum Tholose in vigilia Assumptionis B. Virginis, anno Domini M°CC°LXVIII.

Copie : Bibl. Nat. Ms. français 8671, f. 120.

*** 359** 1267.

Arnaud d'Alzonne vend au monastère de Prouille un casal et un domaine sis à Bram.

(Papiers Rouhart.)

*** 360** 1267.

Raymond Marie vend au monastère de Prouille une maison et une yère sises à Bram.

(Papiers Rouhart.)

IX. LA CAPLADE

361 25 février 1214.

Odes Judeus, seigneur de la Caplade, donne à S. Dominique et au couvent un lieu à bâtir en face du four de la Caplade.

Notum sit omnibus hominibus hec audientibus, quod ego, Odes Judeus, dominus terre Caplate, per me et per omnes successores meos, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, in perpetuum dono et trado, sine omni retentu, pro anima matris mee et pro anima mea, ecclesie Sancte Marie de Prolano et Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus inde presentibus et futuris, quoddam locale ad edificandum, ante furnum de terra Caplada, cum introitu et exitu ejus, sicut dividitur et bodulatur et vobis ostenditur a terra usque ad celum; et hoc locale predictum affrontat se ab oriente in domo dels Olibas, a meridie in domo Guillelmi Guiffre juvenis, a circio in via publica, ab aquilone in domo furni; totum istud predictum locale, sicut a prefatis affrontationibus includitur, sicut predictum est, in perpetuum dono et trado, sine omni retentu, pro anima matris mee et pro anima mei ipsius, ecclesie Sancte Marie de Prolano pro elemosina, et Dominico, Oxomensis canonico, et cunctis fratribus et sororibus, inde presentibus et futuris, ad suam noticiam; et, cum ista presenti carta semper illis et suis valitura, in bonam et firmam possessionem omnes fratres et sorores, presentes et futuros, inde semper mito, sine omni retentu ad sui noticiam et ad suam voluntatem semper faciendam. Et ego ero illis et suis inde semper bonus guirens de totis amparatoribus bona fide et sine omni dolo.

Testes hujus rei sunt: frater domini Odes, magister Paganus, Guillelmus Arnaldi Gibolevi, Guillelmus Aimerici, frater Rotbertus, Guillelmus Papavi. Facta carta ista v^a kalendas marcii, feria IIII^a ab incarnatione Christi M°CC°XIII, regnante Philipo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco, in solerio qui fuit della Faïs, scripsit.

Original : Archives de l'Ordre à Rome.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique,* t. I, p. 436.

362 Villasavary, le 29 janvier 1315.

Pierre de Bram reconnaît tenir en emphytéose du monastère une terre sise au dîmaire de Saint-Pierre de la Caplade, vendue au couvent par Guillaume de Durfort.

Anno Domini M°CCC°XV, IIII° kalendas febroarii, regnante Ludovico, rege Francorum et Navare, noverint universi quod Petrus de Bromio, filius condam Arnaldi de Bromio, de Villario, gratis pro se et suis, recognovit fratri Ramundo Sartre, procuratori monasterii Beate Marie de Pruliano, se tenere in emphiteossim de cetero a dicto monasterio, ex venditione per Guillermum Petri de Duroforti, domicellum castri Fanijovis, facta, quandam petiam terre pro quarta parte dominii dicto monasterio pertinente, pro indivisso cum dicto monasterio, scitam in decimario Sancti Petri Terre Clapate, loco vocato *ad Agales* ; et affrontatur ab altano et a circio in tenentia Durandi Raditoris, ad servicia unius oboli turon. censualis solvenda dicto monasterio vel suis, quolibet anno in festo Natalis Domini, que quidem servicia supradicta idem Petrus de Bromio solvere promissit pro se et suis, annuatim in perpetuum, predicto monasterio vel ejus procuratoribus, ut supra dictum est, et alia jura et deveria quandocumque ibi evenerint. Actum fuit hoc apud Villarium, in presentia et testimonio fratri (*sic*) Ramundi Trila, Ramundi Rozaldi, de Fanojove, et mei, Arnaldi Belazer, publici notarii castri Villarii pro illustrissimo domino rege predicto, qui hanc cartam scripsi et meo signo consignavi ; et in nona linea a prima computanda, suprascripsi *fratri*. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 371.

363 Villasavary, 29 janvier 1315.

Même déclaration d'Etienne Brezet, de Villasavary.

Anno Domini M°CCC°XV°, IIII° kalendas febroarii, regnante Ludovico, rege Francorum et Navare, noverint universi quod Stephanus Brezeti, de Villario, gratis pro se et suis, recognovit fratri Ramundo Sartoris, procuratoris monasterii Beate Marie de Pruliano, se tenere in emphiteossim de cetero a dicto monasterio, ex venditione per Guillermum Petri de Duroforti, domicellum castri Fanijovis, facta, quandam petiam terre pro medietate dominii dicto monasterio pertinente, pro indivisso cum Miro de Campolongo et Amelio de Campolongo, domicellis castri Lauriaci, scitam in decimario Sancti Petri Terre Clapate, loco vocato a *Masabrac* ; et affrontatur ab altano in tenentia Guillermi Brezeti et a circio in tenentia Petri Brezeti, ad servicia medietatis unius oboli turon. censuali solvenda dicto monasterio, quolibet anno in festo Natalis Domini, que quidem servicia supradicta idem Stephanus Brezeti solvere promissit, pro se et suis, annuatim in perpetuum, predicto monasterio vel ejus procuratoribus, ut supra dictum est, et alia jura et deveria quandocunque ibi evenerint. Actum fuit hoc apud Villarium, in presencia et testimonio fratri[s] Ramundi Trila et Ramundi Rozaldi, de Fanojove, et mei, Arnaldi Belazer, publici notarii castri Villarii pro illustrissimo domino rege predicto, qui hanc cartam scripsi et meo signo consignavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 371.

364 Villasavary, 29 janvier 1315.

Même déclaration de Guillaume Brezet.

Anno Domini M°CCC°XV°, IIII° kalendas febroarii, regnante Ludovico, rege Francorum et Navare, noverint universi quod Guillermus Brezeti, filius condam Ramundi Brezeti, de Villario, gratis pro se et suis recognovit fratri Ramundo Sartoris, procuratori monasterii Beate Marie de Pruliano, se tenere in emphiteosim de cetero a dicto monasterio, ex venditione per Guillermum Petri de Duroforti, domicellum castri Fanijovis, facta, quandam peciam terre pro medietate dominii dicto monasterio pertinente pro indivisso cum Miro de Campolongo et Amelio de Campolongo, domicellis castri Lauriaci, scitam in decimario Sancti Petri Terre Clapate, loco dicto *a Masabrac ;* et affrontatur ab altano in riparia et a circio in molendino aque et in riparia, ad servicium medietatis duorum denariorum turon. censualium solvendum dicto monasterio, quolibet anno in festo Natalis Domini ; que quidem servicia supradicta idem Guillermus Brezeti solvere promisit pro se et suis, annuatim in perpetuum, predicto monasterio vel ejus procuratoribus, ut supra dictum est, et alia jura et deveria, quandocunque ibi evenerint. Actum fuit hoc apud Villarium, in presencia et testimonio fratri[s] Ramundi Trila et Ramundi Rozaldi, de Fanojove, et mei, Arnaldi Belazer, publici notarii castri Villarii pro illustrissimo domino rege predicto, qui hanc cartam scripsi et meo signo consignavi; et in secunda linea a prima computanda, razi et sub razura scripsi *Ramundi.* (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 371 [1].

---

1. Les actes 362-364 sont écrits sur la même pièce de parchemin.

X. FENOUILLET, FONTLOUBANE, FONTAZELLES,

LA VEZOLE ET HONOUS

365 9 février 1212.

Usalguier et Raines, son frère, donnent au monastère toutes leurs possessions sises sur le territoire de Fenouillet, en Razès.

Notum sit omnibus hoc audientibus, quod ego, Usalguerius de Fenoleto, et ego, Raines, frater ejus, et simul ambo, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, per nos et per omnes successores nostros, damus et concedimus et tradimus, sine omni nostro nostrorumque retentu, Domino Deo et Beatae Mariae de Pruliano et omnibus monialibus ibidem nunc et in perpetuum commorantibus, et ibi Deo et Sanctae Mariae servientibus et semper permanentibus, pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, totum quidquid habemus vel habere debemus in territorio de Fenoleto et in terminis ejus, in terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, nemoribus et hominibus, et omnia, quae, alio jure, nobis contingunt vel contingere possunt, in praedicto territorio, ut habeant et teneant et semper possideant, ad omnem suam voluntatem faciendam, dictum territorium quod situm est in Narbonensi diocesi, in terra Redesii, et concluditur inter territorium de Fontazellis et territorium de Onelio [1]. Et nos erimus inde semper boni guirentes bona fide. Testes hujus rei sunt Pontius capellanus, Raimundus Garda, magister Paganus, Ysarnus Bola, Petrus Boer ii˙. Facta est carta ista v° idus februarii, feria quinta, anno ab incarnatione Christi MCCXI, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauraco scripsit.

Copie : *Histoire manuscrite de Prouille*, par le P. Cambefort, p. 45.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 277.

---

1. Sans doute pour *Onosio* (Honous).

366 Fanjeaux, 27 avril 1212.

Ulsaguier et son frère Raines donnent à S. Dominique et au monastère leur villa de Fenouillet, dans le Razès. Foulques évêque de Toulouse, confirme cette donation.

Noverint universi quod nos, Usalguerius et Raines de Fenoleto, fratres, damus, bono animo et spontanea voluntate concedimus, in redemptionem animarum nostrarum, priorissae et monialibus noviter conversis monitis et exemplis fratris Dominici Oxomensis sociorumque, habitantibus nunc et in perpetuum in castro Fanijovis et in ecclesia Beatae Mariae de Pruliano, Tolosanae diocesis, villam nostram de Fenoleto, Narbonensis diocesis, in Redesio, intus et extra, cum terris cultis et incultis, agris, pascuis, nemoribus et omnibus juribus et pertinentiis suis, jure perpetuo integre possidendam, et dictas priorissam et moniales et, per ipsas et nomine earum, fratrem Dominicum et fratrem Guillelmum Clareti, cum traditione presentis chartae, in possessionem dictae villae mittimus corporalem.

Actum est hoc, anno incarnationis MCCXII, v° kalendas maii, in castro Fanijovis, in presentia venerabilis patris nostri, Fulconis, episcopi Tolosani, et domini B. de Duroforti et domini P. de Tonnenx et domini Isarni de Pruliano et Arnaldi Sancii, qui hanc chartam scripsit, precibus supradictorum.

Et nos F., Dei permissione Tolosanus episcopus, precibus predictorum Usalguerii et Rainis, presentem chartam, in testimonium supradictae piae donationis, sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Imprimé : Balme, *Cartul. de S. Dominique*, t. I, p. 299.

367 Toulouse, 8 octobre 1239.

Raymond du Fauga, de l'ordre des Prêcheurs, évêque de Toulouse, donne à Prouille les dîmes et prémices de Gratalause, Laserre, Radel et Tonneins près Fenouillet.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, sit cunctis manifestum indubitatumque futuris quod nos, Raymundus, divina permissione Tholosanus episcopus, donamus et concedimus in perpetuum, pro nobis et pro omnibus successoribus nostris et pro toto conventu ecclesie Tholosane, domui de Pruliano et dominabus sororibus ibidem perpetuo degentibus, et tibi, fratri Raymundo, priori ejusdem domus, pro dicta domo et sororibus supradictis, omnes decimas et primitias qualescumque habemus vel aliquo jure vel racione habere debemus, nomine episcopatus Tholosani, in terris et possessionibus seu aliis rebus atque personis, in decimariis de Gratalausa, et de la Serra et de Radel et de Tonenchis, dantes et concedentes tibi, dicto priori, et successoribus tuis plenariam potestatem agendi et petendi omnes supradictas decimas et primitias, nomine dicte domus, facientes et constituentes te, dictum priorem, dominum et procuratorem in rem tuam, pro dicta domo et sororibus supradictis. Hanc autem donationem et concessionem perpetuo valituram fecimus Tholose, in camera nostra, octavo idus octobris, anno Domini M°CC°XXXIX°. In cujus rei testimonium, presentes literas sigillo nostro duximus roborandas.

Imprimé : Jean de Réchac. *Vie de S. Dominique*, I, p. 205.

368 Narbonne, 22 juin 1252.

Sentence arbitrale rendue par Pierre de Poaleriis, chanoine-archiprêtre de Narbonne, et Pierre Durand, des Frères Prêcheurs, dans le différend entre l'archevêque de Narbonne et le monastère de Prouille, au sujet des dîmes de Limoux, Taix, Tonneins, Lasserre, Gratelauze, Brazilhac, Fontazelles, Fenouillet, le moulin de Flassan, près Limoux, les héritages de Guillaume Barrau et de Guillaume de Durfort.

In anno Nativitatis Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, regnante rege Ludovico, decimo kalendas julii, pateat universis, tam praesentibus quam futuris, quod, cum controversiae essent inter venerabilem patrem, dominum G., Dei gratia Narbonensem archiepiscopum, ex parte una, et Raymundum, priorem, et Gaillardam, priorissam, totumque conventum monasterii de Pruliano, diocesis Tholosanae, ex altera, tam super ecclesiis et decimis de Limoso, Taxo, Tonenchis, Serra, Gratalausa Brasiliaco, Fontazellis et Fenolleto, quam super molendino quod, nomine dicti monasterii, edifficabatur in flumine Atacis, in loco ubi dicitur *Flassianum*, necnon et super haereditate quondam Guillelmi Barravi, notarii de Limoso, et super quadam haereditate quondam Guillelmi de Duroforti, quae est apud castrum de Alagnano, quam etiam super omnibus quaestionibus et quaerelis quae inter partes easdem motae sunt vel moveri possent qualitercumque, usque in praesentem diem, de his omnibus compromiserunt in Petrum de Poaleriis, canonicum et archipresbiterum Narbonensem, et fratrem Petrum Duranti, ordinis Praedicatorum, promittentes, sub poena centum marcharum argenti, solempni stipulatione invicem interposita, se facturos et observaturos in perpetuum quidquid dicti duo arbitri seu arbitratores, de plano et sine omni strepitu judicii, causa cognita vel non cognita, simul vel separatim, partibus praesentibus vel absentibus aut etiam contradicentibus, dicent, statuent, diffinient vel ordinabunt, jure vel voluntate. Dicti vero arbitri seu arbitratores, visis et auditis ac intellectis petitionibus, responsionibus, juribus et rationibus utriusque partis, praedictas controversias terminaverunt hoc modo :

in primis, ordinaverunt, statuerunt seu voluerunt quod ecclesia de Tonenchis et decimae territoriorum de Tonenchis, de Serra, de Gratalausa et de Cassainhola, sicut inferius affrontabuntur et terminabuntur, sint memorati domini archiepiscopi et successorum suorum in perpetuum. Terminatio autem et confrontatio decimalis de Tonenchis, de Braziliaco et de Fontazellis de coetero sine quaestione erit sicut inferius continetur, videlicet ad collem qui dicitur *de Peraitolo*, est conterminatio decimalium Sancti Stephani de Tonenchis, et Sancti Petri de Rebentino, et Sanctae Mariae de Pruliano, in strata publica qua itur a Monte Regali ad Fanumjovis, ita quod a meridie juxta ipsam stratam, est terra Petri d'en Guy, de Forcia Raimundi Ferrandi, quae terra est in decimali Sancti Stephani de Tonenchis, ab altano, juxta eandem stratam, est terra Ayroveriorum, de dicta Forcia, quae terra est in decimali Sancti Petri de Rebentino, ex parte altera ejusdem strata, ab aquilone est terra Rossellorum, et a circio terra Sancii, de Forcia eadem ; quae duae terrae sunt in decimali ecclesiae Sanctae Mariae de Pruliano ; et inde, versus Fanumjovis, strata supradicta dividit decimalia Sancti Stephani de Tonenchis, quod est a meridie, et Sanctae Mariae de Pruliano, quod est ab aquilone, usque ad terram Raymundi Marini, de Fanojovis, quae est supra ipsam stratam, prope podium Agudelli ; et inde ascendit terminatio dictorum decimalium inter dictam

terram R. Marini, quae est a circio in decimali Sanctae Mariae de Pruliano, et terram Guillelmi Assalliti, quae est ab altano, in decimali Sancti Stephani de Tonenchis, usque ad radicem dicti podii Agudelli, quae respicit altanum, et protenditur ad semitam quae est inter terram R. Marini de Forcia, ubi dicitur *ad Garrigam*, quae terra est ab altano, in decimali Sancti Stephani de Tonenchis, et terram Guillelmi Assalliti quae est a circio, in decimali Sanctae Mariae de Pruliano ; et inde procedit dicta terminatio sicut protenditur semita memorata inter terras Pruliani, et Bernardi de Manso et Rossinholorum, quae terrae sunt a parte altani in decimali Sancti Stephani de Tonenchis, et terras Arveorum quae sunt, a parte circii, in decimali Sanctae Mariae de Pruliano, usque ad terram Marini de Serra, juxta vineas Lacimaris, via media, quae terra remanet in decimali Sancti Stephani de Tonenchis; et inde inter vineam Petri Arquerii et terram Petri Raymundi Lauri, quam tenet a domino Serre, quae vinea et terra sunt, a parte circii, in decimali Sanctae Mariae de Pruliano, et inter aliam terram ejusdem Petri Raymundi Lauri, quam tenet a Petro de Sancto Michaele, quae est, a parte altani, in decimali sancti Stephani de Tonenchis; et inde habent dividi decimalia supradicta reccho, qui est inter terram Bernardi de Brugairol, et vineam Guillelmi d'en Huc. quae terra et vinea sunt a parte aquilonis, in decimali Sanctae Mariae de Pruliano, et inter terram Freserii, de Fanojovis, et pratum domini Serre, et terram Guillelmi d'en Huc, quae terrae et quod pratum sunt a meridie in decimali Sancti Stephani de Tonenchis; et inde fit protensio decimalium sepedicta prout volvitur idem recchus versus meridiem, inter vineam Petri de Cortaulino, quae est a circio, in decimali Sanctae Mariae de Pruliano, et dictam terrram Guillelmi d'en Huc, quae est ab altano, in decimali Sancti Stephani de Tonenchis; et inde ascendit dicta terminatio usque ad stratam publicam, sicut volvitur idem recchus versus circium, inter dictam vineam de Cortaulino, quae est in decimali Sanctae Mariae, et inter tenentiam domini Serre quae est a meridie, in decimali Sancti Stephani; et inde praedicta strata publica dividit decimalia sepefata sicut protenditur usque ad aliam stratam publicam, qua itur de Serra versus Mirapiscem, ita quod a parte circii, est decimale Sanctae Mariae de Pruliano, et a parte altani est decimale Sancti Stephani de Tonenchis; inde autem dicta strata publica qua itur de Serra versus Mirapiscem, dividit decimalia memorata sicut protenditur, usque ad pratum Tamanni, quod pratum est inter Montem Bayonem et podium Carbonerium, ita quod a parte circii, est decimale Sanctae Mariae de Pruliano, et a parte altani, decimale Sancti Stephani de Tonenchis ;

inde autem strata publica prope dicta dividit decimale ecclesiae de Brasiliaco, quae est domini archiepiscopi supradicti, in diocesi Narbonensi, in Reddesio, et decimale Sanctae Mariae de Pruliano, quae est in diocesi Tholosana, sicut transit eadem strata ad pedem podii Carbonerii, inter ipsum montem, qui est ab altano, in decimali ecclesiae de Brasiliaco, et vineam Viridariorum et terras Alodiorum et Bernardi textoris torti, quae vinea et terrae sunt, a circio, in decimali Sanctae Mariae de Pruliano, et sicut protenditur ipsa strata usque ad honorem dels Brochas de Fontazellis, qui totus honor est in decimali ecclesiae de Brasiliaco; et ab eodem honore fit divisio decimalium praedictorum sicut protenditur eadem strata, inter podium Comescure, ab altano, in decimali ecclesiae de Brasiliaco, et vineam Arveorum, a circio, in decimali Sanctae Mariae de Proliano; et inde sicut protenditur ipsa strata inter vineam Guillelmi Arnaudi de Ferrando, quae est, a parte altani, in decimali ecclesiae de Brasiliaco, et vineam Guillelmi Poncii Rosaudi, quae est, a parte circii, in decimali Sanctae Mariae de Pruliano; et inde sicut protenditur ipsa strata inter vineam Guillelmi

Arnaudi de Ferrando, quae est, a parte altani, usque aliam stratam publicam, quae dicitur de *Ventafarinas*, qua scilicet itur de Fanojovis versus Limosum;

inde autem, prope dicta[m] strata[m] de *Ventafarinas* fit divisio decimalium ecclesiae de Fontazellis quae est in diocesi Narbonensi, in Reddesio, et ecclesiae de Fanojovis, quae est diocesis Tholosanae, inter campum quem vocant *Ysartum Bernardi Torti*, qui campus est, ex parte circii, in decimali ecclesiae Fanijovis et honorem domini de Fontazellis, qui honor est, a parte altani et meridiei, in decimali ecclesiae de Fontazellis; et inde protenditur ipsa divisio sicut descendit semitta Prollanesa versus Fenolletum, usque ad campum Bernardi Ati. et, remanente toto ipso campo in decimali ecclesiae de Fontazellis, descendit usque ad recchum qui dicitur *de Barta Rotunda* sive de *Rivotorto;* et inde usque ad stratam qua itur de Fontazellis versus Fanumjovis, ita quod, a parte meridiei, est decimale ecclesiae de Fontazellis, et a parte circii et aquilonis decimale ecclesiae Fanijovis; a strata vero propedicta in antea, versus castrum de Fenolleto, ejus castri ecclesia cum decimis et primiciis suis et domini archiepiscopi supradicti servetur, sicut est hactenus observatum.

Ordinaverunt etiam, statuerunt et voluerunt dicti arbitri seu arbitratores quod in praedictis territoriis de Tonenchis, de Gratalausa, de Serra, et de Cassainhola, velut superius sunt terminata et confrontata, infra quas conterminationes concluditur etiam locus ille qui dicitur *Montbayo*, memoratum monasterium Pruliani nullas decimas vel primicias petere percipere vel exigere possit, praetextu aliquorum instrumentorum. continentium terras aliquas memoratorum territoriorum esse in terminio Fanijovis; similiter, dominus archiepiscopus vel successores sui nullas decimas vel primicias petere, percipere vel exigere possint extra conterminationes praedictas, praetextu aliquorum instrumentorum continentium terras aliquas esse in terminio vel decimali Sancti Stephani de Tonenchis.

Item, dicti arbitri seu arbitratores terminaverunt, statuerunt et voluerunt, quod praedictus dominus archiepiscopus confirmet monasterio de Pruliano donationem, confirmationes et concessiones ecclesiae Sancti Martini de Limoso cum decimis et primiciis territorii de Limoso et territorii de Taxo, eidem contigui, diocesis Narbonensis, in Reddesio, et cum omnibus juribus suis et pertinentiis, factas per bonae memoriae Berengarium, Arnaldum et Petrum, quondam archiepiscopos Narbonenses, et per faelicis recordationis Conradum et Romanum, cardinales et apostolice sedis legatos, et de hac confirmatione suas patentes literas concedat priorissae seu conventui memoratis.

Item, ordinaverunt, statuerunt et voluerunt dicti arbitri seu arbitratores ut molendinum quod, nomine monasterii de Pruliano, edificabatur in flumine Athacis, in loco ubi dicitur *molinare Sancti Petri de Flassiano*, dictae moniales libere construant et edificent, juxta conditiones et pacta contenta in instrumentis exinde confectis inter monasterium Pruliani et abbatem et conventum Electensem. Censum autem annuum, scilicet duodecim sextaria frumenti et duodecim sextaria ordei, quae tenebatur dare monasterium Pruliani memoratis abbati et conventui Electensi, reddat et solvat de coetero, ex jure cesso eidem domino archiepiscopo a dictis abbate et conventu Electensi. ex causa permutationis factae inter ipsos, in festo Beatae Mariae de augusto, idem monasterium Pruliani domino archiepiscopo supradicto et successoribus suis; et ultra, sex sextaria ordei, ratione paxeriae ac rippae a parte Marcellani concessae de novo ab ipso domino archiepiscopo eidem monasterio Pruliano, ita quod, pro censu annuo dicti molendini, memoratum monasterium Pruliani

solvat et reddat, annis singulis, domino archiepiscopo et successoribus suis, in festo praedicto, apud Limosum, decem et octo sextaria ordei boni et pulcri, et duodecim sextaria frumenti boni et pulcri, ad rectam mensuram Limosi. Dictum autem molendinum tenebit in emphiteosim de coetero monasterium Pruliani a dicto domino archiepiscopo et successoribus suis, nec ipsum poterit alienare vel distrahere, sine consilio et assensu domini archiepiscopi et successorum suorum, laudimio et foriscapio eis salvo. Paxeriam autem dicti molendini possit monasterium Pruliani libere ponere, transponere, aedifficare ubi voluerit per totam ipsam aquam, et per totam rippam a parte Marcellani; dominus autem archiepiscopus faciat dictis monialibus, si voluerit, instrumentum concessionis in emphiteosim, juxta conditiones praedictas.

Item, ordinaverunt, statuerunt, et voluerunt dicti arbitri seu arbitratores quod monasterium Pruliani habeat et retineat libere totum illud quod Guillelmus Barravi, quondam notarius Limosi, emit in podio de Adynauta, videlicet omnes tenentias haeremas et condirectas de podio de Adynauta, sicut aqua vertitur sive stillat apud Bayart, et omnes combas de Bayart, scilicet a vinea Raymundi Escuderii et ejus fratris Bernardi ad census; illud autem quod dictus Guillelmus Barravi habebat in dicto podio de Adynauta, sicut aqua vertitur sive stillat versus decimale de Vallusio, sit domini archiepiscopi Narbonensis, prout dictus Guillelmus Barravi dimisit eidem in suo ultimo testamento.

Item, de haereditate Guillelmi de Duroforti, quam habebat apud Alagnanum, ordinaverunt, statuerunt et voluerunt dicti arbitri seu arbitratores quod sit in voluntate et in bona misericordia domini archiepiscopi si velit dictis monialibus aliquam elemosinam inde facere, sed non possit ad hoc compelli invitus. Acta sunt haec apud Narbonam, in domo archipraesbiteri Narbonensis, in praesentia et testimonio fratris Helie, prioris fratrum Praedicatorum Narbonae, Ademarii de Securio, et Aymerici de Leone, fratrum ejusdem ordinis, Guillelmi Petri, officialis Narbonae, magistri Stephani de Porta, jurisperiti, Ruthenensis diocesis, Petri Raymundi Bedocii, vicarii, et Bernardi de Crosis, scriptoris curiae domini archiepiscopi Narbonae, Guillelmi Augerii, Ermengaudi de Transvilla, Raymundi, scriptoris, et Stephani Recordi, clericorum.

Postea vero, anno et rege regnante quo supra, octavo kalendas julii, nos, prior et priorissa et conventus de Pruliano, superius memorati, universa et singula supradicta grata et accepta habentes, laudantes et liberaliter approbantes, per nos et successores nostros, promittimus firma et inconcussa tenere, servare perpetuo et implere, instrumento praesenti sigilla nostra mandantes appendi, in testimonium et firmitatem omnium praedictorum. Actum est hoc in ecclesia Beatae Mariae de Pruliano, in praesentia et testimonio Petri Uthbaldi de Garmasia, Egidii de Belvezer et Petri Miri de Brasiliaco, capellanorum, et Guillelmi Sedelli de Fontazellis capellani, Guillelmi Siguari, militis de Rocafera, Hugonis de Alagnano, bajuli domini archiepiscopi, Guillelmi Augerii, notarii, Arnaldi Vedelli, et Arnaldi de Dia, Guillelmi Boneti, Petri de Burlacio, Raymundi Fureti, Dominici Fabri, Petri de Babono, Guillelmi Siccredi et Petri Carpentini, fratrum seu conversorum ordinis Praedicatorum.

Postmodum autem, anno Domini et rege regnante quo supra, nono kalendas augusti, nos G., Narbonensis archiepiscopus supradictus, omnia supradicta et singula grata et accepta habentes, laudantes et liberaliter approbantes, per nos et successores nostros, promittimus firma et inconcussa tenere, servare perpetuo et implere, in robur et testimonium omnium praedictorum, praesenti publico instrumento sigillum, nostrum mandantes appendi. Actum est hoc in porticu palacii domini archiepiscopi memorati, in praesentia

et testimonio Guiraudi de Narbona, sacristae minoris Sancti Pauli, Petri de Villalonga et Petri de Ferralibus, jurisperitorum, Guillelmi de Vidiliano, capellani de Oviliano, et fratris Guillelmi de Mesino, ordinis Praedicatorum.

Volumus autem et concorditer convenimus nos, archiepiscopus, prior et priorissa conventusque praedicti, quod si nostra sigilla huic publico instrumento appensa, casu aliquo viciarentur vel etiam frangerentur, praesens instrumentum nihilominus obtineat firmitatem.

Ego vero, Stephanus Rainaudi, pro domino archiepiscopo Narbonensi notarius, qui omnibus interfui supradictis, de mandato utriusque partis, haec omnia scripsi.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 95.

369 28 mars 1267.

Raymond Isarn, de Fanjeaux, vend au monastère toutes ses possessions à Fontloubane.

Anno Incarnationis dominice millesimo CC°LX° septimo, v kalendas aprilis, rege Ludovico regnante, testimonio hujus presentis publici instrumenti sit notum et manifestum omnibus universis et singulis, tam presentibus quam futuris, quod ego, Ramundus Ysarni, dictus *de Monte-Olivo*, de castro Fanijovis, per me et omnes meos heredes et successores, presentes et futuros, non utique circumventus in aliquo nec inductus ad hoc dolo aut vi vel suggestione alicujus persone, sed mea propria ac spontanea voluntate, absque omni meo meorumque unquam retentu et exceptione, quam non facio nec excogito ibi, vendo et titulo firme, mere, pure, simplicis et irrevocabilis vendicionis trado nunc et imperpetuum sorori Blanque de Aniorto, priorisse nunc monasterii Beate Marie de Prolhano, ordinis Predicatorum, et toti conventui ejusdem monasterii, presenti vel futuro, nunc absenti, et vobis, fratri Petro Regis, dicti ordinis, priori dicti monasterii, presenti, pro ipsis et earum nomine atque utilitate et dicti monasterii et vestrorum omnium successorum solempniter stipulanti et recipienti, universum jus meum et totum quicquid juris vel rationis habeo et habere debeo, aliquo modo, vel ego et antecessores mei visi sumus unquam habere et tenere, vel aliquis pro nobis et nomine nostro in omnibus illis terris, contentis infra limitationes infrascriptas, heremis atque cultis, et sitis in terminio dicti castri, in loco vocato *a Font Lobana*, vel contra detinentes aliquid in dictis terris liberis et immunibus penitus ab omni alia obligatione, dominio et inquietatione, et laudimia, foriscapia, jurisdictionem et senhorium et quicquid aliud juris vel rationis vel dominii, ut dictum est, michi pertinet vel pertinere debet aliquathenus in dictis terris vel pro ipsis et contra detinentes aliquid ibidem supradictorum. Que confrontantur ab altano in via, et a circio similiter in via, a meridie in rivali de Fonte Lobana et aquilone in rivali de Fonte Laufredo. Jamdictas terras omnes, comprehensas infra dictas limitationes et si quos alios habent vel debent habere confines seu confrontationes, et universum jus meum et dominium, ut predictum est, nunc vobis, predictis omnibus, et dicto monasterio vendo et trado et de meo omni proprio jure et proprietate inde me et meos penitus evacuans et exuens, in vestrum proprium jus et proprietatem atque dominium et dicti monasterii semper transfero et transpono, et vos investio et in plenam, integram ac corporalem possessionem juris et facti, hodie et deinceps, cum hoc presenti publico instrumento, vobis et

vestris successoribus et priorisse et conventui ac dicto monasterio supradictis perhenniter profuturo et valituro, vos immitto irrevocabiliter et constituo sine fine; et hoc, precio octingentorum solidorum tolos. bonorum et percurrentium, quos a vobis, dicto domino priore, nomine quo supra, bene et plene habui et recepi, de quibus et de predicta vendicione per vos paccatum me teneo pariter et contentum, renuncians omni exceptioni non solute et non accepte et non numerate peccunie, et doli mali et in factum, et hanc predictam vendicionem facio vobis pure et sine omni condicione, ut predicitur, et cui seu quibus volueritis donare, dimittere, vendere, impignorare vel aliter qualicunque modo transferre vel alienare, et pro omnibus vestris voluntatibus faciendis, omni tempore. Ideoque, ab hac die in anthea, teneatis predicta omnia et habeatis, titulo predicte emptionis a vobis facte, omnemque vestram voluntatem in eis et ex eis, sine meo et cujuscunque reblandimento, ut de vestro proprio et dominicato, qualicunque modo vobis deinceps placeat, semper faciatis et dicatis; nam omnia jura, excepciones, oppositiones, nomina et voces et actiones omnes meas mixtas, prethorias et civiles, utiles et directas, et alias quascunque, michi vel meis competentes et competituras, adversus quaslibet personas, in predictis et pro predictis, nunc vobis cedo et in vos et dictum monasterium et suos ipsas transfero et transpono, et vos et successores vestros, priorissam et conventum ac monasterium supradictos in predictas veros dominos et procuratores constituo ut in rem vestram, in locum meum atque jus totaliter vos ponendo. Verumtamen, si forte hec predicta vendicio aliquid amplius valet vel de cetero valuerit, ultra prefinitum precium, illud totum, quicquid sit et quamtumcunque, cum plena et irrevocabili donatione, facta inter vivos, certioratus super hoc bene et consulte de ipsa magis valencia tam de jure pariter quam de facto, dono liberaliter et remitto in perpetuum Domino Deo nostro Omnipotenti et Beate Marie Virgini, matri ejus, et omnibus sanctis et dicto monasterio et suis et vobis, predicto domino priori, nomine quo supra stipulanti, amore ipsius Dei et pietatis intuitu ac elemosine, ac devota mente et libera ad hoc adductus, renuncians insuper omni legi, omni jure, tam canonico quam civili, omni consuetudini et specialiter illi legi per quam donatio ex causa ingratitudinis vel aliis causis potest revocari, et alteri legi que dicit venditorem deceptum ultra dimidiam justi precii, posse rem venditam petere vel agere ad justi precii supplementum, et omni alii juri per quod possem juvari ad infringendum predicta vel aliquid predictorum vel vobis possem nocere, vel cui expresse me renunciare opporteret, vel de quo certam et expressam opporteret fieri mentionem, asserens et promittens, bona fide, quod nunquam feci vel faciam nec fieri vel dici consentiam quo minus predicta firma permaneant et plenam vobis obtineant firmitatem. Preterea super omnia bona mea et jura ubique, mobilia et immobilia, per me et meos, teneor et promitto vobis et dicto monasterio de predictis facere bonam et firmam guirentiam, perpetuam et legalem, ab omnibus amparatoribus, turbatoribus vel ablatoribus vel amparare vel contradicere volentibus, et juris evictione sine dolo. Hujus rey testes sunt fratres ordinis Predicatorum, Petrus de Basato, Guillermus de Mesi et Petrus Barravi, presbiteri, Bernardus de Pod[i]o, Geraldus de Podio, procuratores dicti monasterii, Ramundus Johannis, majordiebus, et Jacobus Fureti, layci, Poncius de Villario, Ysarnus Serviens, Ramundus de Turribus et ego, Guillermus Nuncius, publicus notarius in dicto castro Fanijovis pro domino Alphonso, comite Tholosano, qui hanc cartam scripsi et signo meo consignavi.

COPIE : Archives de l'Aude, H, 373 (écriture du XVI[e] siècle.)

370 Alaigne, 19 août 1278.

Pierre de Montbrun, archevêque de Narbonne, donne au monastère de Prouille l'église de Fontazelles et les chapelles de Saint-Martin et de Saint-André à Fenouillet et Fontazelles, dans le Razès et le diocèse de Narbonne.

In nomine Domini, amen. Quoniam illos qui corpore diu noctuque laborantes, cultui divino se totaliter mancipantur, favore debemus prosequi speciali, ideo nos, Petrus, miseratione divina sancte Narbonensis ecclesie archiepiscopus, attendentes quamplurima charitatis opera, que in monasterio B. Marie de Pruliano, Tholosane diocesis, olim a Beato Dominico constructo, continuo exercentur, sicut relatu multorum fidedignorum audivimus frequenter et nos etiam experimento didicimus, dictorum bonorum operum participes effici cupientes, in remissionem nostrorum predecessorum et nostrorum peccaminum, gratis et spontanea voluntate, pro nobis et successoribus nostris, damus et conferimus et in puram ac perpetuam etiam eleemosynam assignamus prefato monasterio de Pruliano, priorisse et conventui sororum inclusarum monasterii ejusdem, sub cura fratrum ordinis Predicatorum ibidem degentium, ⌜et priori⌟ vice ac nomine predictorum priorisse et conventus recipienti, ecclesiam S. Andree de Fontazellis et de Fenolleto, sitam in Reddesio, in diocesi Narbonensi, cum capellis S. Martini et S. Andree, que in eisdem castris seu villis existunt, cum decimis, primitiis et omnibus aliis juribus, proventibus et pertinentiis ad nos vel ad dictam ecclesiam seu ad capellas, de jure vel de consuetudine, pertinentibus et pertinere debentibus, ita quod, cedente vel decedente Arnaldo Aycii, rectore nunc ecclesie predicte, ecclesia predicta omnino cadat vel transeat in usus vestros ac monasterii supradicti, congrua tamen vicarii perpetui ad praesentationem nostram per nos et successores nostros ibidem instituendi, sustentatione reservata, ejus vicario ad sui provisionem, et ut inde episcopalia jura possit et debeat persolvere et alia onera omnia supportare, que hactenus rectores ecclesie ejusdem facere et prestare consueverint et facere etiam tenebantur de redditibus seu proventibus ecclesie ejusdem, priusquam de decimario dicte ecclesie extrahantur, quinque modios bladi, duos scilicet frumenti et tres ordei, et quinque modios vini puri aut quadraginta saumatas vindemie, prout de decimario dicte ecclesie communiter[1], si hoc magis idem vicarius duxerit eligendum, mortalagium insuper cum carnalagio et his quae nomina carnalagii in Redesio vulgariter nuncupantur et censentur, et oblationes altarium ecclesie seu capellarum assignamus; quibus exceptis, ceteri omnes fructus ac proventus ac totum illud quod nos vel rectores ecclesie predicte ibidem antea temporaliter tenebamus, ad dictum monasterium pertineant et pertinere debeant, pleno jure, ad suam suorumque voluntatem nunc et in perpetuum faciendam.

Si vero predicte vini et bladi quantitates de redditibus seu proventibus ecclesie prefate non possent, casu aliquo, provenire, aliunde de bonis monasterii dicti vicarii, preter presentationem, quam ad nos semper volumus pertinere, ac ceteris juribus episcopalibus nobis et successoribus nostris integraliter reservatis in ipsis ecclesia et capellis, ad prestandas juxta premissam ordinationem per vicarium memoratum ////. Et ut predicta donatio dicto monasterio perpetua maneat firmitate subnixa, nos, archiepiscopus

1. Le copiste à omis le verbe de cette phrase ; mais le sens en reste assez clair pour qu'on puisse suppléer le mot oublié.

praedictus, promittimus vobis, fratri Arnaldo praedicto, priori de Pruliano, quod dictam donationem laudari et approbari faciemus per capitulum Narbonense. Facta fuit haec donatio apud Alanhanum, in Redesio, anno Nativitatis Christi M°CC°LXXVIII°, Philippo, Francorum rege, regnante, videlicet xv calendas decembris, in presentia et testimonio magistri Raymundi de Pellano, archidiaconi Redesii in ecclesia Narbonensi, magistri Guillelmi Barravi, archidiaconi Agathensis, domini Rogerii de Duroforti, militis, magistri Arnaldi de Conchis, fratris Raymundi Barravi, fratris Bernardi de Pinu, ordinis Praedicatorum, magistri Raymundi de Aladerno, archipresbyteri de Reddesio inferiori, magistri Petri Garini, notarii de Fanojovis, Joannis de Deo, rectoris ecclesie de Traussano, magistri Guillelmi de Villarubea, rectoris de Villasicca, Aymerici de Amiliano, sub quorum testimoniis et presentia, prefatus archiepiscopus omnia jura in dicta ecclesia archidiacono et archipresbytero Reddensibus de jure vel de consuetudine spectantia, solvenda per vicarium sepefate ecclesie deseruit, et magistri de Muroveteri, publici domini archiepiscopi Narbonensis notarii, qui predictis omnibus interfui et de mandato prenominati domini archiepiscopi, predicta scripsi et ad requisitionem prefati prioris de Pruliano, in formam publicam redegi, et meum signum posui consuetum. Ad majorem autem predictorum firmitatem, et ut major fides de prescriptis et plenior habeatur, nos, prefatus archiepiscopus, huic publico instrumento nostrum sigillum appendi jussimus et apponi.

Copie : Bibl. Nat., Ms. fr. 8671, f° 125.

371 Narbonne, 18 décembre 1278.

Le chapitre de Narbonne approuve la donation des églises de Fontazelles et de Fenouillet, faite par l'archevêque Pierre de Montbrun, au monastère de Prouille.

Noverint universi praesentes literas inspecturi, quod nos, capitulum Narbonense, videlicet Petrus Raymundi archidiaconus Narbonensis, magister Guillelmus Folquerii, archidiaconus Corbariensis, Stephanus Amelii, praecentor, magister Bernardus Bellini, sacrista, Arnaldus de Vallibus, succentor, magister Pontius de Alsona, et magister Raymundus Barbelli, canonici Narbonenses, viso et diligenter inspecto tenore instrumenti donationis seu concessionis factae per reverendum in Christo patrem, dominum Petrum, Dei gratia archiepiscopum Narbonensem, monasterio de Pruliano, diocesis Tolosanae, et priorissae et sororibus inclusis monasterii ejusdem de ecclesia parrochiali Sancti Andreae castrorum seu villarum de Fontazellis et de Fenolleto, cum capellis Sancti Andreae et Sancti Martini, quae in eisdem castris seu villis existunt, cum decimis et primitiis earundem, sustentatione ejusdem vicarii perpetui reservata, sicut in eodem instrumento plenius continetur, dictam concessionem et donationem, gratis et spontanea voluntate, deliberato consilio, laudamus et approbamus et ex certa scientia nostrum praestamus assensum, et ad majorem hujus rei firmitatem, sigillum capituli nostri praesentibus duximus apponendum. Datum Narbonae, xv calendas januarii, anno Nativitatis Christi M°CC°LXXVIII°.

Copie : Bibl. Nat., ms. fr. 8671, p. 125.

372 13 mars 1292.

Julien Rica et plusieurs membres de sa famille vendent à Guillaume Corteta une pièce de terre à Fontloubane. Le procureur du monastère de Prouille approuve cette vente.

Anno Domini M°CC°XC° secundo, noverint universi quod ego, Julianus Rica, et ego, Arnaldus Rica, et ego, Petrus Faia, et ego, Raimundus Rica, filius quondam Arnaldi Rica. de Morterio, non coacti vel decepti ab aliquo, set gratis ac spontanea voluntate et bono animo, per nos et omnes heredes et successores nostros, presentes et futuros, vendimus et titulo pure et perfecte vendicionis et yrrevocabilis tradimus et concedimus vobis, Guillelmo Corteta, mercatori castri Phanijovis, et omnibus heredibus et successoribus vestris, presentibus et futuris, unam peciam terre nostram, sitam in decimario B. Marie de Pruliano in loco vocato *ad Fontemlobanam,* confrontatam ab altano in tenentia magistri Petri Garini, de Phanojovis, mediante via communi, circio in tenentia Arnaldi Cassanha, de Morterio, meridie in brugueria, aquilone in tenentia nostra. Jamdictam peciam terre, sic confrontatam, cum omnibus suis juribus et undique pertinenciis et introhitibus et exhitibus suis, nunc vobis et vestris vendimus, ut dictum est, in perpetuum, et in bonam et corporalem possessionem juris et facti vel quasi, cum hoc publico instrumento, vobis et vestris in perpetuum valituro, vos mitimus et constituimus sine fine, precio videlicet xv solidorum tolos., de quibus et de predicta venditione bene a vobis perpaccatos nos tenemus et contentos, renunciantes omni exceptioni non numerate et non accepte pecunie et dolo mali et in factum. Verum, si forte hec predicta venditio plus valet vel deinceps valebit, ultra prenominatum precium. illud totum prevalens, cum plena et yrrevocabili donatione inter vivos facta, nunc vobis et vestris liberaliter damus in perpetuum et remittimus, renunciantes omni juri, omni legi, omni consuetudini et usui terre, et specialiter illi legi que dicit quod si venditor in venditione deceptus fuerit ultra dimidiam justi precii, quod possit revocare vendicionem vel agere ad justi precii supplementum, et alteri legi dicenti donacionem, ex causa ingratitudinis, revocari posse, et generaliter omni juri cum quo possemus venire contra predicta vel aliquid predictorum, et cui nos expresse renunciare oporteret vel de quo certam et expressam oporteret fieri mentionem. Preterea, super omnia bona mea juraque, mobilia vel immobilia, ubique presentia et futura, tenemus et promittimus de predicta pecia terre facere vobis et vestris bonam et firmam guirentiam perpetuo ab omnibus amparatoribus, excepto dominio et juris evictione, unde teneri volumus in perpetuum sine dolo.

Item, ego, frater Johannes Salomonis, procurator monasterii B. Marie de Pruliano, nomine prioris et priorisse et conventus predicti monasterii, laudo vobis, Guillelmo Corteta predicto, et omnibus heredibus vestris, presentibus et futuris, bonam et legalem guirenciam semper ab omnibus amparatoribus, ex parte dominii predicte pecie terre et jurium suorum, sine vestri vestrorumque dolo, dans vobis et vestris, nomine quo supra, licenciam dandi, vendendi, alienandi, impignorandi predictam peciam terre cuicumque volueritis, exceptis clericis et militibus, salvo tamen jure et dominio dicti monasterii et quod de singulis solidis vendicionis detur predicto monasterio I denarius et pignoris obolus, et salvo servitio scilicet una emina frumenti censuali, ad mensuram Phanijovis, danda et solvenda in perpetuum annuatim predicto monasterio vel ejus procuratoribus, in festo B. Marie augusti, pro servicio pecie terre predicte; et de foriscapio me teneo bene per-

paccatum. Actum fuit hoc XIII die introhitus mensis martii, Philippo, rege Francie, regnante, Hugone episcopo Tholosano.

Hujus rei sunt testes : frater Raimundus Johannis, conversus dicti monasteri, Arnaldus Martini, Germanus Johannis, Arnaldus Piquelli, de Phanojovis, Poncius Oliba, Petrus Oliba, de Ursancio, Johannes Lauriaci, de Serra, Guillelmus Pigtavini, de Forcia Raimundi Ferrandi, et Jacobus Capella, notarius publicus Lauriaci qui materiam hujus carte receperat, vice cujus, de auctoritate domini senescalli Tholosani, ego, Arnaldus Martini, notarius publicus Castrinovi, secundum tenorem materie notate per dictum notarium, quam inveni non cancellatam, prout melius et fidelius potui, hanc cartam in publicam formam redegi, et signum meum apposui. (*signet.*) Et ego, Jacobus Capella, notarius predictus, me subscribo et solito signo meo signo. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 373 (deux exemplaires).

373 — Anagni, 3 juin 1295.

Jean de Montfort, camérier du royaume de Naples, confirme d'avance la vente des possessions de Fontazelles et de la Vezole, que comptent faire au prieur de Prouille ou à toute autre personne, sa sœur Eléonore de Montfort, comtesse de Vendôme, et son beau-frère Jean, comte de Vendôme.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos, Johannes de Monteforti, Squilacii et Montiscaveosi comes, et regni Sicilie camerarius, ratam et gratam gerimus venditionem et alienationem quamcumque faciendam per virum nobilem, dominum Johannem, comitem Vindocinensem, et per dominam Helionorem de Monteforti, comitissam, uxorem suam, carissimam sororem meam, de redditibus, possessionibus et juribus omnibus que habent et tenent et possident in Fontazellis et la Vezola, que venerunt eidem sorori nostre de communibus bonis paternis et maternis, quibuscumque personis illa vendere voluerint, tam priori sacri monasterii Prulianensis quam aliis quibuscumque, et presentes litteras fieri fecimus, sigillo nostro pendenti munitas. Datum Ananie, anno Domini M°CC°XC° quinto, et die tertia junii.

IMPRIMÉ : *Hist. du Languedoc*, t. VI, p. 924.

374 — 24 août 1295.

Eléonore de Montfort, comtesse de Vendôme, confirme la vente de Fontazelles et de la Vezole faite par son mari, Jean de Vendôme, au monastère de Prouille.

Patheat universis, presentibus et futuris, quod nos, Helienor de Monteforti, uxor nobilis viri, domini Johannis, comitis Vindocinensis, filia condam nobilis viri, domini Philipi de Monteforti, et domine Johanne de Leves, uxoris ejusdem, de voluntate et expresso concensu preffati domini Johannis virique nostri, visaque et inspecta in hiis utilitate nostra manifesta, certiorataque de jure nostro, venditiones per dictum dominum Johannem, virum nostrum, factas de villis seu castris de Fontasellis et de Vezolla, sitis in Reddesio, in senes-

callia Carcassone, et de omnibus juribus que habemus in predictis villis seu castris et eorum pertinentiis, territoriis ac districtu, religioso viro, fratri Arnaldo Seguerii, priori monasterii Beate Marie de Prolhano, Tholosane diocesis, et priorisse ac conventui sororum monialium inclusarum predicti monasterii et earum in dicto monasterio successoribus, presentibus et futuris, sicut in instrumentis venditionum predictarum inde confectis per manum magistri P. Audini, notarii publici nobilium virorum, dominorum Guidonis de Leves, domini Mirapiscensis, Johannis de Monteforti et Bernardi de Convenis plenius continetur, per nos et nostros heredes, presentes et futuros, laudamus, approbamus, ratifficamus atque ratas et firmas in perpetum tenere volumus et habere, prout melius dicta bona pertinebant nobis et obvenerant, ratione successionis paterne et materne seu hereditarie portionis vel alterius cujuslibet rationis, pactum de non petendis eisdem perpetuo facientes, ex nunc scienter super hiis omnibus ⌜renunciantes⌟ omni juri et actioni nobis competenti et competiture in predictis vel aliquo predictorum, ratione dotis nostre vel nostre portionis hereditatis et consuetudinis Gallicane vel alterius rationis, et speciali juri yppothecarum, legi Julie de fundo dotali, et legibus *si a me* et *si qua mulier*, etc., quibus venditiones seu alienationes rerum dotalium fieri prohibentur et omni juri canonico et civili, et aliis exceptionibus ac deffensionibus universis, quibus adversus predicta venire possemus vel aliquid predictorum, recognoscendo preterea dicto priori, nomine sui monasterii antedicti, pro pecunia quam predictus dominus Johannes, vir noster, habuit ex precio venditionis predicte /////. Item, vir noster constituit et etiam specialiter assignavit nobis, super aliis bonis et redditibus suis, in locis magis nobis tutis et congruis, unde nobis majora utilitatis proveniunt incrementa, ex quaquidem constitutione et assignatione nos tenemus perpacatas. Ideo damus et cedimus et concedimus dicto priori et ejus monasterio ac priorisse et conventui antedictis et suis successoribus in eternum et transferimus in eos, sine aliqua nostri retentione et nostrorum heredum, quam non facimus in premissis, omnia jura et actiones reales, personales petitiones, exequtiones utiles et directas, quas habemus et habere possumus in predictis rebus venditis, contra quascunque personas, constituentes dictum priorem, nomine sui monasterii predicti, in predictis rebus venditis per dictum dominum Johannem, virum nostrum, dominum et procuratorem tamquam in rem suam, promittentes preterea, specialiter et expresse, dictis priore et ejus monasterio antedicto et omnibus successoribus in eternum nos facere semper bonam et legalem guirentiam de bonis et juribus eisdem venditis supradictis per dictum dominum Johannem, virum nostrum, et de omnibus et singulis in eisdem venditionibus contentis, appositis et adjectis, et inde eisdem bonam et legalem juris et facti guirentiam faciemus, perpetuo, sine dolo, penes quemlibet exactorem, sub bonorum nostrorum omnium yppotheca. Que quidem omnia et singula supradicta servare perpetuo inviolabiliter et tenere et nunquam, aliquo tempore, in aliquo contraire, de jure vel de facto, occulte vel manifeste, per nos vel aliquam personam interpositam seu etiam subrogatam, promittimus necnon super sancta Dei Evangelia gratis juramus corporaliter per nos tacta ; et ut omnia et singula premissa, prout hic superius expressa sunt, robur obtineant firmitatis, nos supplicavimus Guillermo Bechardi, clerico, tabellioni domini regis apud curiam, ut sigillum curie dicti domini regis quo apud curianos utitur, una cum sigillo nostro proprio, presentibus litteris vellet apponi, in testimonium premissorum.

Nos, antedictus tabellio domini regis, auditis et diligenter intellectis universis et singulis premissis, ad petitionem et justam supplicationem dicte Helienoris, dictum sigillum curie domini regis predicti dictis

presentibus litteris apponi fecimus et appendi, una cum dicto sigillo dicte Helienoris, in premissorum testimonium et munimen, salvo jure domini regis predicti et cujuslibet alieno, judicio predicte curie predicti domini regis super hiis omnibus et singulis a sepedicta Helienore petito, habito, recepto et accepto de, etc. Datum et actum apud Gastinam, in herbergamento prenominati comitis Vindocinensis, in Cenomanensi diocesi, testibus presentibus ad hec, Stephano de Filli, Gervasio de Perilli, et Baugio Englars, die martis in vigilia Beati Bartholomei appostoli, anno Domini millesimo CC° nonagesimo quinto. G. Bechardi.

Copie : Arch. de l'Aude, II, 341 (*Extractus a suo originali. Collationé per me, Dalboutz, notere.*)

375 Prouille, le 22 septembre 1295.

Henri de Selleyo témoigne du paiement de certaines sommes, fait par le couvent de Prouille, pour l'acquisition qu'ont faite les Sœurs des *villae* de Fontazelles et de la Vezole, achetées à Jean, comte de Vendôme, et à sa femme Eléonore.

Anno Domini M°CC°XC° quinto, Philippo, rege Francie, regnante, Hugone episcopo Tholosano et x kalendas octobris, noverint universi quod Henricus de Selleyo, vicarius de Aniacio, pro nobili viro, domino Johanne, comite Vindocinensi quondam, existens personaliter in monasterio Pruliani, in presentia religiosi viri, domini fratris Arnaldi Seguerii, prioris predicti monasterii, ad instantiam et requisitionem dicti domini prioris, coram me, Jacobo Capella, notario infrascripto, et testibus infrascriptis, dixit et confessus fuit quod Symonetus, serviens thesaurariorum Carcassonensium domini regis Francie, habuerat et numerando receperat a fratribus et a procuratoribus dicti monasterii DCXXIII libras turon. nigrorum, ratione quinti denarii competentis dicto domino regi, ut dicebatur, pro vendicione villarum de Fontazellis et de Vezola, facta eidem monasterio supradicto per dictum nobilem virum, dominum Johannem, comitem Vindocinensem, et dominam Elionoram, uxorem suam.

Item, dictus vicarius recognovit se habuisse et numerando recepisse, per se vel per alium, a predictis fratribus et procuratoribus LXXXII libras turon. nigrorum, de quibus dixit se misisse dicto domino comiti LXXX libras turon.

Actum fuit hoc in predicto monasterio, in camera dicti Arnaldi prioris, in presentia et testimonio fratrum Raimundi de Podio, Petri Vitalis, Guillelmi Vitalis, Bernardi Barba, de ordine Predicatorum, domini Raimundi Hermengaudi, rectoris ecclesie de Fontazellis, domini Johannis de Biro, militis domini Mirapiscensis, magistri Thome, clerici domini Mirapiscensis, et Jacobi Capella, notarii publici Lauriaci, qui materiam hujus carte receperat, vice cujus, de auctoritate senescalli Tholosani, ego, Arnaldus Martini, notarius publicus Castri Novi de Arrio, secundum tenorem materie notate per dictum notarium, quam inveni non cancellatam, prout melius et fidelius potui, hanc cartam in publicam formam redegi et signum meum apposui. (*signet.*) Ego, Jacobus Capella, notarius predictus, me subscribo et solito signo meo signo. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, II, 326.

376 2 mai 1316.

Pierre Tricoire, notaire, trésorier du seigneur de Mirepoix, donne quittance au monastère d'une somme de 180 livres tournois, payées pour l'amortissement du fief d'Honous, légué à Prouille par Raymond de Durfort.

Anno Domini millesimo trecentesimo sexto decimo, rege Francorum Ludovico regnante, sexto nonas maii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod cum nobilis vir, dominus Johannes de Levis, dominus Mirapiscis, feodum de Honosio, cum juribus suis, quod Raymundus de Duroforti, domicellus et clericus, condominus jamdicti loci de Honosio, monasterio, Beate Marie de Proliano legavit, seu [in] quo ipsum monasterium, in suo ultimo testamento, heredem instituit, eidem monasterio amortizaverit et affranquierit, prout in instrumento per Arnaldum de Furno, notarium infrascriptum, plenius continetur, et ratione amortizacionis et affranquimenti hujus, dictus dominus Mirapiscis centum octoaginta libras turon. habere diceret et in eo instrumento amortizacionis et affranquimenti, dictus dominus Mirapiscis centum sextaginta libras turon. habuisse recognoverit et recepisse, et hoc spe future receptionis, ego, Petrus Tricoire, notarius infrascriptus thesaurariusque dicti domini, ejusdem domini nomine et vice, recognosco vobis, fratri Bernardo Berengarii, sindico et procuratori dicti monasterii de Proliano, stipulanti et recipienti nomine dicti monasterii et suorum, quod vos solvistis michi centum octoaginta libras turon. predictas, de quibus, nomine dicti domini Mirapiscis, me bene paccatum teneo et contentum ; renuncians exceptioni non recepte pecunie et non numerate et spei future receptionis et omni exceptioni doli mali et in factum, actioni omnique juris auxilio per quod contravenire possem; absolvens nichilominus dictum monasterium de Proliano et vos, fratrem Bernardum Berengarii, sindicum et procuratorem predictum, nomine dicti monasterii, presentem, stipulantem et recipientem et omnia bona monasterii Proliani, pactum perpetuum et sollempne vobis et dicto monasterio faciens, nomine quo supra, de non petendo amodo aliquid ulterius a vobis et dicto monasterio, occasione CLXXX librarum turon. predictarum, volens nichilominus et concedens quod, si cartacarte (*sic*), testium voces vel alique alie scripture, publice vel private, scriberentur, aut in judicium traherentur, que michi, nomine quo supra, vel dicto domino Mirapiscis possent prodesse vel juvare, et que vobis vel dicto monasterio nocere possent vel obesse, quod cancellentur et annullentur et pro vanis, cassis, nullis et irritis habeantur et nullam obtineant roboris firmitatem in judicio nec extra, quoad centum octoaginta libras turon. antedictas. Et nichilominus promito vobis quod ipsam pecunie summam procurabo et faciam haberi pro recepta penes dictum dominum Mirapiscis, et vobis et dicto monasterio legalem portabo guirentiam de eisdem, sub obligatione bonorum meorum et sub omni renunciatione juris necessaria pariter et cautela. Actum fuit hoc Mirapiscis, in presentia et testimonio Jacobi Rozaldi, Raymundi Fornerii, Guillelmi Darde, de Mirapisce, et mei, Arnaldi de Furno, notarii publici ville et terre Mirapiscis, qui cartam istam recepi et scripsi et signo meo signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 358.

377 4 mai 1316.

Raymond de Niort déclare avoir reçu la dite somme de 180 livres tournois, due par le monastère à Jean de Lévis, seigneur de Mirepoix, pour l'amortissement du fief d'Honous.

Anno ab incarnacione Domini M°CCC°XVI°, domino Lodovico, rege Francorum, regnante, IIII nonas madii, noverint universi, quod ego, Ramundus de Aniorto, junior, de Limoso, gratis et ex certa sciencia, recognosco et in veritate confiteor me habuisse et recepisse, nomine Nicholay Berengarii, mercatoris de Limoso, a vobis. fratre Bernardo Vasconis, scindico monasterii Beate Marie de Proliano, centum octuaginta libras turon. parvorum, tam a vobis quam a fratre Bernardo Berengarii, dicti monasterii, videlicet apud Mirapiscem, per manum dicti fratris Bernardi Berengarii, centum viginti septem libras et decem solidos turon. et residuum dictarum centum octuaginta librarum turon., per manum vestram, infra dictum monasterium ; in quibus tenebatur dicto mercatori dominus Johannes de Levis, dominus de Mirapisce, et dictum monasterium tenebatur dicto domino Johanni, ex causa amortizacionis ville de Honosio. De quibus centum octuaginta libris turon., nomine quo supra, a vobis et dicto monasterio per paccatum me teneo et contentum, renuncians omni exceptioni dicte peccunie non habite et non recepte, doli mali et in factum ; et ideo absolvo et acquitto dictum monasterium a predictis centum octuaginta libris turon., faciens vobis et dicto monasterio pactum perpetuum de non petendo aliquid ulterius, racione vel occasione centum octuaginta librarum turon. predictarum; pro quibus omnibus supradictis tenendis et servandis, obligo vobis et dicto monasterio me et omnia bona mea, presencia et futura. Actum fuit hoc in dicto monasterio, in presencia et testimonio fratrum Bernardi Fabri, Petri Vituli, laycorum dicti monasterii, domini Guillelmi de Alanhano, presbiteri de Limoso, Arnaldi Vasconis, barberii, de castro Fanijovis, et magistri Bernardi de Coffinalh, de dicto castro Fanijovis, notarii publici predicti domini regis, qui hanc cartam recepit ; vice cujus et mandato, ego, Aribertus Forbitoris, de Monteregali, clericus juratus dicti notarii, eandem scripsi. Et ego, Bernardus de Coffinalh, notarius predictus, subscripsi atque signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 358.

XI. AGASSENS

378 Juin 1214.

Hugues de Lascy, seigneur de Castelnaudary et de Laurac, donne au monastère le lieu d'Agassens avec ses dépendances.

Notum sit praesentibus et futuris quod ego, Ugo de Lasci, dominus Castrinovi et Lauriacensis, do, pro remedio animae meae et praedecessorum meorum, locum de Agascens cum omnibus pertinenciis suis, hominibus et agris cultis et incultis, nemoribus, aquis, et omnibus juribus ad praedictum locum pertinentibus, et pascua, animalia [1], domos, et ligna ad comburendum et ad aedificandum domos in loco de Agascens, in foresta de Podiolunar, do, inquam, Deo et Beatae Mariae de Proliano et fratribus et sororibus, praesentibus ibidem, Deo et beatae Mariae servientibus, praesentibus et futuris, libere et in perpetuum possidendum, et ego faciam vobis guirentiam ab omni vivente; et, ut ratum permaneat omni tempore, praesentem paginam sigilli nostri munimine roboramus.

Hujus rei sunt testes : Radulfus Pel-de-Loup, Ugo de Campania, Baulabertus de Belfort, Hubertus Oyse, Bernardus de Sancto Juliano et Rogerius, frater ejus, et Bernardus de Sancto Goyrico. Datum mense junii, anno Domini millesimo ducentesimo decimo quarto.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 53.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 459.

379 27 février 1218.

Hugues de Lascy, seigneur de Castelnaudary et de Laurac, confirme au monastère la donation qu'il lui a faite de la *villa* d'Agassens et de ses dépendances, et de certains droits sur la forêt de Pech-Luna.

Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod ego, Ugo de Laci, dominus Lauraci et Castrinovi, recognosco et concedo quod donavi Domino Deo et Beate Marie de Prolliano et Natali, priori, et fratribus et

1. Ms : *Animalibus*.

sororibus ejusdem monasterii, tam presentibus quam futuris, villam de Agassensis, cum omnibus juribus suis et pertinentiis suis, sicut continetur in instrumento quod sigilli mei munimine roboravi, et expressum in presenti est hac carta :

« Dono Domino Deo et B. Marie de Prulliano et tibi, Natali, priori, et fratribus et sororibus ejusdem monasterii, tam presentibus quam futuris, condominam que fuit Rogerii d'Orsans, que est in decimario S. Petri de Agassensis, et omnes illas terras que fuerunt Arnaldi de Cugurone et fratrum suorum, que sunt in decimario predicto, et omnes illas terras que fuerunt B. Mondi, que sunt in eodem decimario, et omnes illas terras que fuerunt Arnaldi de Sales, que sunt in eodem decimario, et omnes illas terras que sunt infra predictum decimarium, que ad me pertinent et pertinere debent, et omne jus quod illic habeo, ad omnem voluntatem vestram in perpetuum faciendam.

» Insuper, dono predictis fratribus talivium in nemore de Podio Lunari, scilicet ad domos edifficandas de Agassensis et ad focum vestrum necessarium, in eternum.

» Predicte donationis ero tibi, Natali, et fratribus et sororibus ejusdem monasterii, tam presentibus quam futuris, bonus guirens semper ab omnibus amparatoribus, sine omni nostro nostrorumque dolo.

» Tamen, si homines de Payrano et Payranello et Verazillo habent aliquas terras infra decimarium S. Petri de Agassensis, habeant illas et possideant, ita quod reddant vobis portiones, servicia et usaticos, sicut michi faciebant pro illis terris.

» Item, si homines vestri de Agassensis habent aliquas terras in decimariis predictarum villarum, similiter habeant illas et possideant, reddendo mihi vel meis portiones, servicia et usaticos pro illis terris.

» Item, sciendum est quod animalia de Agassensis debent pascere in eremis de Verazillo si voluerint, tamen non in cultis, et animalia de Verazillo debent pascere in eremis de Agassensis, eodem modo sicut vestra, ut supra. »

Predicta concedo, confirmo et aprobo, pro me et heredibus meis, sine alio aliquo retentu quem ibi non facio; et, ut ratum sit, presentem cartam sigilli mei munimine corroboro.

Hoc actum est apud Castrumnovum, II die a fine mensis februarii, feria III, anno Verbi incarnati M°CC°XVII, Philipo rege Francorum, Simone comite Tholose. Hujus rei sunt testes : dominus Henricus Vualensis et dominus Henricus, filius Leonini, et dominus Willelmus de Amiel et magister Germanus et Petrus Amelli.

IMPRIMÉ : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 167. (D'après une copie du 17e siècle, communiquée par feu M. de Teule.)

330 28 janvier 1219.

Raymond Sans de Laurac et sa femme, Gauzios, donnent au monastère leurs possessions sises dans le dîmaire de Saint-Pierre d'Agassens.

Notum sit omnibus hominibus haec audientibus quod ego, Raimundus Sancii de Lauriaco, frater et redditus et datus de Prolano, et ego Gauzios, ejus uxor, simul ambo, bono animo ac spontanea voluntate et sine omni dolo, per nos et per omnes successores nostros, caritatis intuitu et pro Dei amore, et ut Deus

dimittat nobis nostra peccata, praeterita et praesentia ac futura, damus et tradimus in perpetuum, sine omni retentu, Domino Deo et Sanctae Mariae de Prolano et domino Dominico et fratribus et sororibus, praesentibus et futuris, de Prolano totum illum honorem, cultum et incultum, quem habemus et habere debemus in decimario S. Petri de Agascengs, in puram et perpetuam eleemosynam, in manu et in praesentia duorum fratrum de Prolano canonicorum presbyterorum, scilicet fratris Natalis et fratris Guillelmi Petri de Malrasi Et nos et nostri erimus semper boni guirentes de toto praedicto honore de totis amparatoribus, sine omni dolo bona fide.

Testes hujus rei sunt : Guillelmus Grimaut, Guillelmus Oliba de Vilario, Vitalis Agulus de Agascengs, Bernardus Clericus filius Aurifili. Facta carta ista quinto kalendas februarii, feria secunda, anno ab incarnatione Christi millesimo ducentesimo, decimo octavo, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii **de Lauriaco scripsit.**

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 25.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 244

381 **1256.**

Par ordre d'Alphonse de Poitiers, comte de Toulouse, la villa d'Agassens, occupée injustement par Guiraud Unaud est restituée au monastère de Prouille.

In nomine Domini, anno ab incarnatione ejus millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, noverint universi, presentes pariter ac futuri, quod dominus Hugo de Arcisio, senescallus Tholosanus, recepto ab illustri domino Alfonso, comite Tholosano, mandato ut domui B. Marie de Prolhano teneat et ab aliis suis subditis teneri faciat in eadem saisina tam possessionum quam rerum suarum, in qua erat tempore bone memorie domini Simonis, condam comitis Montisfortis, mandavit michi, Johanni de Senantis, castellano **Lauriacensi, qualem mandatum, ut super hoc factum exequar loco ejus.**

Instante igitur fratre Ramundo, priore dicte domus Prolhani, et petente ut villam sive locum de Agassenchis cum suis pertinentiis, et jus pascendi animalia ejusdem domus atque arripiendi ad comburendum et ad edificandum in nemore Podii Lunar, juxta memoratum mandatum michi factum, eidem revocari, restitui ad ipsum, nomine domus ejusdem, in pristinam reducendo saisinam, asserente ipso priore domum dictam, a tempore prefati domini comitis Montisfortis, locum de Agassenchis cum pertinentiis ejus, simulque jura predicta, per prefati donationis titulum, diu ac pacifice possedisse, nunc autem a domino Guiraldo Unaldi et militibus aliis spoliatam a supradictis omnibus teneri injuste, ego, castellanus jamdictus, personaliter accedens ad ipsum locum de Gasenchis, facta prius denunciatione super hec, dicto domino Guiraldo Unaldi ipso et hominibus dicte ville multisque aliis vicinis, quos factum tangebat, presentibus summarie, et quia de predictis, tum per confessionem dicti domini Guiraldi Unaldi, tum etiam per testimonium simulque confessiones predictorum ville ipsius habitatorum et aliorum qui aderant, vicinorum, / /,/// vera esse et justa que prior asseruerat ac petiverat supradictis, ideoque ipsum, nomine domus Prolhani supradicte, secundum prescriptum mandatum, in saisinam sive possessionem predictorum loci de Agassenchis

et ejus omnium pertinentiarum simul, et jus pascendi et lignerandi in nemore memorato incontinenti restitui et reduxi, inhibendo firmiter, ex parte illustris domini Alfonsi, comitis Tholosani jamdicti, ne quis eisdem priori [et conventui] aut eorum ministris sive ballivis facere in predictis vim sive resistenciam violentam presumet.

Actum est hoc in villa predicta de Agassenchis, in presentia et testimonio domini Guiraudi Unaldi predicti et Guilhermi de Malaspina militum, et Bernardi Ramundi subbajuli Lauriaci, et fratris Oliverii, capellani de Bellisplanis, et fratris Arnaldi de Dia, sacerdotis, et fratrum Petri Imberti, Guilhermi Sicredi, Arnaldi Rebella, et Johannis Agezerii, clerici, et Guilhermi Arnaldi Montisrotundi, clerici, et Martini Arvei et Petri Garini, mercatoris, et Arnaldi de Cofinal et Ramundi Gastoni Sabaterii, qui sunt de Fanojovis, et Guilhermi Gilaberti de Fenolheto, et Arnaldi Lacroz et Guilhermi Lacroz, fratris ejus, et Poncii Lacroz, consanguineus illorum, et Poncii Aguli et Ramundi Aguli, qui sunt de villa predicta de Agassenchis et nostri, Petri Martini, publici notarii domini nostri Alfonsi, comitis Tholosani predicti, in castro Fanijovis, qui hanc cartam scripsi, [et meo signo signavi.]

(Copie d'une transcription de 1470, communiquée par feu M. de Teule.)

382 Agassens, 2 mai 1321.

Arnaud Lacrotz, bayle d'Agassens, au nom du monastère de Prouille livre au bayle royal de Laurac deux hommes accusés d'avoir volé 132 bêtes à laine.

Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo, regnante domino Philippo, Francorum et Navarre rege, die secunda madii, noverint universi quod Arnaldus Lacroz, bajulus, ut dixit, ville de Agacenchis pro monasterio S. Marie de Pruliano, tradidit Jacobo Thome, bajulo regio, ut ibi dictum est, castri de Lauraco, presenti et recipienti, quosdam duos homines, quorum unus vocabatur, ut dictum fuit, Raimundus del Bosc, de Fajaco, et alter Johannes de Na Alamanda, de Montelanderio, cum centum et triginta duabus pecudibus lanaribus. dicens ipse Arnaldus quod ipse dictos duos homines arrestaverat in dicta villa de Agacenchis, pro jure regio et jurisdictione et dicti monasterii, in quantum tangebat, pro eo quod sibi dictum fuerat eosdem homines furatos fuisse dictas centum et triginta et duas pecudes lanares, requirens me, notarium infrascriptum, ut de predictis reciperem et conficerem sibi publicum instrumentum.

Hoc fuit factum apud dictam villam de Agacenchis, in presencia et testimonio Raimundi Vitalis, filii quondam Raimundi Vitalis, Bernardi Lacrotz et Raimundi Vitalis, filii quondam Guillelmi Vitalis, ejusdem ville de Agacenchis, et Raimundi de Combis et Ademarii de Rivali, servientis regii castri de Manso Sanctarum Puellarum, et mei, Raimundi Galtadii junioris, notarii regii dicti Mansi et tocius senescallie Tholose, qui requisitus hanc cartam scripsi et signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 370.

XI. LAURAC, LAURABUC, BAGNERES, GAJA ET MONTGRADAIL

383 11 juillet 1227.

Gauceran des Alamans donne au monastère plusieurs propriétés dans les dîmaires de Laurabuc et de Bagnères.

In nomine Domini. Anno ab Incarnatione ejus millesimo ducentesimo vigesimo septimo, notificetur cunctis quod ego, Gaucerannus de Alamannis, gratis et bona fide, per me et per omnes haeredes et successores meos, praesentes et futuros, non inductus dolo vel vi aut suggestione alicujus personae, sed mea propria et spontanea voluntate, et cum hac carta, nunc et semper valitura, dono et irrevocabiliter trado Domino Deo et monasterio Sanctae Mariae de Prolhano et tibi, fratri Petro, priori, et omnibus fratribus et sororibus ejusdem monasterii, praesentibus atque futuris, ad omnes vestras voluntates plenarie et perpetuo faciendas, videlicet omnem illam haereditatem heremam et condirectam, quae fuit Poncii de Podio Alseu, quae est in loco ubi dicitur *ad Vadum Sanctae Mariae*; et dono praescripto monasterio omnem illam haereditatem quam praedictus Pontius habuit aut habere vel tenere debuit in decimario S. Petri de Lauriaco Bug, et omnem illam haereditatem quam habuit vel habere aut tenere debuit in decimario S. Mariae de Baneriis; et dono similiter omnem illam haereditatem quam Amatha Susannae et filius ejus, Petrus de Na Amada, et soror sua, Guillelma Genta, habuerunt vel habere aut tenere infra praedictos omnes terminos debuerunt. Praedictas omnes haereditates, cum suis introitibus et exitibus et cum aliis omnibus undique pertinentiis et juribus, et cum omni valore et praecio quod nunc habe[n]t et habeb[un]t aliquo modo, praescripto monasterio et tibi, fratri Petro, priori, et omnibus fratribus et sororibus jamdicti monasterii dono et irrevocabiliter trado, ut superius scriptum est et prout melius ac firmius potest dici, scribi sive intelligi aut excogitari, ad utilitatem et indempnitatem praedicti monasterii et fratrum et sororum ejusdem monasterii, praesentium atque futurorum; ita volo et mando quod in perpetuum stabile permaneat, renuncians, scienter et consulte, in hac parte, omni juri et legi et terrae consuetudini et omnium hominum voluntati, quibus forte contra haec mihi vel meis venire liceret, et ero bonus guirens ab omnibus amparatoribus.

Hujus rei sunt testes : frater Raymundus, subprior, frater Natalis, frater Bartholomeus, frater Petrus Vasco, frater Bernardus de S. Maria, frater Tolsa, Raines de Fenoleto, Bertrandus de Podialibus, Garsionus, Arnaldus Astruc, Pontius Marcellus, Arnaldus Boled. Actum est hoc quinto idus julii, feria prima, regnante Lodoico, rege Francorum, Fulchone episcopo Tholosae. Raymundus de Vilano hanc cartam scripsit.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 63.

384

18 mai 1298.

Roger de Malaspina, noble de Laurac, vend au procureur du monastère, frère Guillaume Gaubert, toutes ses rentes à Arborens, Lanerville, Vibrand, Fonters, Gaja, Cahuzac, aux environs de Laurac.

Anno Domini M°CC°XC° octavo, Philippo, rege Francorum, regnante, Bernardo Appamiensi episcopo, xv° kalendas junii, noverint universi quod ego, Rogerius de Malaspina, domicellus de Lauraco, non deceptus vel cohactus ab aliquo, nec aliqua vi vel sucgestione vel ymachinacione conpulsus, set gratis et ex certa sciencia et animo gratuito et deliberato consilio, per me et per omnes heredes meos et successores, presentes et futuros, vendo et titulo pure et perfecte vendicionis et irrevocabilis, in perpetuum trado et concedo, cum hoc presenti publico instrumento perpetuo firmo et valituro, monasterio Beate Marie de Pruliano et priorisse et conventui sororum ejusdem monasterii, presentibus vel futuris, absentibus, et vobis, fratri Guillermo Gauberti, de ordine Predicatorum, procuratori predicti monasterii et priorisse et conventus sororum predictarum, pro ipsis ementi, stipulanti et recipienti, videlicet omnes census et porciones bladi, vini rodorii, cere, denariorum, gallinarum et omnium aliarum rerum, homines, feminas, cum eorum infantibus natis et nascituris, et cum eorum casalaticis, questas et omnia alia servicia, terras cultas vel incultas, possessiones, prata, nemora, pascua, adhempriva, aquas, ripperias, aquarum decursus, dominationes, foriscapia, domos, localia et omnia alia jura quos ego habeo vel habere debeo, vel visus sum habere in decimariis villarum Sancti Saturnini de Vitbrando, Sancti Andree de Auzilio, Sancti Martini de Arborenchis, Sancti Johannis de Laneriovilla, Sancti Martini de Fonte Yrcio, Sancti Martini de Gajano, Sancti Simphoriani de Causaco et in terminiis villarum predictarum, et specialiter et generaliter omnia que habeo vel habere debeo extra Serras de Lauraco, in predictis decimariis et pertinenciis villarum predictarum, et que consuevi habere pro indiviso cum Ramundo de Turre, domicello de Lauraco, et cum Alesta, ejus uxore, et modo habeo pro indiviso cum predicto monasterio vel alia aliqua ratione sine ipsis, et que michi pertinent et pertinere debent ratione successionis patris mei vel avi seu matris mee, vel alio ullo modo, in predictis villis, decimariis et pertinenciis earumdem, excepto tamen quodam prato, quod michi retineo, quod emi a Petro de Lanis, de Lauraco.

Predictam vero venditionem omnium predictorum predicto monasterio et priorisse et conventui predictis sororum predicti monasterii facio, cum omnibus suis juribus universis, et vobis, fratri Guillermo Gauberti, procuratori predicto, pro ipsis ementi, stipulanti et recipienti, ut dictum est, in perpetuum, sine aliquo retentu mei et meorum, quod ibi non facio nec intendo facere ullo modo; et in plenam et corporalem pos-

sessionem juris et facti vel quasi omnium predictorum, per me venditorum superius, dictum monasterium et priorissam et conventum predictos et vos, fratrem Guillermum Gauberti, procuratorem predictum, pro ipsis et nomine ipsorum ementem, stipulantem et recipientem ad hoc, presenti publico instrumento, predicto monasterio perpetuo valituro, mitto et constituo, sine fine, precio videlicet centum librarum turon., de quibus et de predicta venditione bene a vobis et a predicto monasterio et a priorissa et conventu sororum predictis me teneo et habeo contentum et bene perpaccatum, renuncians omni exceptioni predictarum c librarum turon. non habitarum et non receptarum et michi non solutarum seu traditarum, et doli mali et in factum. Verum, si forte hec predicta vendicio modo plus valet vel deinceps valebit jamdicto precio, totam illam magis valentiam dono predicto monasterio et priorisse et conventui sororum ejusdem monasterii predictis et vobis, fratri Guillermo Gauberti, procuratori predicto, pro ipsis ementi, stipulanti et recipienti, bona, pura et irrevocabili donatione inter vivos facta, sine aliqua retentione mei et meorum heredum, quam ibi non facio nec volo facere ullo modo. Cedo insuper predicto monasterio et priorisse et conventui sororum predictis et vobis, Guillermo Gauberti, procuratori predicto, pro ipsis ementi, stipulanti et recipienti omnes actiones reales, personales, utiles et directas, mixtas, precorias et civiles et omnes alias quascunque actiones et jura michi pertinentes seu pertinencia in predictis vel pro predictis per me superius venditis, adversus quaslibet personas et adversus quoslibet detentores; constituens me, precario nomine predicti monasterii et priorisse et conventus sororum ejusdem monasterii predictarum, predictas res per me superius venditas, interim possidere, quousque de predictis possessionem acceperint seu nacti fuerint corporalem, quam apprehendendi et naccicendi dono eis, per se vel per alium quemcunque, plenam et liberam facultatem, quandocunque voluerint, me et meis irrequisitis et penitus inconsultis; renuncians super hoc, scienter et consulte, omni legi, omni juri, omni consuetudini et usui terre et specialiter illi legi que dicit quod si venditor in venditione deceptus fuerit ultra dimidiam justi precii, quod possit revocare venditionem vel agere ad justi pretii suplementum, et legi dicenti donationem excedentem summam quingentorum solidorum vel aureorum, sine insinuatione principis vel judicis factam, non valere, et alteri legi dicenti donationem quamcunque perfectam, posse, propter ingratitudinem donatarii, revocari, et etiam generaliter omni juri cum quo contra predicta venire possem vel aliquid predictorum, in solidum vel in parte. Preterea, super omnia bona mea juraque, mobilia vel immobilia, ubique presencia et futura, teneor et promitto de predictis omnibus universis et singulis per me superius venditis, per me et per omnes heredes meos et successores, presentes et futuros, facere predicto monasterio et priorisse et conventui sororum ejusdem monasterii predictis et vobis, fratri Guillermo Gauberti, procuratori predicto, pro ipsis ementi, stipulanti et recipienti, bonam et firmam guirentiam et legalem facere perpetuo et prestare ab omnibus amparatoribus, sine fraude et ab omnibus contradictoribus universis; et juris evictione inde teneri volo in perpetuum sine dolo.

Promitto insuper ego, Rogerius de Malaspina predictus, vobis, fratri Guillermo Gauberti, procuratori predicto pro dicto monasterio et priorissa et conventu sororum predictis, quod predictam vendicionem et omnia supradicta faciam laudare, aprobare et etiam confirmare Amale, uxori mee, et si quid juris haberet in predictis, rattione dotis sue vel sponsalicii vel alia aliqua ratione, absolvere predicto monasterio et priorisse et conventui sororum predictis, perpetuo, et quittare cum publico instrumento, mediante et interve-

niente ab ipsa uxore mea ad sancta Dei Evangelia juramento, quandocunque per vos vel per alium quemcunque procuratorem predicti monasterii fuero requisitus. Et omnia predicta universa et singula ego, Rogerius de Malaspina predictus, promitto tibi, Jacobo Capella, notario infrascripto, pro dicto monasterio et priorissa et conventu sororum ejusdem monasterii predictarum stipulanti et recipienti.

Horum omnium sunt testes : dominus Petrus Boneti, doctor decretorum, dominus Petrus Guillermi, rector ecclesie de Noerio, Petrus Ramundi Barta, domicellus de Lauraco, fratres Guillermus Amelii, Guillermus Ruphi, de ordine Predicatorum, et Jacobus Capella, notarius publicus Lauriaci, qui materiam hujus carte receperat; vice cujus et auctoritate domini senescalli Tholosani, ego, Arnaldus Martini, notarius publicus Castrinovi de Arrio, secundum tenorem materie notate per dictum notarium, quam inveni non cancellatam, prout melius et fidelius potui, hanc cartam in publicam formam redegi et signum meum apposui. (*signet.*) Et ego, Jacobus Capella, notarius predictus, me subscribo et solito signo meo signo. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 327.

385 Vibrand, 11 juin 1298.

Roger de Malaspina met le monastère en possession des propriétés achetées le 18 mai précédent (voir acte ci-dessus.)

Anno Domini M°CC° nonagesimo octavo, Philippo, rege Francorum, regnante, et Bernardo episcopo Appamiensi, III° ydus junii, noverint universi quod Rogerius de Malaspina, domicellus de Lauraco, qui dixit se vendidisse omnia jura et bona que habebat in villa de Vitbrando et de Pimariis, Sancti Andree de Ausilio, Sancti Saturnini dicte ville de Vitbrando, Sancti Martini de Fonte Yrcio, [in decimariis] Sancti Martini de Arborenchis, Sancti Johannis de Laneriovilla, Sancti Martini de Gaiano et de Causaco et territoriis dictarum villarum priorisse et conventui sororum inclusarum monasterii Beate Marie de Pruliano, prout in instrumento venditionis predicte, confecto per manum mei, Jacobi Capella, notarii infrascripti, plenius continetur, volens per traditionem rei perficere venditionem predictam, existens apud villam de Vitbrando induxit fratrem Guillermum Amelii, de ordine Predicatorum, ibidem presentem et recipientem nomine dicti monasterii, de mandato speciali fratris Bernardi de Turnis, prioris dicti monasterii, in possessionem dictorum bonorum et jurium, eidem fratri Guillermo Amelii quoddam conputum, in signum tradite possessionis omnium predictorum, eidem tradendo, promitens, sub obligatione omnium bonorum suorum, se facturum et curaturum quod dicto monasterio licebit habere et regere et possidere omnia supradicta, prout dicto monasterio sunt vendita per eundem, de precio dicte venditionis reputans se contentum et paccatum. Acta fuerunt hec apud Vitbrandum, die quo supra, in presencia et testimonio fratris Arnaldi Fureti dicti monasterii, magistri Arnaldi Pradelli, jurisperiti de Manso, Petri Raynardi de Ayrosio, Michaelis Baudomerii, consulis de Vitbrando, Guillermi Jordani, majoris diebus, Guillermi Jordani junioris, Ramundi Arnaldi, Guillermi Baudomar, Germani Jordani, Ramundi Jordani, Arnaldi Jordani, Petri Jordani, Johannis Lananerii, Guillermi de Vitbrando, et Jacobi Capella, publici notarii Lauriaci pro domino rege predicto, qui de predictis hanc cartam recepit, vice cujus et mandato, ego, Arnaldus Cameribosc, publicus notarius de

Manso ejusdem domini regis, eandem scripsi. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, eandem subscripsi et solito signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 326.

386 27 mars 1307.

Roger de la Tour, seigneur de Montauriol, donne au monastère tous ses droits sur Laurac, Besplas, Vitbrand, Lanerville, Boucenac, et fonde des prières pour lui et les siens, à Prouille.

Anno Domini millesimo trecentesimo septimo, Philippo, rege Francorum, regnante, Bernardo episcopo Appamiensi, sexto calendas aprilis, noverint universi, praesentes pariter et futuri, quod ego, Rogerius de Turre, clericus et condominus castri de Monteauriolo, cupiens prospicere saluti animae meae et dominae Veziatae, sororis meae, olim uxoris domini Amelii de Campolongo, militis de Lauraco, et coeterorum parentum meorum, perfecta et bona voluntate mea ad haec inductus, confero, ex devotione quam habeo erga monasterium B. Mariae de Pruliano et habere consuevi, titulo purae et simplicis donationis inter vivos factae, supradicto monasterio, scilicet sorori Albertinae, priorissae, et conventui ejusdem monasterii in perpetuum et vobis, domino fratri Arnaldo Johannis, priori ejusdem monasterii, et tibi, Jacobo Capella, notario infrascripto, pro ipsis priorissa et conventu stipulantibus et recipientibus, omnia bona mea, actiones et jura quae et quas habeo in castris de Lauraco et de Bellisplanis, et in villis de Vitbrando, de Fonteircio superiori, de Laneriovilla et de Fonteircio inferiori et de Boucenaco, et in decimariis et in territoriis castrorum et villarum praedictarum, et in decimariis de Arborenchis et de S. Stephaneto et de S. Christophoro, concedens dicto monasterio et dictis priorissae et conventui omnes petitiones et actiones et receptiones, deffensiones et jura, et omnia juris beneficia quae nunc mihi competunt et ex praesenti tempore mihi possunt competere in futurum pro eisdem; transferens a me in ipsam priorissam et conventum praefati monasterii omnes actiones et jura mihi competentes ad levandum, exigendum, possidendum praedicta, in ipsis juribus et actionibus, ipsam priorissam et conventum et vos, dominum priorem praedictum, et successores vestros constituens procuratores tanquam in rem vestram et dicti monasterii, eaque pro ipso monasterio et pro vobis, domino priore praedicto, et successoribus vestris me constituo possidere vel quasi, donans vobis, domino priori, nomine quo supra, stipulanti, plenam licentiam et authoritatem quod de praedictis per me dicto monasterio donatis, possitis corporalem vel quasi apprehendere possessionem, me praesente vel absente, me requisito et non requisito; nam potentiam praesto vobis et dicto monasterio nanciscendi praedictorum corporalem possessionem et quasi per vos vel alium, nomine monasterii supradicti, tradens in manibus vestris domino priori praedicto, directum meum in signum tradere (*sic*) et dicto monasterio possessiones praedictorum, promittens vobis, domino priori praedicto, et tibi, Jacobo Capella, notario praedicto, nomine quo supra, stipulantibus, me facturum et curaturum quod dicto monasterio et agentibus ipsius monasterii licebit habere, tenere et possidere vel quasi, in pace et sine contradictione, res praedictas et bona praedicta et singula praedictorum, super iis omnibus et singulis et specialiter de evictione dicto monasterio obligans me et mea ubique praesentia et futura.

Huic autem donationi [1] adjicio quod dicta priorissa et conventus praedicti monasterii teneant et tenere debeant in perpetuum, sumptibus suis, statim post mortem meam, unum presbyterum in dicto monasterio, qui in ipso monasterio pro omnibus meis et dictae dominae Veziatae, sororis meae, et parentum meorum [animabus] celebret missarum solemnia et alia divina, singulis horis et temporibus opportunis. Ad quem sacerdotem tenendum in perpetuum, [in] dicto monasterio, sumptibus ejusdem monasterii, ut dictum est superius, nos igitur, Arnaldus Johannis, prior praedictus, nomine quo supra, de assensu fratrum Guillelmi Amelii et Bernardi Barte, procuratorum dicti monasterii, obligamus omnia bona monasterii supradicti, quantum cum honestate fuerit opportunum.

In hac autem donatione et cessione [2] venerunt et veniunt, nominatim et expresse, omnes census, omnes obliae, omnes questae, omnes possessiones, omnia civaria, fromatgia, omnia conregia, foriscapia, laudimia et casalagia, quae et quas ego, Rogerius de Turre praedictus, habebam et habere poteram, tempore hujus donationis et cessionis, prout inferius exprimitur; et ultra haec, generaliter veniunt in hac donatione et in hac donatione venire intelligo omnia corporalia et incorporalia et quaecumque alia immobilia, servitutes et aliae res, quocumque nomine censeantur, quas ego habebam in castris, villis, decimariis et territoriis supradictis, prout melius ad utilitatem dicti monasterii poterit intelligi esse datum et dictum et concessum, praecipiens quoque universis et singulis feudatariis meis et aliis terram seu terras et possessiones a me tenentibus, quod, ex nunc in antea, eas teneant et recognoscant se tenere et tenere debere a dicto monasterio, ad jura et ad possessiones debitas et consuetas praestandas in perpetuum monasterio supradicto. Ab hac autem donatione excipio ego, Rogerius de Turre praedictus, et mihi retineo quaecumque (*sic*) ad usumfructum, quamdiu vixero, oblias et alias servitutes sive census earum rerum quas habebam, tempore hujus donationis, in castris de Lauraco et de Bellisplanis et in pertinentiis castrorum praedictorum, volens quod, cessante dicto usufructu post mortem meam, res praedictae in quibus, sicut praedictum est, fuerat assignatus, redeant [3] pleno jure penes monasterium supradictum.

Item, est sciendum quod ego, Rogerius de Turre praedictus, ab hac generali donatione excipio quoddam locale meum quod habeo in castro de Lauraco, situm prope castellum regium dicti castri, quod mihi et meis retineo ad faciendum de ipso locali, in perpetuum, meam et meorum omnimodam voluntatem — [4], promittens vobis, domino priori praedicto, nomine quo supra, stipulanti et recipienti, quod nunquam aliquid faciam quo minus praesens donatio plenum robur obtineat firmitatis; renuncians quoque ego, Rogerius de Turre praedictus, super hiis omnibus, legi dicenti donationem, quantumcumque perfectam, per ingratitudinem donatarii, revocari [posse], et alteri legi dicenti donationem excedentem summam quingentorum aureorum vel solidorum, sine insinuatione judicis vel principis factam, non valere, et generaliter omni alii juri, canonico et civili, per quod contra praedicta venire possem vel aliquid praedictorum, in solidum vel in parte.

Acta fuerunt haec in praedicto monasterio, anno et die quibus supra, in praesentia et testimonio fratrum

---

1. Imp. : *Hanc autem donationem.* — 2. Imp. : *Cessatione.* — 3. Imp. : *Renuncians.* — 4. Ici la copie porte cette phrase : *In eo documento enumerantur omnes et singulae Rogerii possessiones quas hic recensere non sinit prolixitas. In fine vero, Rogerius hoc addit :*

Guillelmi Aurelii, Petri de Stepenio, Arnaldi Olerii, Guillelmi Rufi, dicti monasterii, discreti viri magistri Arnaldi Pitrelli, de Manso, magistri Johannis Espera, notarii de Lauraco, Petri de Colomeriis, de Fanojovis, Andreae Grossi, de Fonteircio, Raymundi Ricardi, Guillelmi Jordani, de Vitbrando, et magistri Jacobi Capella, notarii publici Lauraci domini regis, qui hanc cartam recepit, vice cujus et mandato ego, Bernardus Tornerii, notarius publicus de S. Felice et totius senescalliae Tholosanae et Albiensis ejusdem domini regis, eamdem scripsi in quatuor petiis pergameni, simul una cum alia junctis. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, me subscribo atque solito signo meo signo.

Imprimé : *Gallia christiana*, t. XIII *inst.* col. 250.

387 Montgradail, 2 juin 1309.

Frère Bernard Bérenger, procureur de Prouille, confirme à Etienne Séguier, prêtre, l'achat d'une terre à Montgradail. Etienne Séguier déclare la tenir du monastère, en emphytéose, sous certaines conditions.

Noverint universi quod ego, Bernardus Berengarii, procurator monasterii Beate Marie de Pruliano, nomine prioris et priorisse et conventus predicti monasterii, laudo, pro tercia parte dominii, vobis, domino Stephano Siguerii, presbitero de Monte Gardallo, et omnibus vestris heredibus et successoribus, presentibus et futuris, bonam guirenciam et legalem, ex parte dominii, cujusdam pecie terre site in decimario Beati Andree de Monte-Gardallo, in loco vocato *ad Planum Rozaldi*, que confrontatur ab altano in via communi, a circio in tenencia Guillermi Berengarii, meridie in ripperia, aquilone in tenentia Bernardi Rogerii, quam vobis vendidit Geraldus Vitalis, de Limoso, precio undecim librarum et decem solidorum turon., prout in instrumento dicte vendicionis inde confecto per magistrum Ramundum Guilaberti, notarium Fanijovis, dicitur contineri, dans, nomine quo supra, pro tercia parte dominii, vobis et omnibus vestris heredibus et successoribus, presentibus et futuris, licenciam dandi, vendendi, inpignorandi vel aliter alienandi dictam peciam terre cuicunque volueritis, exceptis sacris clericis et militibus, salvo tamen jure et dominio dicti monasterii et aliorum condominorum loci de Monte-Gardallo in omnibus, et salvo jure retentionis secundum formam juris, et quod de singulis solidis vendicionis detur predicto monasterio et aliis condominis predictis unus denarius et pignoris obolus, et salvo servicio scilicet duabus punheriis et dimidia frumenti, ad mensuram de Monte-Gardallo, et uno cartone vini boni et puri sine aqua, oblialibus sive censualibus, dandis et solvendis, annuatim in perpetuum, dicto monasterio vel ejus procuratoribus et aliis condominis dicti loci de Monte-Gardallo vel suis pro parte quemlibet contingente, videlicet bladum in festo Beate Marie augusti, bonum, pulcrum, secum et novellum, et vinum in festo Omnium Sanctorum; et de foriscapio a vobis me teneo bene perpaccatum et contentum. Quam peciam terre predictam ego, Stephanus Siguerii, presbiter predictus, recognosco, pro me et meis, vobis, fratri Bernardo Berengarii, procuratori predicto, nomine dicti monasterii stipulanti et recipienti, tenere in emphiteosim a dicto monasterio de cetero, pro tercia parte dominii, ad oblias supradictas, quas promito solvere, annuatim in perpetuum, dicto monasterio vel suis procuratoribus et aliis condominis predictis vel suis in predictis festis, sicut dictum est superius. Actum fuit hoc in ecclesia dicti loci de Monte-Gardallo, anno Domini M°CCC° nono, Philippo, rege Francorum, regnante,

Galhardo episcopo Tholosano, quarto nonas junii. Hujus rey sunt testes : frater Arnaldus de Collo, ordinis Predicatorum, G^us Ade, Ramundus Rocha de Fenolheto, Bernardus Martini, Bernardus Cota, Ramundus Massac, Jacobus Sabaterii de Monte-Gardallo, et ego, Bernardus Tornerii, notarius publicus de Sancto-Felice et tocius senescallie Tholosane et Albiensis pro domino nostro rege Francorum, qui hanc cartam scripsi et signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 342.

XII. VILLEFRANCHE ET VENASTVILLE

388 Toulouse, samedi après l'Assomption, 18 août 1274.

Bertrand de l'Isle-Jourdain, évêque de Toulouse, donne au monastère de Prouille l'église de Venastville avec la chapelle de Villefranche et les droits qui leur appartiennent; il s'y réserve les droits épiscopaux et l'institution du chapelain, sur la présentation du couvent.

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod nos, Bertrandus, permissione divina episcopus Tholosanus, attendentes quod bone memorie Fulco, predecessor noster, fundaverat monasterium de Pruliano, nostre diocesis, et eidem monasterio et sororibus ejusdem loci, secundum regulam B. Augustini et instituta fratrum ordinis Predicatorum et sub cura eorumdem ibidem Deo famulantibus, contulerit multa bona in puram eleemosynam, ad earum indigentiam sublevandam, cupientes ejus vestigiis inherere, fundatum ab eo monasterium memoratum et, Deo favente, plurium sororum numero postmodum augmentatum, pluribus adhuc beneficiis ampliare volentes, exigentibus meritis dictarum sororum et devotionis affectu, quem eas intelleximus habere ad nos et ad ecclesiam Tholosanam, et ut orationum suarum necnon beneficiorum spiritualium, que fiunt per eas in dicto monasterio, participes fieri mereamur, [de] centesima seu quinquagesima bonorum ecclesie nostre ad conferendum nobis a jure concessa, amore Dei et pietatis intuitu et in puram eleemosynam, ecclesiam S. Marie de Venastvilla, cum capella de Villafranca ad eandem spectante, nostre diocesis, cum decimis, primitiis, et oblationibus et proventibus quibuscunque et aliis juribus quibuslibet pertinentibus ad easdem ecclesiam et capellam, predictis monasterio, priorisse et conventui, presenti et futuro, ejusdem monasterii donamus et concedimus ad habendum et possidendum in perpetuum pacifice et quiete, jus possessionis ac proprietatis earum in sepedictum monasterium et conventum totaliter transferentes, visitatione, correctione, procuratione, institutione et destitutione capellani earundem ecclesie et capelle, ab eisdem sororibus, priore monasterii predicti vel procuratoribus earundem presentati, et ejusdem sustentatione, necnon synodatico et cathedratico duntaxat nobis et successoribus nostris in perpetuum reservatis, concedentes eisdem presentes litteras, in premissorum testimonium, et

munimine sigilli nostri roboratas. Datum Tholose, sabbato post festum Assumptionis B. Marie, anno Domini M°CC°LXXIV°.

Copie : Bibl. Nat., ms fr. 8671, p. 122 v°.

389 — Toulouse, 19 août 1274.

Bertrand de l'Isle-Jourdain, évêque de Toulouse, charge Guillaume Jordanis de mettre le monastère de Prouille en possession de l'église de Venastville et de la chapelle de Villefranche.

Bertrandus, permissione divina Tholosanus episcopus, dilecto suo Guillelmo Jordanis, rectori ecclesie de Cogordanis, salutem in Domino. Cum nos ecclesiam S. Marie de Venastvilla cum capella de Villafranca ad eamdem spectante, nostre diocesis, cum juribus et pertinentiis suis, contulerimus, in puram eleemosynam priorisse et conventui monasterii B. Marie de Pruliano, nostre diocesis, mandamus vobis quatenus auctoritate nostra, priorem dicti monasterii vel ejus procuratorem, nomine dictorum monasterii, priorisse et conventus, inducatis et mittatis in corporalem possessionem et plenam supradictarum ecclesie et capelle, ratum et firmum perpetuo habituri quidquid per vos actum fuerit vel gestum in premissis ac si per nos personaliter esset factum; in cujus rei testimonium, presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Tholose, XIIII kalendas septembris, anno M°CC°LXXIIII°.

Copie : Bibl. Nat., Ms. fr. 8671, p. 122.

390 — Venastville, mardi avant la S. Thomas 17 décembre 1297.

Contrat entre le prieur de Prouille, B. de Turnes, et le recteur de Villefranche, Guillaume de Quintanel, délimitant les droits temporels du recteur.

Noverint universi quod nos, frater B. de Turnis, prior monasterii Beatae Mariae de Pruliano, nomine priorissae et conventus praedicti monasterii, conferimus, concedimus et assignamus vobis, domino Guillelmo de Quintanello, presbitero ad praesentationem nostram ordinato in rectorem et capellanum ecclesiae de Villafrancha, pro vestro beneficio, quandiu in rectoria steteritis supradicta, quod, in grangia praedicti monasterii de Venastvilla, victum vestrum decentem, secundum personam vestram et consuetudinem grangiae, habeatis, et pro aliis vestris necessariis habeatis omnes casuales proventus qui occurrerint in dicta ecclesia, prout vulgariter *manualia* appellantur, dum vos rector praefueritis [1] in eadem, scilicet legata personae vestrae et vestes mortuorum, et omnes oblationes obvenientes in praedicta ecclesia, exceptis dumtaxat obventionibus panis et vini et candelarum, quae monasterio remaneant supradicto, salvo quod de candelis praedictis possitis retinere, ad usum luminis in praedicta ecclesia, pro divino officio celebrando, cum quibus supradictis vos sitis contentus, cœteris bonis et juribus remanentibus ecclesiae sepedictae.

1. Ms : *profueritis.*

Item, ego, praedictus Guillelmus de Quintanello, praedicta omnia recipio et admito pro beneficio competenti, prout supra dicta sunt et caeteris bonis et juribus dictae ecclesiae reputo me contentum cum provisione mihi superius ordinata. In cujus rei testimonium, nos, prior praedictus, sigillum nostri officii et ego, Guillelmus praedictus, sigillum meum praesentibus duximus apponenda.

Datum in praedicta grangia de Venastvilla, die martis ante festum Sancti Thomae apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 179.

XIII. LIGNAIROLES ET SEIGNALENS

391 **Mirepoix, 15 octobre 1269.**

Guy de Lévis, seigneur de Mirepoix, pour le repos des âmes de sa famille et en considération de ses cousines Isabelle et Jacqueline, religieuses à Prouille, assigne au monastère deux censives, l'une de 8 muids d'orge à Lignairoles, l'autre de 2 muids d'orge au Villasavary.

Noverint universi, praesentes pariter et futuri, quod nos, Guido de Levis, marescallus Albigensis et dominus Mirapiscensis, divini amoris intuitu, ob remedium animae nostrae et animarum etiam inclitae recordationis domini Guidonis quondam, genitoris nostri, et dominae Johannae, genitricis nostrae quondam, et Isabellis, uxoris nostrae, et liberorum nostrorum, ac aliorum praedecessorum omnium et successorum nostrorum, de consilio, voluntate pariter et assensu dictae Isabellis, uxoris nostrae, damus, et titulo merae, simplicis et irrevocabilis donationis inter vivos factae, concedimus nunc et semper, in puram et perpetuam elemosinam, Domino Deo omnipotenti et gloriosae Virgini, matri ejus, et venerabili collegio sive conventui, praesenti vel futuro, sanctimonialium monasterii Beatae Mariae de Prolhano, diocesis Tholosanae, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum Praedicatorum viventium, et vobis, fratri Arnaldo Seguerii, priori dicti monasterii, pro priorissa et conventu et nomine dicti monasterii stipulanti et recipienti et vestrorum omnium successorum, octo modios ordei censuales vel bladi alterius aequivalentis, in quibus intelligimus illam elemosinam duorum modiorum frumenti, quam vobis faciebamus pro anima dicti domini patris nostri et parentum nostrorum quondam annuatim, fore inclusam et in dicta summa vobis nunc per nos data, comprehensam, ita quod ad ipsam praestandam vobis nec nos nec nostri ulterius teneamur; immo si quaedam instrumenta vel litterae a nobis vel praedecessoribus nostris super dictis duobus modiis frumenti unquam fuerunt concessae vel datae, pro vanis, nullis et cancellatis a modo habeantur; quos octo modios ordei, modo praedicto, vobis ponimus, constituimus et assignamus et dicto monasterio habere in perpetuum, ad rectam mensuram et consuetam Mirapiscensem, apud bastidam nostram novam de Lynairollis et ejusdem pertinentias universas; quod bladum praedictum faciemus vobis et rectoribus, qui erunt pro tempore, dicti monasterii, in dicto loco dare et solvere per homines et bajulos nostros, ibidem, annis singulis, in messibus indilate, promittentes insuper quod, si praedicti octo modii de dicto loco non possent

haberi per vos vel alium, loco vestri, aliquo casu fortuito vel etiam emergenti, quod nos ipsos de nostro orreo apud Mirapiscem persolvi faciemus, tempore supradicto, et ipsos in dicto orreo nostro etiam assignamus quousque in aliquo alio certo loco nostro, dicto monasterio magis propinquo vel vicino, assignaverimus competenter; et ad haec nos obligamus et nostros et etiam bona nostra, ordinantes et statuentes, de consilio tamen et voluntate vestri, praedicti prioris, quod duae consanguineae nostrae Isabellis et Jaquelina, quae sunt in dicto monasterio moniales, habeant et percipiant in dicto redditu sive elemosina vobis per nos data et concessa, sexaginta solidos turon., quaelibet eorum annuatim, dum vixerint, ad opus indumentorum vel aliorum necessariorum suorum.

Quae omnia ego, dictus prior, volo et concedo et profiteor, ut est dictum, fore facta de meo assensu et etiam voluntate, et ad haec me et dictum monasterium obligo et meos etiam successores.

Insuper, damus et concedimus nos, Guido praedictus, modo et forma superius annotata, praedicto monasterio et dictis priorissae et conventui, intuitu pietatis et helemosinae, nunc et semper, illos duos modios ordei censuales annuatim, quos faciunt et tenentur nobis et nostris facere communitas seu universitas vel homines universitatis castri de Vilario, prope Fanumjovis, et cum praedictis duobus modiis ordei, quidquid juris, actionis, rationis habemus vel habere debemus, aliquo modo vel ratione, apud Vilarium supradictum et ejus terminos et pertinentias, ratione vel occasione dictorum duorum modiorum ordei, vel contra universitatem praedictam vel homines. Quas donationes per nos et nostros promittimus ratas et firmas habere et tenere, imperpetuum, nec aliquo tempore contra facere vel venire aut venire permittere, ullo modo, tali tamen conditione apposita dictam donationem et collationem de dictis decem modiis ordei vobis et vestris successoribus et dicto monasterio facimus, ut superius est expressum, quod, si dictos duos modios frumenti vos vel vestri successores vel alius, vice et nomine vestro vel eorumdem, in judicio vel extra, a nobis vel nostris successoribus aliquo tempore petieritis, quod habeamus, nos et nostri haeredes et successores, retentionem de dictis decem modiis ordei, non obstante concessione et donatione vobis de eisdem per non facta, et praesens instrumentum extunc pro vano, cancellato et nullo penitus habeatur. Quae omnia, ut rata, firma et stabilia nunc permaneant et etiam in futurum, praesentem paginam nos, Guido de Levis, et Isabellis, uxor ejus, praedicti sigillorum nostrorum impressione fecimus communiri. Actum et datum apud Mirapiscem, idus octobris, anno Incarnationis Christi millesimo ducentesimo sexagesimo nono.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, p. 145.

392

Vendredi après la Saint-Grégoire, 15 mars 1302.

Eustache de Lévis, seigneur de Florensac, s'engage à payer au monastère une partie de la rente que ses parents lui servaient sur leurs biens de Lignairoles, et il l'assigne sur ses propriétés de Seignalens.

Anno Incarnationis dominice millesimo tricentesimo secundo, regnante domino Philippo, rege Francorum, et die veneris post festum B. Gregorii qua intitulatur idus martii, ex hujus instrumenti publici serie universis pateat, tam presentibus quam futuris, quod, cum nobilis vir, dominus Guido de Levis condam bone memorie, dominus Mirapiscensis, et nobilis domina Ysabellis, condam uxor sua, et post decessum eorum-

dem, liberi sui et heredes darent et dare consuevissent in helemosinam conventui sanctimonialium monasterii Pruliani seu procuratori earumdem, annis singulis, octo modia ordei apud Mirapiscem seu apud Linayrolas, ad mensuram Mirapiscis, ratione cujusdam pie donationis per ipsos nobiles conjuges dudum dictis conventui et monasterio facte, ut in litteris ipsorum conjugum patentibus, ibi in presentia infrascriptorum contrahentium ac testium exhibitis, et per me, subscriptum notarium, perlectis, non viciatis, nec cancellatis, nec in aliqua parte sui obolitis, sigillis pendentibus ipsorum nobilium conjugum, ut prima facie aparebat, sigillatis, plenius dinoscitur contineri, juxta quarum litterarum continentiam dictam helemosinam ipsi conventui, presenti atque futuro, sub forma *preambula* ipsi conjuges et eorum successores tenebantur perpetuo elargiri, demum, facta inter dictos liberos divisione suorum bonorum, ex pacto et conventione expressis et in ipsa divisione inhitis, ad partem nobilis viri, Eustachii de Levis, domicelli, domini de Florenciaco filiique dictorum nobilium conjugum condam, devenit hoc honus videlicet quod ipse Eustachius, ut ipse idem ad predicta omnia presens et concenssiens asseruit et confessus fuit verum esse, debet, astrictus est et tenetur de dictis octo modiis dicto conventui eterniter annuatim septem modios erogare.

Eapropter, nunc predictus Eustachius recognoscens se majorem esse annis viginti, vigore presentis divisionis et pactorum in ea inhitorum, libera ac spontanea voluntate, non coactus nec deceptus nec ab aliquo circumventus, pro se et suis successoribus, promisit, firmo pacto et sollempni stipulatione, religioso viro, domino fratri Arnaldo Johannis, priori Pruliani, presenti et habenti, ut asseruit, generalem ac liberam dispenssationem et administrationem bonorum ipsius monasterii, et michi, notario publico infrascripto, ut publice persone, vice et nomine dicti conventus, presentis atque futuri, stipulantibus et recipientibus, se et suos successores dictos septem modios ordei dicto conventui seu ejus procuratori, annis singulis, in festo B. Marie augusti precise et in perpetuum soluturos in villa sua de Semalenxis, Appamiensis dyocesis, ad dictam mensuram de Mirapiscis, vel valorem dicti bladi, secundum quod tunc valebit bladum apud Mirapiscem; et si in dicto festo non fiat solucio sed differatur, quod, quandocumque fiat post dictum festum dicta solutio, fiat estimatio bladi predicti, si pecuniam dictus Eustachius pro dicto blado solvere voluerit, secundum quod eo tempore quo solvetur, valebit apud Mirapiscem; in se honus solutionis dicti bladi seu ejus pretii sub dicta forma sponte et in eternum, per se et suos successores, suscipiens modo et forma antedictis; obligans exinde pro omnibus hiis et singulis idem Eustachius prefato domino priori et michi, notario publico infrascripto, pro dicto conventui, presenti et futuro, stipulantibus et recipientibus, ut dictum est, expresse et specialiter, se et omnia in solidum bona sua, sub omni renunciatione pariter et cautela, renuncians preterea in hiis omnibus, expressim et consulte, beneficio minoris etatis et restitutionis in integrum omnique alii juri, canonico et civili, promulgato vel in posterum promulgando, et omni auxilio et privilegio per que contra predicta vel aliquid de predictis posset venire et juvari, vel aliqua de premissis infringere aliquatenus vel cassare in solidum vel in partem.

Cumque ipse Eustachius ettatem legitimam viginti quinque annorum nondum haberet, ut dixit, et sicut per aspectum ipsius satis liquet, ut predicta omnia et singula securius et firmius perpetuo in suo robore perseverent, promisit, obligatione omnium bonorum suorum conssimili repetita, sua firmiter bona fide, dicto domino priori et michi, notario sicut publice persone, quod, cum ad etatem hujusmodi ipse Eustachius devenerit, ad requisitionem primam ipsius prioris vel ejus, qui fuerit pro tempore, successoris

ve procuratoris ejusdem, predictam promissionem, recognitionem et obligationem, cum omnibus antedictis et cum instrumento, de novo faciet vel confirmabit, ratificabit et etiam aprobabit omnia antedicta ad voluntatem prioris ipsius seu ejus procuratoris, prout utilius fuerit faciendum, non mutata substantia, ad notitiam sapientis. Et nichilominus, ad majorem firmitatem habendam omnium premissorum, pro omnibus universis et singulis supradictis tenendis perpetuo et servandis, dedit et prestitit idem Eustachius dicto domino priori, sicut bonum fidejussorem et principalem paccatorem, videlicet nobilem virum, dominum Lambertum de Thureyo, dominum Saxiaci, socerum suum, presentem et concenssientem, quem, sub rerum suarum ypotheca, promisit custodire indempnem de obligatione quam pro ipso faciet in hac parte. Qui prefatus dominus Lambertus, sub renunciatione de principali prius conveniendo et beneficio dividende actionis et cujuslibet alterius juris, quibus expresse renunciavit ex certa scientia et grataanter, se et suos et omnia bona sua erga dictas sanctimoniales, monasterium et sepedictum dominum priorem ac me, notarium pro ipsis, ut dictum est, stipulantem, fidejussorie et principaliter, ad preces et instantiam dicti Eustachii, obligavit, se constituendo fidejussorem eisdem et principalem paccatorem pro omnibus et singulis antedictis nomine sui generi predicti, hac protestatione premissa quod, quando ipse Eustachius effectus fuerit etatis viginti quinque annorum et predicta omnia confirmaverit de novo et ratificaverit, quod prefatus dominus Lambertus a predicta obligatione et fidejussione sit immunis et remaneat totaliter liberatus. Quam quidem concessionem, obligationem et omnia universa et singula supradicta dictus dominus prior Pruliani, quo supra nomine, sub modo et forma predictis, acceptavit, illa omnia rata habens pariter atque grata. Hujus rei sunt testes : dominus Jordanus de Glujano, miles de Laurano, Raymundus de Varanis domicellus, dominus de Aragone, Petrus de Petra, domicellus dicti domini Lamberti, et frater Petrus Blasini, de ordine fratrum Predicatorum, residens Pruliani, et ego Petrus Bolharoti, de Saxiacho, notarius publicus domini regis totius senescallie Carcassone et Biterrensis et de Saxiacho, qui rogatus et requisitus a predictis contrahentibus, hanc cartam recepi, scripsi et in hanc formam publicam reddegi et signum meum apposui ; et superius in XXII^a linea, a prima superiori inferius numerando, suprascripsi *et futuro*. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 327.
COPIE : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, p. 187.

XIV. HAUT-RAZÈS ET PAYS DE SAULT

393 **1213.**

Lambert de Thury, seigneur de Puivert, donne au monastère un cazal, trois araires, huit arpents de terre et un droit de dépaissance à Puivert.

*Universis presentes litteras inspecturis, **Lambertus de Thuri, dominus Podiiviridis, salutem in Domino.*** Ad universitatem vestram volumus pervenire nos dedisse et concessisse, divinae intuitu pietatis et ob remissionem peccatorum nostrorum, Deo et domui Beatae Mariae de Prulano, juxta Fanumjovis sitae, casale Podii, situm in terminio Podiiviridis, cum omnibus pertinentiis ejusdem casalis, et cum ipso casali, terras aptas ad culturam, ita quod per totum, scilicet tam de terra casalis quam de alia apta ad colendum, habeat praedicta domus tantum terrae quantum tria aratra poterunt sufficienter colere annuatim ; et hoc sit de propinquioribus terris quae infra terminium Podiiviridis poterunt inveniri. Praeterea, damus et concedimus quatuor arpenta terrae ad plantandam vineam et tantumdem ad opus prati infra terminium castri praedicti. Concedimus similiter quod animalia praedictae domus possint libere pascere in totis pascuis terrae nostrae. Et omnia supradicta, sicut melius dare possumus et concedere, damus et concedimus praedictae domui et fratribus aliisque ibidem Domino servientibus, in puram et perpetuam eleemosynam, et per omnia tempora libere possideant et quiete. Quod ut ratum sit et semper inconcussum permaneat, sigilli nostri munimine duximus confirmandum, anno Domini millesimo ducentesimo decimotertio.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 51 v°.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. I, p. 358.

394 Puivert, 21 avril 1216.

Pierre de Vic, seigneur du Quercorbes, donne au monastère la *villa* de la Redorte, sise sous Sainte-Colombe, avec droit de pacage dans toute sa terre du Quercorbes et de coupe dans ses forêts. En retour, frère Noël, prieur de Prouille, admet au bénéfice des prières et des bonnes œuvres du monastère l'âme de Philippe de Vic, Pierre, le donateur, et leurs parents.

Notum sit omnibus hominibus, haec audientibus sive hanc cartam legentibus, quod ego, Petrus de Vico, per me et per omnes successores meos, bono animo ac spontenea voluntate, motus amore Dei, dono et trado in perpetuum, pro pura eleemosina, Deo et Sanctae Mariae de Prolano et loco ipsius et priori Natali ejusdem loci et Dominico, Oxomensi canonico, et cunctis fratribus et sororibus, praesentibus et futuris, ibidem manentibus et cunctis aliis locis domui Sanctae Mariae de Prolano respondentibus et servientibus, pro anima fratris mei, Philippi de Vico, ut Deus dimittat sibi omnia peccata sua, si placitum illi fuerit, videlicet totam villam de la Redorta, quae est sub Sancta Columba, cum omnibus suis terminiis et pertinentiis, et cum omnibus suis dominationibus, terras cultas et incultas, introitus et exitus, boscos et bartas, aquas, rivos, riparias, pascua et terrae merita, arbores fructiferas et infructiferas, et generaliter omnia in omnibus usui hominum pertinentia. Cum ista praesenti carta, in bonam et firmam possessionem semper valituram, locum Sanctae Mariae de Prolano et priorem et fratrem Dominicum et omnes fratres et sorores, praesentes et futuros, ego, Petrus de Vico praedictus, dominus de Quercorbes, mitto ad habendum et tenendum et semper possidendum, ad suam voluntatem semper ibi faciendam, pro anima fratris mei, Philippi de Vico.

Et, ultra haec, dono in perpetuum fratribus et sororibus, praesentibus et futuris, Sanctae Mariae de Prolano et priori ejusdem loci, per totam meam terram de Quercorbes, paixivium animalibus suis et peccoribus et peccudibus omnibus et talivium per omnia nemora, ad omnem suam voluntatem; et ego ac mei successores erimus semper de omnibus praedictis boni guirentes de omnibus amparatoribus, bona fide et sine omni dolo. Haec autem omnia praedicta dono et trado in perpetuum, sine omni retentu, pura eleemosina, amore Dei, loco et domui Sanctae Mariae de Prolano et priori et fratribus et sororibus, praesentibus et futuris, ejusdem loci, pro anima fratris mei, sicut melius habuit et tenuit vicecomes Bitterris et illi pertinuit ac pertinere debuit, aliquo jure seu aliqua ratione sive voce vel consuetudine.

Et ego, Natalis, prior Sanctae Mariae de Prolano, per me et per omnes fratres et sorores, praesentes et futuros, recipio animam vestri fratris Philippi de Vico, et vos ipsum, Petrum de Vico, et antecessores vestros, in omnibus orationibus nostris et bonis quae ibi fiunt et semper fient.

Testes hujus sunt : Baudovinus capellanus de Podio viridi, Amelius de Lerano diaconus, Gualeranus, frater domini Petri de Vico, Bernardus Barbadixosas, Raimundus Bertranni dixosas. Facta carta ista undecimo kalendas maii, feria quarta, anno ab Incarnatione Christi millesimo ducentesimo decimo sexto, regnante Philippo, rege Francorum. Arnaldus Sancii de Lauriaco, scriptor publicus de Fanojovis, in castro de Podio viridi scripsit.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 23.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 32.

*** 395** 1266.

Blanche de Niort, prieure de Prouille, fille et héritière de feu Bertrand de Niort, chevalier, et de dame Misse, réclame, en son nom et au nom de sa mère, à Roger de Niort, fils de Bertrand, et à Sauremonde, sa femme, la moitié de Gebetz, Gramazies, Belcaire, au pays de Sault.

Original : Arch. de l'Aude. (Document perdu [1].)

*** 396** Carcassonne, 19 mars 1271.

Pierre de Montbrun, archevêque de Narbonne, donne procuration à Pierre Roger de Durfort, son vicaire dans le Razès et le Fenouillèdes « *ad faciendum et ordinandum ibidem, in temporalibus, illa omnia tam circa jurisdictionem quam alia, que per nos fieri deberent et possent,* » à l'effet de vendre quelques terres au monastère de Prouille.

Original : Arch. de l'Aude. (Document perdu [2].)

*** 397** 1276.

Item, un acte de l'an 1276, contenant accord d'entre dame Misse, veuve de Bertrand d'Aniort, chevalier, comme tutrice de Raymond d'Aniort, son fils, et le monastère de Prouille tant en son nom que au nom de Blanche, religieuse du dit monastère, fille desdits Aniort et Misse d'une part, — et le sieur Pierre Roger d'Aniort, chevalier, et dame Sauremonde, sa femme, fille du sieur Bertrand d'Aniort, d'autre part, pour raison de la moitié des lieux de Gebetz et Galinagues et Belcaire assis dans la terre de Sault, et pour raison de la terre d'Alion et autres biens que le sieur Roger et sa femme avaient de l'héritage du dit Aniort; par lequel accord ou sentence arbitrale les dits lieux de Gebetz et Galinagues furent adjugés audit Pierre Roger et Sauremonde sa femme, ensemble tout ce qu'ils avaient aux dits lieux, comme aussi ce qu'ils avaient au lieu de Belcaire et terre d'Alion. Coté nº 33.

Bibl. munic. de Narbonne. Inventaire Roques, t. III, p. 342.

*** 398** 1277.

Item, un acte de l'an 1277, par lequel Blanche, femme du sieur Géraud de Roquefort, du consentement de son mari, confirma la transaction faite entre son dit mari et dame Misse veuve de Bertrand d'Aniort, au nom de Raymond d'Aniort, son fils, et le sieur frère Arnaud Seguier, prieur du monastère de Prouillan, au nom de Blanche, religieuse dudit monastère, fille et héritière en partage dudit feu Bertrand d'Aniort, pour raison des biens qui avaient appartenu à noble Raymond d'Aniort, son père, avec quittance générale de toutes les prétentions qu'elle avait sur le moulin de Sauzils, assis sur la rivière d'Aude, et de tous autres droits qu'elle pouvait avoir sur les lieux de Belcaire, Bastide de Belvis, terre d'Alion et de Sault, excepté les lieux de Gebetz et de Galinagues, le tout en faveur du monastère dudit Prouillan, en faveur duquel elle se départit des droits qu'elle avait aux dits lieux de Gebetz et de Galinagues, à elle ad-

---

1. Cette charte, vue et résumée par le R. P. Balme aux Archives de l'Aude, n'a pas pu y être retrouvée.
2. Cf. la note précédente.

venus par la succession de Raymond d'Aniort ensemble, de la leude de Quillan et de tous et chacuns les droits seigneuriaux qu'elle avait auxdits lieux. Coté n° 15.

Bibl. munic. de Narbonne. Invent. Roques, t. III, p. 331.

· 399 1277.

Item, un acte du même an, dans lequel est dit dispute être lors entre dame Misse, veuve du sieur Bertrand d'Aniort, tant pour elle que comme tutrice de Raymond d'Aniort, son fils, et le sieur frère Arnaud Seguier, prieur du monastère de Prouillan, au nom de Blanche, religieuse du dit monastère, fille et héritière dudit Bertrand d'Aniort, d'une part, et le sieur Guiraud de Roquefort, pour soi et pour Blanche, sa femme, le sieur Pierre d'Urban pour soi et pour Guillelme, sa femme, et Guillaume de Sauton, d'autre part, pour raison des biens de feu Ramond d'Aniort, et révocation de certaines sentences données sur le possessoir en la cour royale de Carcassonne, sur quoi fut fait l'accord suivant, savoir :

que ledit prieur et ladite Misse quittaient aux dits Guiraud de Roquefort et Guillaume de Sauton tout le droit qu'ils pouvaient avoir et leur était advenu par la succession dudit feu Raymond d'Aniort, sur le lieu de Sauzils, excepté le moulin de Sauzils, assis sur la rivière d'Aude, comme aussi tout ce que, par la succession dudit Raymond d'Aniort, ils avaient au terroir d'Artigues et aux lieux de Tourreilles et de Planvilla, avec cette condition que les compositions jadis faites entre ledit prieur, ladite dame Misse, Raymond de Belpech, Pierre Roger d'Aniort et sa femme, demeureraient en leur force ; quittaient aussi, par même moyen, aux dits de Roquefort et Sauton la censive on pension de certaines terres que ledit Raymond d'Aniort avait aux lieux de Leuc et de Preixan ;

et les dits Guiraud de Roquefort et Guillaume Sauton, tant pour eux et aux noms que dessus, quittaient aux dits prieur et dame Misse tout ce que ledit Raymond d'Aniort avait au dit moulin de Sauzils, comme aussi quittaient à la dite Misse tout ce qu'ils avaient au lieu de Belcaire et bastide de Belvis, en la terre d'Alion et en la terre de Sault, excepté les lieux de Gebetz et Galinagues ; et par même moyen, quittaient au dit prieur de Prouillan, tout ce qu'ils avaient aux dits lieux de Gebetz et Galinagues et en la leude de Quillan, au moyen de la succession dudit Raymond d'Aniort, avec toutes sortes de droits seigneuriaux, avec cette convention que le rachat de la bastide de Belvis, engagée au sieur Guillaume de Marsan, chevalier, se ferait à frais communs entre parties, avec cette faculté réciproque aux parties de pouvoir prendre du bois et faire paître le bétail, l'un dans le terroir de l'autre. Coté n° 16.

Bibl. mun. de Narbonne. Inv. Roques, III, 331.

· 400 1278.

Item, un acte de 1278, par lequel les religieuses du couvent de Prouillan, diocèse de Thoulouze, en nombre de 73 religieuses, cédèrent, donnèrent, et résignèrent au sieur archevêque de Narbonne tous les droits qu'elles avaient, par titre de fief honorable, aux lieux et terroirs de Gebetz et Galinagues, assis en la terre de Sault. Coté n° 21.

Biblioth. mun. de Narbonne. Inventaire Roques, t. III, p. 341, v°.

XV. FONDS DE LIMOUX

401 Carcassonne, le 17 avril 1207.

Bérenger, archevêque de Narbonne, donne au monastère de Prouille l'église de Saint-Martin de Limoux, n'y retenant que ses droits épiscopaux.

In nomine Domini. Notum sit omnibus praesentem paginam inspecturis, quod nos B., Dei permissione Narbonensis archiepiscopus, consensu et voluntate sociorum nostrorum, damus et libere concedimus per nos et successores nostros, in redemptione animarum nostrarum, priorissae et monialibus noviter conversis monitis et exemplis fratris Dominici Oxomensis sociorumque ejus, habitantibus nunc et in perpetuum in castro Fanojovis et in ecclesia B. Mariae de Pruliano, Tholosanae diocesis, ecclesiam B. Martini de Limoso, nostrae diocesis, in Reddesio, cum omnibus decimis et primiciis territorii de Taxo eidem contigui, cum oblationibus et cum omnibus juribus suis et pertinentiis, jure perpetuo integre possidendam ; et dictas moniales et, per ipsas et nomine earum, fratrem Dominicum et fratrem G. Clareti, cum traditione praesentis cartae, in possessionem mittimus, salvo tamen jure episcopali nobis et successoribus nostris tam in cathedratico quam in procurationibus et visitationibus et in commissione curae animarum illi sacerdoti, qui a dictis monialibus vel aliquo fratre, loco earum, nobis vel nostris successoribus fuerit praesentatus. Ut autem omnia supradicta omni firmitate subnixa permaneant, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum est hoc Carcassonae, in domo domini episcopi, anno Domini M°CC°VII°, xv° kalendas maii.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 31.
Ibid. f° 31. (Vidimus par Conrad, cardinal-évêque de Porto [1].)
Imprimé : Balmé, *Cart. de S. Dominique*, t. I, f° 154.

---

1. « Noverint universi, presentem paginam inspecturi, quod nos, C., miseratione divina Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus, apostolicae sedis legatus, vidimus litteras venerabilis patris B., bonae memoriae Narbonensis archiepiscopi, sigillo ipsius pendente munitas, nobis per fratrem Bertrandum, priorem fratrum Praedicatorum in Provincia praesentatas, sub hac forma. — Actum est hoc Biterris, in aula domini episcopi, anno Domini M°CC°XXIII°, quinto kalendas aprilis. »

402 Limoux, 19 mars 1208.

Isarn d'Aragon, au nom de Bérenger, archevêque de Narbonne, met le couvent de Prouille en possession de l'église Saint-Martin de Limoux.

Notum sit cunctis haec audientibus, quod ego, Isarnus de Aragone, mandato et authoritate venerabilis patris nostri B., Narbonensis archiepiscopi, tradidi priorissae et monialibus conversis monitis et exemplis fratris Dominici sociorum que ejus, commorantibus et in perpetuum commoraturis in castro Phanijovis et in ecclesia B. Mariae de Pruliano, Tholosanae diocesis, ecclesiam S. Martini de Limoso, Narbonensis diocesis, quae est in Redesio, cum omnibus juribus et pertinentiis suis ac decimis, primitiis totius territorii B. Martini de Limoso et territorii de Taxo, eidem contigui, et oblationibus et omnibus obventionibus; et nomine dictarum monialium, fratrem Willelmum Clareti in corporarem possessionem misi, ut dictae priorissa et moniales dictam ecclesiam habeant et possideant in perpetuum, cum decimis et primitiis supra nominatis.

Actum est hoc in praesentia domini B. Raimundi, electi sedis ecclesiae S. Nazarii Carcassonae, et Arnaldi, capellani de Villaflorano, et Raimundi Seguini et B. de Pulchrofacto et Guillelmi Ferrioli et Bertrandi Gairaldi et Raimundi Arnaldi et Raimundi Clerici, in Reddesio archipresbyteri, et Raimundi de Callavo notarii publici Carcassonae, qui hoc scripsit, quinta feria, decimo quarto kalendas aprilis, rege Philippo regnante, anno millesimo ducentesimo octavo Incarnationis dominicae. Et quia sigillum meum non porto, sigillo magistri Isarni de Conchis qui ad hoc praesens fuit, praesentem cartam sigillavi.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 27.
Imprimé : Balme, *Cartul. de S. Dominique*, t. I, p. 200.

403 mars 1217.

Alboin, abbé de Saint-Hilaire, et Saint Dominique confirment la sentence arbitrale portée au sujet de leur différend par Tedisius, évêque d'Agde. L'église Saint-Martin de Limoux sera possédée par les Frères Prêcheurs, sous réserve d'un cens de trois muids de blé à payer au monastère de Saint-Hilaire.

Notum sit omnibus hominibus, tam praesentibus quam futuris, quod ego, Alboynus, Dei gratia abbas Sancti Ilarii, et prior noster, Anselmus, cum consilio et voluntate conventus ejusdem monasterii sancti Ilarii, approbamus et confirmamus transactionem seu compositionem factam inter nos, ex una parte, et fratrem Dominicum, priorem S. Romani, et G. Clareti et alios fratres Praedicationis ecclesiae S. Romani, ex altera, in manu et potestate scilicet domini Tedisii, episcopi Agathensis, in quo a nobis et ab ipsius fuerat compromissum, sub poena centum marcharum argenti. Quae compositio seu transactio talis est quod nos, abbas jamdictus et conventus monasterii S. Ilarii, et successores nostri pleno jure habeamus et possideamus in perpetuum monasterium S. Ilarii, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ubicumque sint, excepta ecclesia de Limoso, quam frater Dominicus praedictus, prior S. Romani, et G. Clareti et alii jamdicti fratres Praedicationis habeant et teneant in perpetuum, cum omnibus juribus suis et pertinentiis, sub annuo censu praestando nobis et jamdicto monasterio et nostris omnibus successoribus ab ipsis et ab omnibus eorum successoribus in perpetuum, videlicet trium modiorum frumenti, ad mensuram de Limoso, quos nobis ple-

narie debent deferre singulis annis, sine aliquibus sumptibus nostris, in monasterio antedicto. Quod ut in perpetuum observetur firmiter, praesentem cartam sigilli nostri munimine roboravimus.

Et nos, frater Dominicus, prior S. Romani, et G. Clareti, cum consilio et voluntate totius capituli et fratrum nostrorum S. Romani et de Prolano, praedicta omnia concedimus, approbamus et confirmamus per hanc publicam scripturam, et promittimus in verbo veritatis quod contra non veniamus aliquo jure divino vel humano ; et ut haec omnia in perpetuum robur obtineant, praesentem paginam sigillorum nostrorum munimine communimus.

Et ego, jamdictus abbas S. Ilarii et prior noster, Anselmus, et conventus promittimus in verbo veritatis quod contra praedictam compositionem seu transactionem non veniamus aliquo jure divino vel humano.

Et nos, Dei gratia abbas Clusinus et S. Salitoris minister, cum consilio et voluntate conventus nostri, praedictam compositionem seu transactionem concedimus, approbamus et confirmamus. Quod ut perpetuo et inviolabiliter observetur, praesentem cartam impositione sigillorum nostrorum et capituli roboramus.

Factum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo decimo septimo, mense martii, feria sexta, regnante Philippo rege.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 71, p. 324.
Imprimé : Balme, *Cartul. de S. Dominique*, t. II, p. 117.

404 Marseille, 26 novembre 1218.

Guillaume Claret, prieur de Prouille, ayant porté plainte auprès de l'archevêque de Narbonne, Arnaud, contre les moines de Saint-Hilaire, l'archevêque charge Bernard de Roquefort, évêque de Carcassonne, de faire une enquête et, s'il y a lieu, de remettre les religieuses de Prouille en possession de l'église Saint-Martin de Limoux.

Frater A., Dei gratia Narbonensis archiepiscopus, venerabili ac karissimo fratri B., eadem gratia Carcassonensi episcopo, salutem et sinceram in Domino karitatem. Vestrae discretioni praesentibus intimamus quod frater G. Clareti, prior monasterii B. Mariae de Pruliano, Tholosanae diocesis, nobis conquerendo monstravit quod, cum priorissa et moniales praefati monasterii essent in possessione ecclesiae Beati Martini de Limoso, nostrae diocesis, abbas et monachi monasterii Sancti Ylarii, vestrae diocesis, praedictam ecclesiam violenter invaserunt et fratres qui ipsam ecclesiam, nomine praedictarum priorissae et monialium, tenebant et possidebant, per violentiam de eadem expulerunt. Ideoque discretionem vestram rogamus attentius nihilominus vobis mandantes quatinus ad jamdictam ecclesiam accedentes, convocatis tam abbate et monachis quam priore praefatis, veritatem de omnibus quae dictus prior coram nobis proposuit, diligenter inquiratis, et, si invenire poteritis quod praedicti abbas et monachi jamdictas priorissam et moniales taliter spoliaverunt, praedicto fratri G. Clareti, priori, nomine earumdem priorissae et monialium, possessionem dictae ecclesiae, sine morae dispendio, restitui faciatis. Datum Marsiliae anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo, sexto kalendas decembris.

In cujus rei testimonium, praesentibus sigillum nostrum duximus apponendum.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f. 28 v°.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 203.

405 Limoux, 13 avril 1219.

Bernard de Roquefort, évêque de Carcassonne, par mandat de l'archevêque de Narbonne, remet le monastère de Prouille en possession de l'église Saint-Martin de Limoux.

Pateat universis, praesentem paginam inspecturis, quod nos, B., divina permissione Carcassonae episcopus, mandato et auctoritate venerabilis patris nostri A., Dei gratia Narbonensis archiepiscopi, restituimus possessionem ecclesiae Beati Martini de Limoso, cum omnibus juribus suis, fratri Guillelmo Clareti, priori et procuratori monasterii B. Mariae de Pruliano, Tholosanae diocesis, nomine priorissae et conventus ejusdem monasterii ; quam possessionem dominus Alboynus, abbas, et monachi monasterii Sancti Ylarii, Carcassonensis dioecesis, per violentiam occupaverant, et fratres qui, nomine dictarum priorissae et conventus, dictam ecclesiam possidebant, de eadem per violentiam expulerant; ideoque praedictam restitutionem facimus secundum mandatum superius expressum.

Actum est hoc in villa de Limoso, in capella, in praesentia domini abbatis Alboyni et domini Ysarni de Aragone, archidiaconi Carcassonensis, et domini Ysarni de Conchis, archidiaconi Narbonensis in Redesio, Bernardi de Flaciano, Peregrini de Flaciano, Arnaldi Sancii de Lauriaco, Guillelmi Grimaudi de Fanojovis, anno Domini millesimo ducentesimo decimo nono, idus aprilis.

In cujus robore, praesentem paginam sigilli nostri munimine communimus.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 29 v°.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 275.

406-408 Limoux, 6 octobre 1222.

Arnaud, archevêque de Narbonne, publie la sentence par laquelle il a débouté le monastère de Saint-Hilaire de ses prétentions sur l'église Saint-Martin de Limoux.

Pateat universis, praesentem paginam inspecturis, quod nos, frater A., miseratione divina Narbonae archiepiscopus, querelam fratris G. Clareti, prioris monasterii Beatae Mariae de Pruliano, Tholosanae diocesis, recepimus in hunc modum :

407

Guillaume Claret, prieur de Prouille, demande la restitution de l'église Saint-Martin de Limoux qui a été violemment enlevée aux religieuses de Prouille par l'abbé et les religieux de Saint-Hilaire.

« Coram vobis, domino A., Dei gratia Narbonensi archiepiscopo, conquerendo proponit frater G. Clareti, prior monasterii B. Mariae de Pruliano, Tholosanae diocesis, nomine priorissae et conventus praefati monasterii, contra abbatem et conventum monasterii S. Ylarii, Carcassonensis diocesis, quod, cum dicta priorissa et conventus possiderent ecclesiam Beati Martini de Limoso vel quasi, cum pertinentiis ejusdem,

praedicti abbas et conventus domos praedictae ecclesiae, quas praedictae priorissa et conventus possidebant, violenter invaserunt et possessione dictarum domorum et supellectilium dictas priorissam et conventum temere spoliarunt et possessionem dictae ecclesiae perturbando, dictis priorissae et conventui auferre tentaverunt [1], non absque juris injuria et in praejudicium praedictarum priorissae et conventus. Ideoque petit praedictus prior se, nomine praedictarum priorissae et conventus, ab eisdem abbate et conventu monasterii S. Ylarii in possessionem praedictarum domorum et supellectilium et omnium quae ibidem occupaverunt, restitui. Petit etiam et supplicat vestrae pietati, domine archiepiscope, quathenus dictos abbatem et conventum a perturbatione quam sibi faciunt in possessione dictae ecclesiae, cessare et cum pacifica possessione, nomine praedictarum priorissae et conventus, gaudere faciatis. »

Igitur nos tam abbatem et conventum monasterii S. Ylarii quam praedictum fratrem G. Clareti, priorem monasterii Beatae Mariae de Pruliano, ante nostram convocari facientes praesentiam, causam eorum curavimus examinare diligenter et benigne, et, auditis hinc inde de facto propositis et de jure allegatis super causa praedicta, diffinitivam sententiam, ad petitionem partium, protulimus in hunc modum :

408

Sentence de l'archevêque de Narbonne, ordonnant à l'abbé et aux moines de Saint-Hilaire de restituer aux religieuses de Prouille l'église Saint-Martin de Limoux.

« In nomine Domini nostri Jesu Christi, de cujus vultu nostrum prodeat judicium et nostri oculi videant aequitatem. Visis, auditis et plenius intellectis petitionibus, responsionibus, confessionibus et negationibus hinc inde factis, recepto, post litem contes[ta]tam, de calumpnia et de veritate dicenda juramento, omnibus utrinque tam de facto propositis quam de jure allegatis, perscrutatis cum deliberatione diligentius et perlectis in causa quae inter fratrem G. Clareti, priorem monasterii B. Mariae de Pruliano et procuratorem priorissae et conventus ejusdem monasterii, ex una parte, et abbatem et conventum monasterii S. Ylarii, super ecclesia B. Martini de Limoso et domibus et rebus ejusdem ecclesiae coram nobis vertebatur, ex altera, quarum scilicet ecclesiae, domorum et rerum restitutionem supradictus prior, nomine praedictarum priorissae et conventus, quarum procurator existebat, sibi fieri, cum magna instantia postulabat, ea videlicet ratione quia praedictae priorissa et conventus ipsas scilicet ecclesiam, domos et res pacifice possidebant et quiete, quando dicti abbas et conventus monasterii S. Ylarii dictas domos et res violenter occuparunt et possessionem dictae ecclesiae turbare cœperunt ; et ad fundandam intentionem suam, quoddam produxit instrumentum, cum sigillo pendente venerabilis patris B., bonae memoriae predecessoris nostri, sigillatum sub hac forma :

« Notum sit omnibus praesentem paginam inspecturis, quod nos, B., Dei permissione Narbonensis archiepiscopus, consensu et voluntate sociorum nostrorum damus etc. — (*Cf. sup. n° 401*). »

---

1. Ms : *Teneatur.*

« Verum, abbas monasterii S. Ylarii, procurator ejusdem conventus constitutus ad causam praedictam, ex adverso, dicebat, quod cum praedictum monasterium S. Ylarii in dictarum ecclesiae, domorum et rerum possessione fuisset, quando hostium incursione et haereticorum et inimicorum fidei et pacis fuerit dissipatum et dicta ecclesia S. Martini de Limoso ad ipsum monasterium de jure pertineat, ei, nomine jamdicti, monasterii S. Ylarii, fieri restitutio potius vel ipsa possessio sibi adjudicari de jure debebat.

« Hiis omnibus et aliis quae pars utraque proposuit, coram nobis plenius intellectis, juris ordine in omnibus observato, facta conclusione juris et facti, praehabito prudentum virorum consilio, nos, frater A., Dei gratia Narbonae archiepiscopus, de causa cognoscentes praedicta, cum nobis constaret ad plenum per confessionem dicti abbatis monasterii S. Ylarii, procuratoris ejusdem, fratrem G. Clareti, priorem et procuratorem monasterii B. Mariae de Pruliano, dictas videlicet ecclesiam B. Martini de Limoso et domos et res ejusdem tunc, nomine priorissae et conventus dicti monasterii Beatae Mariae de Pruliano, possedisse quando a dictis abbate et conventu S. Ylarii fuerit spoliatus, restitutionem ipsarum domorum, rerum, ecclesiae B. Martini de Limoso, de quibus actum fuit coram nobis, per diffinitivam sententiam promulgamus faciendam praefato G. Clareti, priori, nomine praedictarum priorissae et conventus, et possessionem dictae ecclesiae eidem priori, nomine earundem priorissae et conventus, per diffinitivam sententiam; adjudicamus, dictis abbati et conventui monasterii S. Ylarii, super possessione dictarum scilicet ecclesiae, domorum et rerum, silentium imponentes.

Lata fuit haec sententia apud Limosum, in ecclesia B. Martini, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo, pridie nonas octobris, in praesentia abbatis S. Pauli Narbonensis, domini Isarni de Conchis, archidiaconi in Reddesio, domini Isarni de Aragone, archidiaconi Carcassonensis, B. de Flaciano, Isarni de Taxo, P. de Taxo, R. de Chalavo, notarii publici, qui haec omnia scripsit. »

Faytas foro aquestas cauzas en presentia de fray P. Vidal, fray Ar. del Col, del orde dels frayres Presicadors, e de mosen P. Calla, vicari dela glieysa de Limos, de mastre G. de Cubiera, savi en dreyt, de Sant Paul, B. Versavi, B. Propis, R. Adalbert de Flassa, P. Rogier de Malamata e del dit mastre G. Campliure, notari public de Limos, lequal de las causas desus ditas aquesta carta receub, mays, (car la mort le pres) en forma publica no la fe. Aprop le defaliment dequal a certas, yeu, P. Negre, notari desus escrit, al dit mastre G. per auctoritat judiciari adesus dita substituit, de la nota del protocol del dit notari no cancellata, aquesta carta fizelment trayxi, escrixi en lan de Nostre Senhor M°CCC°XXI, le senhor Phelip, rey de Fransa e de Navara, renhant, XIII kalendas de Junh, e lassenhegui.

COPIE (14e siècle) : Registre des Coutumes de Limoux (conservé aux Archives de Limoux) f° 55.

* 434 — 1313.

Item, un acte de l'an 1313, contenant députation faite par l'official de Limoux, à la requête des consuls de ladite ville, pour cotiser les [consuls] de ladite ville, pour les frais de la construction du nouveau édifice de l'église Saint-Martin dudit Limoux, dans lequel acte est la cotisation de ce que un chacun devait payer pour ce sujet. Coté n° 6.

Bibl. munic. de Narbonne. Inventaire Roques, t. III, p. 237 v°.

*** 435** 29 septembre 1321.

Un autre acte sur parchemin, du 29 septembre 1321, portant quittance de la somme de deux cents livres d'or aux consuls de Limoux par le frère Bernard Victoris [1], syndic et procureur fondé par dame Elizabeth de Peyra, prieure du monastère de Prouille, et par les dames religieuses dudit monastère, pour reste de ce qui était dû par la communauté de Limoux, de la transaction passée entre les dites dames religieuses de Prouille et ladite communauté de Limoux, en l'année 1229, en conséquence de l'ordonnance rendue par M. l'archevêque de Toulouse et le sénéchal de la même ville. Coté n° 8.

Arch. comm. de Limoux, Inventaire de 1749.

*** 436** 1327.

Item, un cahier daté de l'an 1327, contenant information agitée devant l'archiprêtre de Narbonne, comme à ce député par le sieur archevêque de Narbonne, entre le procureur du monastère de Prouillan et le procureur et trésorier du sieur archevêque, sur la forme du paiement de la rente du moulin de Flassan, tenu par ledit monastère dudit sieur archevêque, par laquelle information fut ratifié ledit moulin sur rente annuelle de la quantité de grain dont mention est faite en l'acte coté n° 12. Coté n° 17.

Bibl. munic. de Narbonne. Inventaire Roques t. III, p. 332 v°.

*** 437** 1328.

Item, un livre daté de l'an 1328, contenant la déposition d'un grand nombre de témoins ouis en la cause pendante, en la cour archiépiscopale de Narbonne, entre le syndic du monastère de Prouillan et l'official du Razès et de Limoux, par laquelle demeure ratifié comme les consuls de Limoux et le prieur de Prouillan constitueront chacun un officier pour lever et recevoir les légats pieux, dans la ville dudit Limoux, de quoi ils rendraient après compte aux dits consuls et au procureur de la maison ou chapellenie de Saint-Martin de Limoux; et que ledit syndic instituait et créait des notaires dans ladite ville de Limoux, au nom du monastère, pour recevoir les testaments et instruments nuptiaux et qu'aucun autre notaire ne recevait dans ladite ville telle nature d'actes, et que l'église paroissiale dudit lieu prenait et recevait les offrandes faites en la chapelle archiépiscopale de Limoux, et que de tout ce dessus le monastère était en possession et puissance immémoriale. Coté n° 18.

Bibl. mun. de Narbonne. Inventaire Roques, t. III, p. 333.

*** 438** 1329.

Item, autre livre daté de l'an 1329, contenant contraire enquête, en faveur du dit official, de mêmes et semblables causes qu'en celles dudit monastère dont ci-dessus au précédent article est faite particulière description. Coté n° 19.

Ibidem.

---

1. Sans doute pour *Vasconis*.

*** 439** 1329.

Acte concernant premièrement une transaction survenue entre les consuls de Limoux et les religieuses de Prouille, au sujet des dépouilles ou des vêtements qui revenaient à ces dernières, après l'inhumation de chaque défunt [1]; les religieuses renoncent à ce droit après avoir reçu, à titre d'indemnité, une somme de 1500 livres;

deuxièmement, une transaction conclue entre les mêmes parties, et ayant pour objet de faire cesser les contestations que la chaussée du moulin de la Boucarie avait suscitées.

Arch. comm. de Limoux (inventaire de 1749).

440-441 Limoux, 29 septembre 1331.

Frère Bernard Vasconis, syndic du monastère de Prouille, en vertu de la procuration dont la teneur suit, donne quittance aux consuls de Limoux d'une somme de 500 agneaux d'or, payée au monastère sur une somme de 1200 agneaux d'or, due par ladite ville au dit couvent.

Anno Dominice incarnationis millesimo tricentesimo tricesimo primo, domino Philippo, Dei gratia rege Francie, regnante, die penultima septembris, noverint universi quod nos, frater Bernardus Vasconis, ordinis fratrum Predicatorum conventus Pruliani, procurator et syndicus venerabilis et religiose domine, sororis Helisabet de Peyra, priorisse conventus monialium Pruliani, et conventus ejusdem, de qua procuratione et sindicatu constitit michi, notario infrascripto, per quoddam publicum procurationis sive sindicatus instrumentum, cujus tenor inferius est insertus, gratis et ex certa sciencia, recognosco et in veritate confiteor, nomine quo supra, vobis discretis viris Guillelmo Paute, Guillelmo Asterii, Raimundo Vitalis, Bernardo Cernini et Arnaldo de Putheo, consulibus ville Limosi presentibus, pro vobis et nomine dicti consulatus ac universitatis ville Limosi et singulorum de eadem stipulantium et recipientium, ac Johanni Martini de Alayraco, consuli ejusdem ville Limosi, collegc vestro, licet absenti, et notario infrascripto pro dicto absente et omnibus illis quorum interest vel interesse poterit in futurum, sollempniter stipulanti et recipienti, nos, nomine procuratorio ac sindicario quo supra, habuisse et recepisse illos quingentos agnos auri boni, fini et recti ponderis, in presentia notarii et testium infrascriptorum ponderatos et de bono fino auro et recto pondere prius numeratos repertos, restantes ad solvendum de illis mille ducentis agnis auri in quibus tenebantur olim consules ville Limosi et plures alii ejusdem loci priori et priorisse monasterii Pruliani, cum instrumento cujusdam acordi seu compositionis amicabilis et submissionis factarum inter olim

---

1. Ce droit de dépouilles avait donné lieu entre le monastère et la ville de Limoux, à de nombreuses discussions et même à des scènes de violence. Dans une ordonnance de Charles IV du 30 juin 1322, énumérant les griefs du roi contre les habitants de Limoux, nous relevons ce passage : « Item, quod olim Arnaldus Amati et Matheus Siguerii, consules, infra cepta ecclesie et in cimiterio de Limoso, fratribus Predicatoribus, dicti loci, quemdam pannum sericum positum supra corpus cujusdam filie Raimundi de Albertis, quod tradebatur ecclesiastice sepulture, per violentiam abstulerunt et secum asportaverunt, et pro injuria dictis fratribus illata propter hoc, consules et universitas de Limoso fuerunt condempnati in duobus milibus libris per conservatorem ordinis, et postmodum composuerunt ad VI^{c} libras, dictis fratribus applicandas. (Arch. nat. JJ, 61, n° 431, f° 182 v°.)

consules de Limoso, ex una parte, et sindicatum seu procurationem monasterii predicti, ex altera, in venerabilem virum dominum Johannem de Chalancone, canonicum Clarmontensem clericumque regis, ac nobilem ac potentem virum dominum Bernardinum de Sollempniaco, militem, senescallum Tholose, ex pronunciatione, ordinatione ac declaratione in ipso instrumento contentis recepto Buseti per magistrum Johannem Versavini, notarium Limosi, et magistrum Petrum de Domario, notarium regium, habitatorem Tholose, sub anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo nono, die ultima mensis octobris, et ex causa contenta in eodem; de quibus quingentis agnis auri necnon et de totali summa predicta soluta predecessoribus nostris procuratoribus dicti monasterii, videlicet mille ducentis agnis auri, pro quibus dicti quingenti agni auri restabant ad solvendum, nos, nominibus quibus supra, perpaccatos declaramus plenissime et contentos, renunciantes omni exceptioni dictorum quingentorum agnorum auri necnon et totalis summe predicte, habite in modum supradictum, inde non habitorum vel receptorum dolique mali et in factum et spey future numerationis eorumdem. Ideoque vos, consules memoratos presentes, pro vobis et nomine omnium universitatis predicte et singulorum de eadem, necnon et dictum Johannem Martini, consulem, licet absentem, notario infrascripto pro dicto absente super hiis omnibus sollempniter stipulante et recipiente, ac omnia bona vestra ac dicte universitatis nos, procurator et sindicus predictus, nominibus quibus supra, absolvimus, liberamus, in perpetuum acquittamus de premissis ac omnibus aliis dictum negotium tangentibus, quoniam satisfactionem plenam et integram de omnibus et singulis supradictis nos, nominibus quibus supra, in modum supradictum, a vobis, nominibus quibus supra, recognoscimus habuisse. De qua satisfactione nos, nominibus quibus supra, fecimus vobis, consulibus memoratis, et vestrum cuilibet ac dicte universitatis singulorumque de eadem, et etiam Johanni Martini, consuli ville Limoso, licet absenti //// simili repetita, de non petendo aliquid ulterius premissorum. Et de dictis recognitione, quitatione et absolutione ac omnibus et singulis antedictis, nos, procurator et sindicus antedictus, promittimus vobis, consulibus memoratis, et successoribus vestris et vestrum cuilibet, pro vobis et nomine dicte universitatis ac singulorum de eadem stipulantibus et recipientibus, dictoque Johanni Martini, consuli universitatis ville Limosi predicte, collego vestro, licet absenti, stipulatione previa consimili repetita, bonam facere guirentiam et legualem penes quemlibet exactorem, inquietatorem ac molestatorem, in judicio et extra. Et si carte quedam aut alie scripture, publice vel private, sive voces testium contra hujusmodi recognitionem et absolutionem reperirentur, aut in judicio vel extra ederentur, nos, procurator et syndicus predictus, cassamus, anulamus, abolemus et perpetuo ac penitus irritamus, pro cassisque, abolitis, vanis et irritis haberi volumus in eternum, nec eis tradi volumus nec roborem obtinere, presente publico instrumento in suis robore et efficacia perempniter duraturo, sub ypotheca et obligatione bonorum omnium dicti monasterii et sub omni renuntiatione juris cujuslibet pariter et cautela; necnon promittimus, nomine procuratorio quo supra, vobis, consulibus predictis, dictaque stipulatione repetita, premissa et premissorum singula ratifficare facere, si petieritis, ad vestri et vestrorum simplicem requisitionem per dominum priorem, priorissam ac conventum monasterii Pruliani, approbare et laudare sub ypotheca ac obligatione bonorum dicti monasterii et sub omni renunciatione juris cujuslibet pariter et cautela.

Tenor vero instrumenti procurationis seu sindicatus predicti, de quo supra habetur mentio, talis est :

441 *Prouille, 28 juin 1328.*

Les religieuses de Prouille, dont les noms suivent, donnent leur procuration à Aymeric de Villanière, Sixte de Layssac, Bernard Vasconis, Jean Estève, Arnaud Garsie, Raymond Sartre, Aycredus de Transuac, Arnaud Dubois, Bernard Lérat et Raymond Barrau, religieux dominicains.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod,

religio samonialis, domina soror Helisabet de Peyra, priorissa monasterii B. Marie de Pruliano, senescallie Tholosane,

et conventus sororum monialium ejusdem monasterii videlicet :

Guillelma de Malboyssho,
Johanna de Duroforti,
Johanna Regia,
Marquesa de Lordato,
Helis de Monevilla,
Cecilia de Fenis,
Dadolina? (*effacé*) Enesina,
Ricssendis Sicresa,
Aladaycis Martina,
Raimunda Raynauda,
Johanna de Mineos,
Aladaycis Vidala,
Emeniardis Loba,
Orpayhs de Duroforti,
Auda de Duroforti,
Flors de Duroforti,
Fays Bruneta,
Arssendis de Vilanco,
Vesiata de Duroforti,
Peyrenela de Lagravia,
Ricssendis Roqua,
Veziata de Lobaut,
Jordana de Trulhariis,
Johanna de Musi,
Lobauda Daygasunias,
Ricardis Trenqueria,
Blanca Porcella,
Navarra de Belaffar,
Ramunda de Turre,
Fabressa de Castelho,
Serena de Castelho,
Ava,
Bertranda Bela,
Emeniardis de Silhac,
Alegra,
Comtors Fanjova,
Gensana Boneta,
Saura Cabota,
Alamanda de Roaxio,
Ysarna,
Saurimunda de S. Saturnino,
Guirauda de Rocavilla,
Guillelma Rorienta,
Brayda de Manso,
Ramunda de Genestero,
Englesade Marcafava,
Saura de S. Paulo,
Braylinaida,
Veziata de Campolongo,
Brunissendis de Casali//////,
Gaviosa de Castronovo,
Katerina de Vernezol,
Philippa de Loyga,
Comtors de Manso,
Contors de Rocovilla,
Simonda de Laporta,

Mascarossa Boeria,
Guillelma Descossa,
Ricssendis Catalana,
Margarita de Curamonte,
Titbors de Duroforti,
Fabressa Faysida,
Esclarmunda de Romegosio,
Philippa de Yspania,
Peyronela de Furno,
Berengaria Escoalobs,
Sebelia Cadela,
Beatrix de S. Michaele,
Beatrix Sigala,
Huga de Labranda,
Guirauda Roqua,
Johanna de Lauberia,
Flors de Brenaco,
Barbayrana,
Orpayhs de Belaffar,
Margarita de Montebruno,
Veziata de Villatraver,
Guillelma Dasnava,
Peyrona Vidala,
Ramunda Estranha,
Bruna Miracla,
Sansa Ramunda Daude,
Serena Gaviosa,
Yrlanda de Villela,
Aladaycis Belvelha,
Genses Garina,
Helis Catrela,
Garssendis de Gorvilha,
Ermeniardis Guirauda,
Flors de Matheu,
Paula Giracossa,
Esclarmunda Martina,
Agnes de Moleto,
Bertranda de Massant,
Marquesa Ricssendis ////// de Montelanderio,
Vezelia de Escorssenchis,
Guirauda de Rivalibus,
Katerina de Bosco,
Ayglina Berengaria,
Guillelma de Cruci,
Bertranda de Manso,
Clara de Pauerliers,
Helena Bruniquel,
Galharda de Casnac,
Guillelma de Layssac,
Berengaria Berta,
Bermonda Senheria,
Alesta de Turre,
Vezelia de Belhaus,
Blancha de Turre,
Aladaycis de Fenolheto,
Galiana de Bertholeria,
Longa Bruna de Segur,
Mabelia de Turre,
Saurimonda Berengaria,
Fina de Saysshel,
Martina Praderia,
Blancha de Tholosa,
Brayda Terrena,
Jordana de Viridario,
Constancia de Laurano,
Saurimonda de Marssac,
Ricardis de Ferreno,
Galharda de la Planhola,
Volirana Maurella,
et Beatrix Guina,

sub cura et regimine fratrum Predicatorum viventes, simul conventualiter in ecclesia B. Marie dicti monasterii, pulsata campana, ad capitulum congregate, ut moris est in dicto conventu congregari, et facientes capitulum pro infrascriptis specialiter peragendis, cum omnes et singule de dicto conventu fuissent sollempniter ad capitulum convocate, de auctoritate et consensu domine priorisse necnon in presencia religiosi viri domini fratris Ramundi Maurelli, prioris preffati monasterii, in hiis consencientis et ea aprobantis licenciamque expressam de certa sciencia et specialiter (*répété*) ac generaliter dantis et concedentis fratribus infrascriptis, subditis suis et de conventu ejusdem monasterii existentibus, officium sindicatus infrascripti admitendi et recipiendi, et omnia universa et singula dicendi, faciendi et excercendi que ad dictum officium pertinent vel pertinere possent, et que in sindicatu predicto seu in presenti instrumento continentur, nomine suo et conventus predicti monasterii, ex certa scientia, fecerunt, elegerunt, ordinaverunt et constituerunt suos et dicti monasterii probatos sindicos, yconomos, nuntios et actores speciales sive generales, videlicet fratres

Aymericum de Villaneria,
Sixstum de Layssaco,
Bernardum Vasconis,
Johannem Stephani,
Arnaldum Garssie,
Ramundum Sartoris,
Aycredum de Transuaco,
Arnaldum de Bosco,
Bernardum Lerati,
et Ramundum Barravi,

dicti ordinis Predicatorum, presentis procurationis sive sindicatus exhibitores, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis sive occupantium, set quod per unum ex ipsis inceptum fuerit, per alium vel alios ipsorum prosequi valeat, mediari et finiri, ad omnes et singulas causas et lites suas et dicti monasterii, motas et movendas, presentes et futuras, et ad omnia negocia sua et dicti monasterii contenciosa, tam in agendo quam in deffendendo, dantes et concedentes dicte domine constituentes, nominibus quibus supra, dictis suis et dicti monasterii procuratoribus, sindicis, yconomis, nuntiis et actoribus et cuilibet eorum in solidum plenam et liberam potestatem et plenum ac speciale mandatum dictas causas et lites ac negocia predicta prosequendi, agendi, deffendendi, ponendi, excipiendi, replicandi, triplicandi debita omnia universa et singula earumdem dominarum constituencium et ipsius monasterii et cujuslibet earumdem, petendi, habendi, recuperandi a debitoribus suis ////// seu detentoribus bonorum eorumdem, libellum seu libellos et quaslibet suplicationes tradendi et traditis ex adverso respondendi, litem contestandi de calumpnia et de veritate dicenda, in animas ipsarum dominarum constituentium jurandi, et subeundi cujuslibet generis alterius juramentum coram quibuscumque judicibus et curiis, ordinariis vel extraordinariis, delegatis, subdelegatis et comissariis quibuscumque, ecclesiasticis vel secularibus, cujuscumque status, gradus sive conditionis aut dignitatis existant, compromittendi, pasciscendi, transigendi, pagam et pagas sive soluciones faciendi et recipiendi quitationem et quitationes super hoc quod, nomine

dicti monasterii et dominarum predictarum vel alterius earumdem, de predictis debitis receperint, faciendi et concedendi cum suis litteris vel publicis instrumentis, restitutiones [in] integrum petendi, levandi, in emphiteosim seu accapitum dandi et concedendi, unum et plures procuratores ante litem contestatam et post substituendi et faciendi et eosdem revocandi, prout eis et eorum cuilibet visum fuerit expediens, judicem et judices et quoscumque commissarios eligendi et inpetrandi, aprobandi et recusandi, expensas petendi et recipiendi, testes, instrumenta et alia legitima documenta producendi, causam et causas et negocia predicta ad sententiam et ad finem perducendi, petendi interloquii sententiam et sententias ac diffinitivas interlocutorias audiendi et, si necesse fuerit, appellandi ante sententiam et post in casibus de jure oportunis, appellationem et appellationes prosequendi, et demum omnia alia universa et singula dicendi, faciendi et procurandi, in judicio et extra, que sub verbo generali generaliter dicto intelligi et contineri possunt, et que mandatum exigunt speciale, et que veri et legitimi procuratores, sindici, yconomi, nuntii et actores rite, recte et legitime ordinati, facere possunt sive debent, et que ad predicta exequenda fuerint necessaria et oportuna, et que dicte domine constituentes, si essent personaliter presentes, facere possent in premissis et sine quibus effectum hujus procurationis et hujus sindicatus prosequi et explicari non possent; promitentes dicta domina priorissa et sorores moniales constituentes, nominibus quibus supra, michi, Bernardo Tornerii, notario publico infrascripto, ut persone publice, pro omnibus quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, sollempniter stipulanti et recipienti, ipsas dominas et conventum dicti monasterii ratum et firmum perpetuo habituras quicquid actum, deffensum, petitum, receptum, quittatum, absolutum, appellatum, prosequtum, compromissum, compositum, transhactum, laudatum, in emphiteosim datum, ut alias in premissis et certa premissa sunt, per dictos suos procuratores, sindicos, yconomos, nuncios et actores et per quemlibet eorumdem seu substitutum vel substitutos ab eis vel altero eorumdem procuratum quomodolibet sive gestum, necnon et judicatum solvi cum omnibus suis clausulis, sub ypotheca et obligatione bonorum suorum et dicti monasterii, presencium et futurorum, et sub [renunciatione] juris et facti pariter et cautela, promitentes etiam dicte domine constituentes, nominibus quibus supra, sub eadem rerum suarum et dicti monasterii obligatione, ipsos procuratores suos, sindicos, yconomos, nuntios et actores et quemlibet eorumdem seu substitutum et substitutos ab eis et eorum altero ///// relevandi ab omni honere satisdandi, aprobantes nichilominus dicte domine constituentes et dictus dominus prior, nominibus quibus supra, omnia universa et singula que acta sunt quovismodo per fratrem Ramundum Sartoris, procuratorem et sindicum suum et dicti monasterii, et per alios quoscumque procuratores et sindicos suos et dicti monasterii aut per substitutum vel substitutos ab eis vel eorum altero, nomine dictarum dominarum constituencium seu conventus et monasterii predictorum, in causa seu causis que vertuntur, in quibuslibet causis, inter dictum monasterium et conventum ipsius, ex parte una, et dicentes se consules de Limoso aut singulos universitatis ejusdem loci de Limoso seu procuratores vel sindicos loci ejusdem, ex altera, tanquam de earum licencia et mandato expresso, ut dixerunt, facta, dicentes et asserentes dicte domine constituentes, nominibus quibus supra, quod per presentem constitutionem et creationem dictorum procuratorum vel sindicorum non intendunt alios suos procuratores et sindicos, alias constitutos et creatos, revocare sed potius ipsos et omnia acta per eos et eorum pluribus, nomine ipsarum dominarum constituencium, in curia vel extra, quovismodo, confirmare.

Et ibidem, dictus dominus prior, gratis et ex certa sciencia, ad finem quod jura et bona dicti monasterii deffendi et manuteneri valeant, et negocia et cause ejusdem monasterii utiliter et diligenter procurari et taxari possint, fratribus superius nominatis, existentibus de conventu ejusdem monasterii, quibus preest et superior existit, prior preffatus dedit et concessit, ut superior, predictis fratribus superius nominatis subditis suis, et eorum cuilibet plenam et liberam potestatem ac licenciam generalem et specialem standi in quocumque judicio et coram quibuscumque judicibus et curiis, ecclesiasticis vel secularibus, pro monasterio supradicto necnon et admittendi, suscipiendi, recipiendi et exercendi presentis procurationis et sindicatus officium pro dicto monasterio, et quod, ut procuratores et sindici constituti per dictam dominam priorissam et conventum vel majorem partem ejusdem conventus, agere possint et deffendere, nomine ipsarum dominarum et dicti monasterii, et omnia alia universa et singula exercere que merita causarum requirunt et veri procuratores et sindici facere possunt, juxta mandata sibi data et potestatem attributam eisdem, requirentes dicte domine constituentes, nominibus quibus supra, me, Bernardum Tornerii, notarium predictum, quod de predictis reciperem et conficerem unum et plura instrumenta et tot quot dictis procuratoribus et sindicis, ad hujusmodi sindicatus et procurationis officium, juxta formam predictam, exequendum, fuerint necessaria et oportuna. Acta sunt hec sollempniter in dicta ecclesia B. Marie de Pruliano, anno Domini M°CCC° vicesimo octavo, domino Philippo, rege Francie, regnante, quarto kalendas julii, in presencia et testimonio fratrum Bernardi Barbe, Arnaldi Clavelli, dicti ordinis Predicatorum, dominorum Petri Desshalabra, de Forcia Raimundi Ferrandi, Johannis Vilani de Fanojovis presbiterorum, Johannis Fabri, alias vocati Valentis de Villa /////, Arnaldi Salvati de Fanojovis et mei, Bernardi Tornerii, publici notarii castri S. Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui requisitus hanc cartam recepi, scripsi et in ///// linea rasi et emendavi *constituendum* //// signoque meo solito signavi. Actum in domo B. Martini in presentia et testimonio ///// Petri Bastardi ///// clerici jurisperiti, Raimundi Guiffredi, magistri Johannis Versavini notarii, Ramundi Boerii, notarii domini regis —. (*Fin de la charte effacée.*)

ORIGINAL : Arch. mun. de Limoux.

442 Toulouse, mardi avant l'Annonciation, 20 mars 1332.

Thibaut de Lévis, seigneur de la Penne et de Montbrun, confirme la vente faite au monastère de Prouille par Terrenus Vilarselli et son fils et par d'autres emphiteotes de feu Jean d'Arcis, seigneur de Saint-Benoît, d'une forêt à Saint-Benoît.

Noscant praesentes et discant posteri, hujus praesentis publici instrumenti seriem inspecturi, [quod] in mei notarii, et testium subscriptorum praesentia personaliter constitutus, in domo fratrum Praedicatorum Tholosae, nobilis Theobaldus de Levis, domicellus, dominus Penae et Montisbruni, idem nobilis attendens quandam venditionem factam fuisse monasterio sororum inclusarum Beatae Mariae de Pruliano, senescalliae Tholosanae, et religioso viro fratri Raymundo Maurelli, ordinis Praedicatorum, priori dicti monasterii, et aliis procuratoribus monasterii ejusdem, nomine ac vice ipsorum monasterii et sororum, ementibus, per Terrenum Vilarselli et ejus filium, de Limoso, et quosdam alios emphiteotas domini Jo-

hannis de Arcisio, domini quondam de Sancto Benedicto, vassalli nostri, praetio centum librarum turonensium, de quodam nemore cum suis juribus et pertinentiis et terra in eo contenta, et de quibusdam petiis terrae sibi contiguis, scituatis in terminio et jurisdictione de Sancto Benedicto, juxta tenentiam domini Thomae de Bruneriis, militis domini de Podioviridi, et juxta tenentiam haeredum magistri Bertrandi Villaelauri, et juxta dominationem de Sancto Cucufato, et juxta tenentiam vocatam *de Faure Guilaberti*, et juxta tenentiam Johannis Miri et Petri Boerii quondam ;

item et quandam donationem sive institutionem haereditariam. dicto monasterio factam per Petrum de Gaure. quondam fusterium de Limoso. de quodam nemore cum suis juribus et pertinentiis et terra in eo contenta, sitis in feudo de Sancto Benedicto. in terminio de Bobono. loco vocato *ad Garrigam*, in suo ultimo testamento :

attendentes insuper praedictas terras et dicta nemora, cum suis pertinentiis et juribus, ad dictum monasterium Pruliani pertinere et pertinere debere. tam ratione venditionum et donationum dicto monasterio Pruliani per praenominatos factarum, quam etiam per Johannem Mathaei, de Limoso. prout in instrumentis publicis inde confectis. vidimus contineri ; attendentes etiam dictam venditionem fore laudatam per dominam Blucham (*sic*) Florem. uxorem quondam dicti domini de Sancto Benedicto. tenentem gardam liberorum praefati domini de Sancto Benedicto, licet dicta venditio et per consequens dicta laudatio non tenerent, cum factae essent in praejudicium juris superioritatis nostrae, tamen, considerantes quod dignum esse dignoscitur, quod religiosis domibus, praesertim monialibus monasterii praedicti Beatae Mariae de Pruliano, quae continue pro nobis et aliis suis benefactoribus cum suis devotis orationibus et divinis obsequiis apud Deum intercedunt, condignis favoribus annuamus [1], idcirco, dictarum dominarum et ministrorum earumdem dicti monasterii Pruliani praecibus inclinati. praedictas venditiones et donationes praedictorum nemorum et terrarum, cum suis pertinentiis, dicto monasterio et monialibus et conventui ejusdem ac vobis, fratri Raymundo Sartoris, procuratori et sindico, ordinis Praedicatorum, praedictarum dominarum et monasterii Pruliani. praesenti et recipienti nomine ipsarum et totius conventus ejusdem, et subsecutam laudationem ejusdem dominae de Sancto Benedicto. ex certa scientia, pro nobis et successoribus nostris. laudamus, approbamus et confirmamus, in quantum nobis est, et etiam de novo concedimus per hoc praesens publicum instrumentum. Quae quidem nemora et dictas terras, prout infra suas confrontationes includuntur et designantur, et cum eorum juribus et pertinentiis, dictae sorores moniales praefati monasterii Pruliani et earum rectores et gubernatores possint de caetero tenere et possidere pacifice et quiete, quathenus nostra interest, cum libertatibus pignorandi infra dicta nemora et terras, ut in praefatis instrumentis ac aliis instrumentis acapitorum dictorum nemorum et terrarum plenius continetur, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo tamen in omnibus jure domini nostri Franciae regis, a quo dicta nemora et terras ac aliam terram nostram tenemus, et in aliis jure nostro et quolibet alieno. Actum fuit hoc Tholosae, die martis ante festum Annunciationis Beatae Mariae Virginis, regnante illustrissimo principe Philippo, Dei gratia Francorum rege, Guillelmo Tholosano archiepiscopo, anno ab Incarnatione Domini millesimo trecentesimo tricesimo secundo.

---

1. Ms : *animamus*.

Hujus rei sunt testes vir venerabilis, providus et discretus dominus Guillelmus Arnaldus de Noerio, jurisperitus, rector ecclesiae Sancti Aniani, prope Tholosam, Bernardus de Noerio, domicellus, senescallus terrae Penae et Montisbruni pro nobili et potenti viro, domino Theobaldo de Levis supradicto, Petrus Cutelli cederius Tholosae, et Raymundus de Vallegarinano, auctoritate regia notarius, qui requisitus cartam istam recepit et in suo libro seu prothocollo fideliter posuit ac etiam registravit; vice cujus et mandato, ego, Johannes de Roggiis, notarius clericus juratus et substitutus dicti magistri Ramundi, cartam ipsam scripsi, et de suo libro seu prothocollo fideliter abstraxi, rei substantia in aliquo non mutata. Et ego, Ramundus de Vallegarinano, notarius praedictus, facta de praedictis cum dicto meo substituto diligenti collatione cum originali, cum quo conveniunt, me subscripsi, et signo meo signavi consueto.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, p. 221.

* 443 — 1333.

Item, un acte de l'an 1333 contenant accord sur plusieurs différends d'entre les archevêques de Narbonne et le monastère de Prouille, par lequel fut convenu :

1° que le collecteur ou procureur des légats, faits par les paroissiens de l'église de Saint-Martin dudit Limoux, serait un des prêtres vivant en ladite église, lequel serait institué et élu de commun consentement par l'official dudit Limoux et par le prieur et le syndic du monastère dudit Prouille, et prêterait le serment requis ès mains dudit official, et qu'il rendrait compte de la recette qu'il ferait desdites causes pies, une fois l'an, excepté des légats faits audit Prouille, à ladite église de Saint-Martin ;

item, que les dîmes et prémice du carnelaige du terroir de la chapelle de Saint-Jean de Luguel, qui provenaient de la laine, agneaux, poulets, pourceaux, oies, tirons et de toute autre sorte de bétail des paroissiens de l'église Saint-Martin de Limoux, appartiendront en seul audit monastère de Prouille ; et pour les dîmes des autres choses, savoir du blé, vin, ortalices et de toute autre chose, seraient pris par les parties comme elles avaient accoutumé de faire ;

item, que le droit des funérailles ou offrandes qui se recevaient en ladite chapelle et qui venaient en la main du prêtre célébrant, appartiendraient au vicaire dudit Saint-Martin en seul, au nom dudit monastère;

et pour autant qu'on avait laissé à terminer le différend des parties, savoir à qui d'elles appartenaient les offrandes et oblations faites en l'oratoire ou chapelle assise dans la maison archiépiscopale de Limoux, fut, en l'année 1335, tel différend terminé, ainsi savoir que toutes et chacunes les offrandes et oblations qui se feraient en ladite chapelle, appartiendraient audit sieur archevêque en seul. Coté, n° 25.

Bibl. mun. de Narbonne. Inventaire Roques, t. III, p. 242.

* 444 — Sans date [1].

Un rouleau en parchemin contenant les articles ou demandes de MM. les consuls de Limoux contre la dame prieure et religieuses dudit monastère de Prouille, au sujet du moulin de la Bouquerie et autres choses devant les seigneurs commissaires députés par le Roi pour décider leurs différends ou les faire transiger ; c'est ce qui fut fait et la transaction passée ; lequel rouleau nous avons coté n° 1.

---

1. Ce résumé ne porte pas de date, mais l'acte devait être antérieur à 1328, puisque ce fut cette année-là qu'un accord intervint sur ce différend entre le monastère de Prouille et la ville de Limoux. (Cf. sup. n° 438.)

XVI. FONDS DE RAMONDENS

445 2 mars 1215.

Pierre de Castillon, de Saissac, cède, pour 500 sous tolsas, à la maison de Prouille différents droits sur des biens situés dans le dîmaire de Saint-Ferréol [1]. En retour, le couvent reçoit Pierre de Castillon comme Frère et l'admet à la participation des mérites du monastère.

Notum sit omnibus hominibus haec audientibus sive hanc cartam legentibus, quod ego, Petrus de Castelone, de Saisiaco, per me et per omnes meos heredes, non vi nec metu ad hoc adductus vel aliqua deceptione deceptus, sed bono animo ac spontanea voluntate et sine omni inganno, dono et trado in perpetuum, loco de Prolano et vobis, domino Dominico et Guillelmo Claret[i] et priori Natali et omnibus fratribus et sororibus ejusdem loci de Prolano, presentibus et futuris, sexdecim modiatas terrae ad frumentum d'isartz in decimario Sancti Ferioli, in loco ubi vocatur *a Cascared*. Totum autem hoc facio tali pacto, ut vos et vestri detis mihi et meis, de omnibus bladis quae ibidem feceritis, duodecimam partem bladorum omnium, in campo vel in area, qualem magis ego voluero, et duodecimam partem vindemiae, et duodecimam partem feni infra vineam et intus prata ; et dono vobis duas sextairatas terrae ad frumentum ad hortum, et duas sextairatas terrae ad frumentum ad pratum, et duas sextairatas terrae ad frumentum ad boscum. Totas predictas istas sex sextairatas terrae dono vobis et vestris ut aliquam partem illarum non detis mihi nec meis nec alicui ; et tantum quantum tenet iste honor dono vobis [et] totum jus et totam dominationem quod et quam ego habeo in aqua quae ibi discurrit, detentam ; et si opus vobis fuerit, dono vobis et vestris ibimet in alio meo honore pascui usque ad tricesimas bestias grossas et usque ad trecentas oves, exceptis bladis et pratis que nolo ut ab vestris bestyis pascantur. Totas praedictas sexdecim modiatas terrae et totas predictas sex sextairatas

---

1. Il semble assez difficile d'identifier ce dîmaire, plusieurs lieux du Lauraguais et du Razès, portant aujourd'hui ce nom. La liste des témoins qui ont assisté à la rédaction de cet acte, semble indiquer un lieu situé près de Villepinte ; d'autre part, aux environs de Villepinte se trouve un hameau portant le nom de Saint-Ferréol ; c'est sans doute celui qui est visé par la donation de Pierre de Castillon.

terrae et totum jus et totam dominationem quod et quam ego habeo in aqua detentam, tantum quantum predictus honor tenet, et predictum pascui, sicut superius nominatur. et totum sicut superius scribitur, totum dono vobis et vestris tali pacto, ut de predictis sexdecim modiatis terrae vos et vestri detis mihi et meis duodecimam partem omnium bladorum in campo vel in area, qualem magis ego voluero; et de vineis et de pratis duodecimam partem fructuum infra vineas et intra prata; et ut de predictis sextairatis terrae ne[c] detis mihi nec alicui aliquam partem vel servitium nec de predicto pascui. Et de praedicto dono ego et mei erimus vobis et vestris boni guirentes ad omnibus amparatoribus, sine omni vestro inganno; et si aliquid perdideritis, pro guirentia quam ego vel mei non possemus facere vobis, ego vel mei emendabimus vobis ibimet in alio meo honore, bona fide. Et habui a vobis quingentos solidos tolosanos pro accapite, de quibus me a vobis bene perpaccatum teneo. Et facio me fratrem inde, et meus heres sit frater vester, si voluerit. Si autem vendere vel impignorare predictum honorem volueritis, meo et meorum consilio facietis, et ego et mei laudabimus cui volueritis, jure salvo meo et dominio et dato indę meo foriscapio. scilicet de uno quoque solido venditionis uno denario, et de solido pignoris uno obolo.

Et ibimet ego, Natalis, prior, et ego Guillelmus Claretz, nos duo simul, per nos et per omnes fratres et sorores nostros et nostras, recipimus te, Petrum de Castelo, pro fratre nostro et colligimus te in bonam partem in omnibus bonis que facientur vel dicentur per nos amodo.

Testes hujus rei sunt : frater Vitalis sacerdos, Arnaldus del Felgors de Saxiaco, Raimundus Tafanel de Villapicta, Poncius Riutort de Villapicta, Arnaldus Stephanus de Podiosiurano, Arnaldus Calvet de Fanojovis, Arnaldus Grimautz. Facta carta ista VI nonas martii, feria quarta, anno ab Incarnatione Christi M°CC°XV°, regnante Philippo, rege Francorum. Guillelmus de Lantario scripsit mandato Arnaldi Sancii, in auditu testium, qui sunt scripti in carta sui testamenti, sicut invenitur scriptum in suo breviamento.

Copie : Bibl. Nat., fonds Doat, t. 98, f° 95.
Imprimé : Balme, *Cart. de S. Dominique*, t. II, p. 1.

446 18 février 1256.

Jourdain de Saissac donne au monastère toutes ses possessions dans le bois de Ramondens.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione ejus M°CC°L sexto, ego, Jordanus de Saxiaco, mera libertate ac spontanea voluntate soliusque gratie divine inspiratione ad hoc inductus et motus, in heleemosinam et pro remissione peccatorum meorum, dono et titulo pure perfecteque atque irrevocabilis donationis in perpetuum valiture, cum hac presenti carta publica, trado vobis, Petro Duranti, tenenti locum prioris monasterii Pruliani, et recipienti nomine sororis Dominice, priorisse, aliarumque sororum sive monialium predicti monasterii, totam partem meam et quicquid juris habeo et teneo et habere et possidere debeo, aut homo vel femina de me vel pro me habet, tenet et possidet aut habere, tenere et possidere debet in toto bosco qui dicitur *dels Raimundencs*, in terminio Saxiaci et in terra in qua est, et sicut in suis subdictis affrontationibus includitur et confrontatur, et quod donationem istam perpetuo ratam habeam, firmam et illibatam servem et teneam et contra, aliqua ratione sive occasione, nunquam veniam vel venire attemptem bona fide ac sollempni stipulatione plivio et promitto.

Dictus boscus affrontat de altano in fluvio d'Alsau, a meridie in bosco Saissagues, a circio in tenencia Hospitalis et in bosco d'Orfons et de Miralh, aquilone in bosco des corcenes et in prato Redilia.

Testes hujus rei sunt : frater Paulus, frater Ardus de Dia, frater Guillelmus de Mesi, frater Johannes de S. Guillelmo, sacerdotes ordinis Predicatorum, et Poncius Miro de Brom.

Facta carta ista XII kalendas marcii, regnante Lodoyco, rege Franchorum.

Et ego, Petrus Martinus, notarius publicus domini nostri Alfonsi, comitis Tholose, in castro Fanijovis, hanc cartam scripsi et signum meum ibi aposui. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 341.
Copie : H. 388 (copie authentiquée par le notaire Jacques Capella en octobre 1313.)

447 Pech Aldebert, 15 août 1258.

Jourdain de Saissac rappelle la donation qu'il a faite en février 1256 (*v. n° 445*) de sa part du bois de Ramondens aux Sœurs de Prouille; il prie sa femme Sebelia, ses enfants et ses bailes de protéger les agents de Prouille contre quiconque les empêcherait de profiter de cette donation.

Noverint universi, presentem paginam inspecturi, quod ego, Jordanus de Saizacco, miles, libere dedi domui B. Marie de Pruliano et sororibus que ibidem Domino famulantur, totam terram de bosco qui dicitur *dels Raimondencs*, in remissionem omnium peccatorum meorum, ab ipsis perpetuo possidendam, sicut in instrumento publico super hoc confecto, plenius continetur; quam terram nec ante donationem dictam nec post donationem alicui dedi, vendidi vel impignoravi. Unde rogo dominam Sebeliam, uxorem meam, et omnes filios meos et bajulos meos et etiam eis mando quatinus fratres vel quoscumque alios qui ibidem pro dictis sororibus Pruliani fuerint, pro pascendis animalibus vel pro aliis que voluerint, faciendis, quantum poterunt, tueantur ab omnibus eosdem in dicta terra volentibus impedire. Datum anno Domini M°CC°LVIII°, in Assu[m]ptione B. Virginis Marie, apud Podium Aldeberti.

Original : Arch. de l'Aude, H, 341.

448-449 Lavaur, 17 avril 1262.

Le sénéchal de Toulouse met le monastère de Prouille en possession de la partie du bois de Ramondens que lui a donnée le comte de Toulouse ; il le fait en vertu d'une commission que lui a adressée Alphonse de Poitiers, comte de Toulouse.

Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus de Chanevere, miles, senescallus Tholosanus pro illustri domino Alfonso, Dei gratia comite Pictavie et Tholose, salutem et dilectionem. Noveritis nos recepisse litteras domini nostri comitis sub hac forma :

449 *Pas de date.*

Le comte de Toulouse mande à son sénéchal de mettre le couvent en possession de la partie de forêt qu'il lui a donnée.

« *Alfonsus, filius regis Francie, comes Pictavie et Tholose, dilecto et fideli suo senescallo Tholose, salutem*

et dilectionem. Mandamus vobis quatenus priorem Pruliani inducatis in corporalem possessionem, nomine sororum Pruliani, de nemore quod eisdem contulimus, prout in quibusdam litteris patentibus super hoc confectis, plenius continetur, tantum super hoc facientes quod predictas sorores non oporteat super hoc ad nos ulterius laborare ».

auctoritate cujus mandati, nos, predictus senescallus, loco et nomine predicti domini nostri comitis, inducimus et ponimus dictum priorem Pruliani, nomine sororum predictarum, in possessionem corporalem, cum his presentibus litteris, de nemore prelibato; quod nemus est videlicet situm in senescallia nostra in loco qui dicitur *de Ramundenquis;* dantes sibi licentiam intrandi dictum nemus et ipsum tenendi et possidendi tamquam suum, et faciendi de ipso suam omnimodam in perpetuo voluntatem ; in cujus rei testimonium, presentes litteras duximus sigilli nostri munimine roborandas. Datum apud Vaurum. die lune post octabbas Pasche, anno Domini M°CC°LX° secundo.

Original : Arch. de l'Aude, H, 331.
Copie : Bibl. Nat., Ms franç. 8671, p. 135.

450 17 février 1269.

Arnaud Rebelle, procureur du monastère, donne une partie de Ramondens en emphytéose à plusieurs habitants de Saissac.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, regnante Lodoyco rege, decimo tercio kalendas marcii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod ego, frater Arnaudus Rebelha, procurator conventus monasterii de Prolano, pro me et toto conventu ipsius monasterii, presente et futuro, dono ad lucrandum seu ad accapitum ac in emphiteosim vobis, Boneto de Sancto Amancio, de Saxiaco, et Bernardo de Sancto Amancio et Arnaudo Got et Bernardo Got, fratri suo, de Saxiaco, et vobis, Arnaudo Vituli, de Saxiaco. et omnibus heredibus ac successoribus vestris in perpetuum, de octo partibus comunibus factis et faciendis de quadam pecia terre quam dictus conventus habet pro indiviso cum domino Berengario de Grava, milite. in feudo de Ramundenchis. tres partes; que dicta pecia terre est ubi vocatur *ad Renout* seu *planum de Veyrimos,* in ripparia fluminis aque de Alsavo; que dicte partes. . . . .
in dicto flumine . . . .
in gotino de Ram[ier. . . . .
Podii ab aquilone. . . . .
de Alsavo ubi vocatur. . . . .
si quidem tres partes totius . . . .
terre ac totius plani inf[erius] . . . .
sic ut dictum est divisas . . . .
cum introhitibus et exhitibus suis et juribus universis, et cum suis adaquatoriis de aqua predicti fluminis et de aqua prefati gotini de Ramier, vobis et vestris dono et concedo in perpetuum, ad faciendum ibi pratum tantum ita quod ipsum pratum adaquatis seu rigatis de aquis fluminis predicti de Alsavo et de predicto

gotino de Ramier, et ipsas aquas ibi ducatis et acapiatis, prout ibi fuerit necessarium, et vobis et vestris heredibus ac successoribus melius et utilius videbitur faciendum, ad vestram et vestrorum heredum et successorum voluntatem ; et quod vos et vestri successores detis semper bene et fideliter dicto conventui, presenti et futuro, vel quibus idem conventus jusserit, agrerium de omni feno et de omnibus fructibus ipsarum trium partium predictarum dicte pecie terre procedentibus seu nascentibus in ipsa terra ; et liceat vobis et vestris dictas tres partes predicte pecie terre vel partem ipsarum dare, vendere, laxare, dividere, permutare, obligare et quolibet alio modo alienare cuicunque et quibuscunque per ///// volueritis, [excep]tis militibus et ///// consilio dicti conventus, [salvis] jure suo, laudimio ///// [agr]erio ac dominio in omnibus ; promitto vobis quod dictus conventus hanc [dona]tionem predictam et omnia et singula habeat firma perpetuo atque rata. Et ipse conventus faciet vobis et vestris semper dictas tres partes prefate pecie terre, cum suis juribus et cum omni melioratione quam ibi feceritis, bonas habere, tenere et quiete ac paciffice possidere et legales guirentes ac deffensores erunt inde vobis et vestris ab omnibus amparatoribus, omni tempore. Habui enim inde a vobis, nomine dicti conventus, tres solidos turon. bonos, pro accapite dicti doni, unde sum bene vester paccatus, renunciando exceptioni pecunie non numerate. Sciendum est quod Bonetus de Sancto Amancio, Bernardus de Sancto Amancio, frater ejus, Arnaudus Got et Bernardus Got, frater ejus, predicti habent medietatem in predictis tribus partibus prenominate pecie terre et Arnaudus Vedel predictus habet aliam medietatem hujus rei. Sunt testes : frater Rogerius Alegre dicti monasterii, Arnaudus Belhome, Stephanus Assio de Saxiaco et Guillermus de ///// et Ramundus Martini, publicus notarius condam de Saxiaco, qui notam hujus carte recepit ; et quia morte preventus, ipsam non potuit ///// [Johannes de Verdala no[tarius] ///// eandem scripsi et s[olito meo signo signavi] ///// mandato magistri Johannis ///// judicis terre domini Lamberti /////.

Original (*endommagé*) : Arch. de l'Aude, H, 397.

451 Ramondens, 2 mars 1270.

Procès-verbal d'un jugement rendu par la cour de justice du monastère de Prouille et de Bérenger de Grave, chevalier, copropriétaires des bois de Ramondens, sur le fait de deux hommes qui s'étaient réciproquement blessés à la tête jusqu'à l'effusion du sang. Michel de Revel, ne pouvant pas payer d'amende à cause de sa pauvreté, est chassé pour un an de la forêt de Ramondens.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, vi nonas marcii, regnante Phylippo rege, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, cum pervenisset ad audientiam curie domini Berengarii de Grava, militis, et dominarum de Prolano quod Godalfredus, carbonerius, percussisset dolose et irato animo, usque ad sanguinis effusionem, magistrum Hugonem de Revela in capite dicti magistri, cum quadam lagena, in nemore de Ramondenc et juri[s]dictione, dominio et districtu predicti Berengarii de Grava et dictarum dominarum ; item, quod Michael de Revela percussisset cum quadam picassa dictum Godalfredum in capite usque ad sanguinis effusionem, curia antedicta et dominus Berengarius de Grava cum Guillelmo Vitali, procuratore predictarum dominarum, personaliter accesserunt ad dictum locum de Ramondenc ;

volentes inquirere de premissis, vocaverunt in judicium dictum Godalfredum et dictum Michaelem, qui comparuerunt coram dicto domino Berengario de Grava et dicto Guillermo Vitali et magistro Guillermo Fulquini, judice in hac causa per dominos dicti feudi constitutos, et sub virtute prestiti ab ipsis juramenti, responderunt ut sequitur :

Credit dictus Michael quod ipse percussisset dictum Godalfredum cum dicta picassa in capite usque ad sanguinis effusionem.

Post hec fuit assignata dies dicto Michaeli peremptorie ad audiendam sententiam, qui concludens in causa et renuncians allegationibus juris et facti, vanavit judicium, petens sententiam ferri super premissis. Et incontinenti, dictus judex processit ad diffinitivam sentenciam, prout inferius continetur :

« In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Nos, magister Guillelmus Fulquini, judex antedictus, cum nobis co[n]stet per confessionem dicti Michaelis, ipsum Michaelem predicto Godalfredo cum dicta picassa in capite sanguinem excussisse, et dictus Michaelis (*sic*) in maxima inopia positus inventus sit, non solvendo LX solidos tolosanorum in quibus, ratione dicti dicti (*sic*) delicti, ipsum invenimus, more diucius approbato, fore condempnandum, racione dicte inopie et gravaminis dicti delicti, volentes ne crimina remaneant impunita, abito consilio sapientum et sacrosanctis evangeliis coram nobis positis, predictum Michaelem, presentem et sententiam instanter postulantem, in exilium, per annum continuum et completum, a toto nemore de Ramondenc per definitivam sententiam condempnamus. »

Lata fuit hec sententia in nemore de Ramondenc, in presencia et testimonio domini Beringarii de Grava, militis, et dicti Guillermi Vituli de Saxiaco, domini Otonis de Novellis, militis, et Boneti de S. Amancio de Saxiaco, Bernardi de Vico, domicelli, et Bernardi Cartalerii de Saxiaco, et Bernardi d'en Huges de Saxiaco, et Godalfredi, carbonerii, et Bernardi Lausa de Brossis, et Petri Barrau de Escorcinchis, et Ramundi Astruc, junioris, de Monteolivo, et Johannis de Rodes, et mei, Arnaudi Garini, publici notarii terre domini Jordani de Saxiaco, qui hanc cartam scripsi et signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 401.

452

Ramondens, 11 octobre 1277.

Sentence du juge de Ramondens condamnant plusieurs habitants de Saissac, pour plusieurs contraventions commises dans le fief et la forêt de Ramondens.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, regnante Philippo rege, v° idus octobris, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod significatum fuit curie dominorum de Ramondenchis, domini Berengarii de Grava, militis, et dominarum monasterii de Prolano, et magistro Guillermo Fulquini, judici predicte curie, quod Petrus Vicini, Arnaldus Pauci, Poncius Veirier, omnes de Saxiacho, intraverunt feudum nemoris et silvam de Ramundenchis et quod glandes dicti nemoris collegerunt, et Guillermus Delchimal intravit cum vaccis, et Sancius de Castelione cum duobus porcis, et Bernardus Barilier, pro apibus quas acceperat predictus Bernardus Barilier, in dicto nemore de Ramondenchis, in una soqua, dictis dominis et eorum bajulis nescientibus et invitis. Quare, nomine dictorum dominorum, petebatur per Arnaldum

Vituli et Bonetum de Sancto Amancio, de Saxiacho, bajulos eorumdem dominorum, dictos homines puniri, quemlibet ipsorum in sexaginta solidos tholosan., bene et publice, ratione dicti delicti, prout usitatum fuerat in dicto loco contra talia facientes, temporibus retroactis. Qui, constituti in judicio, confessi fuerunt omnia antedicta esse vera et vanaverunt judicium et concluserunt in causa, renunciantes allegacionibus juris et facti et produxioni testium. Postque, dictus judex processit ad sententiam proferendam ut sequitur :

« Cum nobis co[n]stet, judici infrascripto, quod dicti homines ingressi fuerint, ut superius est expressum, feudum seu nemus de Raimundenchis et glandes ibi collegerint illi qui superius sunt expressi et nominati videlicet Petrus Vicini, Arnaldus Pauci, Poncius Veirier; Guillermus Delchimal et Sancius de Castelione sua animalia mittentes; et Bernardus Barilier apes ibi et glandes ibi colligentes, et quod talia fecerint, dominis et bajulis antedictis nescientibus et invitis; co[n]stet etiam quod usus seu consuetudo diucius observata est in dicto loco quod talia facientes in LX solidos tholosan., bene et publice, puniantur, idcirco nos, Guillermus Fulquini, de Podio Tericho, judex predictus, dictos homines presentes, videlicet Petrum Vesi, Arnaldum Pauci, Poncium Veirier, Guillermum Delchimal, Sancium de Castelione et Bernardum Barilier et sententiam postulantes et eorum quemlibet in LX solidos tholosan., predictis dominis dandos et solvendos, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen, sacrosanctis evangeliis coram nobis positis, ut nostrum de vultu Dei judicium prodeat et nostri occuli videant equitatem, sententialiter condempnamus. »

Lata fuit hec sententia in presencia et testimonio Bernardi Nigri de Monteolivo, clerici, Guillermi Hodini, Guillermi de Lagariga, Arnaldi Belhome et Stephani Assionis, de Saxiacho, et mei, Petri Rogerii, publici notarii dicti loci de Ramundinchis et de Saxiacho, qui hanc cartam scripsi et signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

453 — 11 octobre 1277.

Bérenger de Grave, seigneur de Peyriac-Minervois, et Arnaud Séguier, prieur de Prouille, d'un commun accord, nomment notaire de Ramondens, sa vie durant, Pierre Roger, notaire de Saissac.

In nomine Domini. Anno Nativitatis Christi millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, regnante Philippo rege, noverint universi quod nos, Berengarius de Grava, miles de Petriaco Minerbesii, dominus nemoris de Ramundenchis, pro parte dimidia, per nos et omnes heredes et successores nostros, et nos, frater Arnaldus Seguerii, prior de Prolano, per nos et per totum conventum dominarum monasterii de Prolano, attendentes et inspicientes sollicitudinem et bonam famam tui, Petri Rogerii, publici notarii de Sayssiaco, quam de te audivimus [a] personis fidedignis, donamus et concedimus tibi, Petro Rogerii supradicto, in omni vita tua tantum, totam notairiam integre nemoris supradicti et suorum terminalium, dyocesis Tholosane, prout ad nos et ad dictas dominas, equis partibus, per medium pertinet et pertinere debet, pleno jure atque dominio, et te facimus, creamus et constituimus notarium publicum et tabelhonem in dicto nemore et suis pertinenciis, cum hac presenti carta in omni vita tua firmiter valitura, et in possessionem te

ponimus juris et facti. Si vero villa aut castrum ibi fieret, in tota vita tua concedimus tibi similiter omnia antedicta, volentes et concedentes tibi plenam et liberam potestatem instrumenta recipiendi, conficiendi et in publicam redigendi formam omnium contrahentium, ad te ut ad publicum notarium recursum abentium, et quod instrumenta per te scripta vel subscripta et in publicam formam redacta, in judicio et extra judicium faciant plenam fidem ubique.

Igitur, ego, Petrus Rogerii antedictus, dictum donum et dictam notairiam a vobis, dominis supradictis, recipiens, promitto vobis et tibi, notario infrascripto, ut publice persone, pro omnibus quorum interest aut interesse potest, sollempniter stipulanti et recipienti, fideliter me abere in officio notairie seu tabelhonatus predictorum, et ea que secreta fuerint, vobis et omnibus personis que michi, ut notario publico, dicta fuerint vel secreta patefacta, celare et ita servare perpetuo et non contravenire super sancta Dei quatuor Evangelia per me corporaliter tacta, sponte juro.

Horum omnium fuerunt testes vocati : Bonetus de S. Amantio, Arnaldus Vital de Sayssiaco, Bernardus de Rivo de Brocis, Raimundus Percassa, clericus de Monteolivo, et ego, Folquerius, notarius publicus de Podiotherico et tocius terre domini Guillelmi de Tureio et fratrum suorum, qui hec omnia suprascripta, v idus octobris, scripsi et signum meum apposui. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 401.

454 1er juin 1278.

Les époux Michel et Maragde, de Montréal, vendent, pour 25 livres tournois, au monastère, la 40e partie de la forêt de Ramondens.

Anno Domini M°CC°LXX octavo, rege Philippo regnante, kalendis junii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod ego, Michael Leonis, et ego, Maragda, uxor ejus, ambo de castro Montis Regalis, sponte absque omni vi seu metu ad hoc inducti, per nos universumque nostrum ordinium, vendimus, nunc et in perpetuum, et jure ac titulo vendicionis perfecte et irrevocabilis tradimus sorori Condors de Tonenchis, priorisse nunc monasterii B. Marie de Pruliano, et toti conventui, presenti vel futuro, monasterii ejusdem, nunc absentibus, et ipsi monasterio ac venerabili fratri Arnaldo Rebela, procuratori dictorum priorisse et conventus et dicti monasterii, presenti, pro ipsis et eorum nomine atque utilitate ementi ac sollempniter stipulanti et recipienti, quadragesimam partem, pro indiviso, tocius nemoris de Ramundencs, quod nemus est in diocesi Tholosana; quod totum nemus confrontatur ex austro in flumine de Alsau, a circio in tenentia Hospitalis et in tenentia de Sacxiaco, a meridie in tenentia de Sacxiaco et in feudo d'Abadia, aquilone in feudo de Corsencs et de Alta nube. Supradictam vero quadragesimam partem tocius nemoris, pro indiviso, sic confrontati, cum omnibus suis juribus et pertinentiis undique et ingressibus atque egressibus suis, vendimus predictis priorisse et conventui, nunc absentibus, et vobis, fratri Arnaldo predicto, stipulanti et recipienti ac ementi nomine et vice predictarum priorisse et conventus, precio viginti quinque librarum turon., quas a vobis, fratre Arnaldo predicto, exinde habuimus et recepimus numerando, in quibus renunciamus omni exceptioni predictarum xxv librarum non habitarum seu nobis per vos non numeratarum ; et in plenam et

corporalem possessionem juris et facti vel quasi dicte quadragesime partis tocius predicti nemoris, pro indiviso, vos, nomine quo supra, recipientem, mittimus cum hoc publico instrumento perempniter valituro; nos et nostros exinde totaliter spoliando et vos, nomine quo supra, recipientem, penitus vestiendo; et si plus valet nunc dicta quadragesima pars tocius predicti nemoris, pro indiviso, dicto precio, vel in futurum plus valebit, totam illam magis valentiam, donatione inter vivos, damus dictis priorisse et conventui et vobis, nomine ipsorum recipienti, promittentes vobis, nomine quo supra stipulanti et recipienti, exinde gerere bonam et legalem guirenciam ab omnibus ibidem amparatoribus, pro qua quidem guirencia et evictione dicte quadragesime partis, predictis priorisse et conventui, nunc absentibus, et vobis, predicto fratri Arnaldo, nomine ipsorum stipulanti et recipienti, obligamus omnia nostra bona presentia et futura. Insuper ego, predicta Maragda, scienter et consulte renuncians super hoc Velleyano senatusconsulto et legi Julie de fundo dotali et juri ypothecarum, et ambo renunciantes illi legi que dicit venditorem posse rescindere contractum, si deceptus fuerit [ultra] dimidiam justi pretii, vel agere ad justi precii [supplementum, et] alii juri, canonico et civili, pro quibus possemus venire [contra, in toto] aut in parte, promittimus vobis, fratri Arnaldo predicto, [per nos] et omnes nostros successores, quod contra predicta non veniemus vel venire faciemus ///// manifeste; et ad majorem omnium predictorum fir[mitatem, ego, predic]ta Maragda, juro vobis predicto fratri Arnaldo, [super sacrosancta] IIII^or evangelia manu mea dextera gratis tacta, predicta omnia [servare] et non contra venire per me vel personam interpositam [ullo modo].

Hujus rei sunt testes : Bertrandus ///// Vincentius fratres, Guiraldus miles, Guillermus Vasconis, omnes de ///// dus Brezeit, conversus ordinis fratrum Predicatorum, ///// Garini, publicus notarius castri ///// pro illustrissimo domino rege predicto, hanc cartam scripsi et signo /////. (*signet.*)

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 388. (trous au milieu du parchemin.)

455 24 octobre 1278.

Pierre Sabatier, de Dourgne, s'engage à payer 60 sous d'amende pour la contravention qu'il a commise dans la forêt de Ramondens.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, regnante Philippo rege, VIIII kalendas novembris, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod ego, Petrus Sabaterii, de Dornhano, dyocesis Tholosane, non cohactus nec utique deceptus ab aliqua persona ad hoc inductus, set mera mea ac spontanea voluntate, confiteor et in rei veritate recognosco coram notario et testibus infrascriptis, ad hoc specialiter convocatis, me debere vobis, fratri Arnaldo Rippela, procuratori in nemore de Ramondenchis pro dominabus monialibus de Prolano, et vestris, sexaginta solidos tholosanorum bonos et percurribiles, et hoc pro pena et justitia sive banno porquorum meorum atque porquarum, qui fuerunt inventi in pascendo atque capti, hodie sunt quindecim dies elapsi, in predicto nemore, per Arnaldum Vedel de Saxiacho, bajulum vestrum in dicto nemore, jurisdictionem vestram ybidem cum dictis porcis et trogis injuste et indebite usurpando, contra bannum et justitiam in dicto nemore diucius asuetam, scilicet LX solidos tholosan. predictos

promitto per validam stipulationem vobis dare et solvere vel cui jusseritis de die in diem ad monitionem vestram vel vestrorum precise. — (*signet du notaire Pierre Roger.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

456 Prouille, 9 novembre 1282.

Déclaration de pariage pour le bois de Ramondens faite par le monastère de Prouille et les deux frères Pierre et Arnaud de Grave, fils de Bérenger de Grave.

Anno incarnationis dominice M°CC°LXXX secundo, regnante Philippo, rege Francorum, v idus novembris, noverint universi presentem paginam inspecturi, quod nos, Arnaudus et Petrus de Grava, fratres, filii et heredes nobilis viri domini Berengarii de Grava, militis condam, et domine Ramunde, uxoris ejus, cum assensu et voluntate dicte domine matris nostre et cum assensu, voluntate et auctoritate magistri Guillelmi Fulquerii, de Podio Therico, jurisperiti, curatoris nostri, et ipso presente per nos, et nos, frater Arnaudus Seguerii, prior monasterii dominarum de Prolano, de consilio ac voluntate fratrum nostrorum monasterii supradicti, visa et cognita utilitate ipsius monasterii et dictarum dominarum, nos omnes supradicti, ex certa sciencia, confitemur et in veritate recognoscimus alter alteri, sollempni stipulatione interposita, quod nemus seu feudum de Ramundenchis, situm in Tholosana dyocesi, est commune, medium per medium, inter nos, Arnaudum et Petrum de Grava fratres predictos, et monasterium predictum sive dominas antedictas, videlicet merum imperium atque mixtum et omnis juri[s]dictio et cohercio seu districtus, herbagium, tallium, adempri-vium, ferrerium, pexerium, penarum impositiones et earum incursus, venationes, piscationes, foresta-gium et omnes justicie atque bannum, possessiones directe vel non directe, culte vel inculte, et omnia alia jura, corporalia et incorporalia, quocumque nomine nuncupentur, visibilia vel invisibilia, presencia et futura, pertinent et pertinere debent pleno jure ad Arnaudum et Petrum de Grava, fratres predictos, et monasterium sive dominas antedictas pro indiviso, medium per medium, volentes in predicta communione seu pariagio permanere tantum quantum utriusque dictarum partium placuerit voluntati, promittentes inter nos, per validam stipulacionem, quod nullus nostrum possit, sine voluntate et consensu partis alterius, tallium vel pasquerium alicui locare nemoris supradicti vel aliquem ibi guidare, sine pena, vel aliquid aliud facere, parte altera inscia vel invita, vel arbores donare vel ad opus sui accipere, sine consensu alterius partis ; et quicquid de dicto nemore percipietur, colligetur aut proveniret quoquo modo, inter nos, medium per medium, dividatur. Domos autem quas dictum monasterium hedificavit ad expensas suas proprias, que sunt juxta fontem et rivum de Varnassona, de voluntate et assensu dicti domini Berengarii quondam, cum quatuor sextariatis prati et aliis duabus sextariatis tam pro orto quam pro ortali vel aliis usibus quibuscumque, exceptis hedificiis, dicta domus habeat et teneat in proprios usus et proprietatem, mero et mixto ipsius in communi pro indiviso remanente. Dicti vero fratres Arnaudus et Petrus possint, quandocumque eis placebit, domos vel alia hedificare ubicumque in toto dicto nemore magis duxerint eligendum, et habere pro spatio sex sextariatas terre, hoc adjecto quod, si dictum nemus seu feodum divideretur per pariagios memoratos, et in parte contingente dictos fratres Arnaudum et Petrum, dicte domus remanerent et essent, quod ipsi

Arnaudus et Petrus, tenerentur satisfacere de valore hedificiorum et culture, ad noticiam communium amicorum, monasterio antedicto, et, versa vice, dictum monasterium teneretur eisdem, si in parte contingente dictum monasterium, domos vel alia construxissent. Fuit etiam ordinatum inter dictas partes quod dictum nemus pro dimidia remaneat in devesa et ad opus hyemalis herbagii a festo Penthecostis usque ad festum Omnium Sanctorum; a festo vero Omnium Sanctorum poterit depasci totum dictum nemus usque ad festum Annunciationis B. Virginis Marie; et a dicto festo Annunciacionis usque ad festum Penthecostis, alia medietas, pro estivali tempore. remaneat in devesa; et durantibus predictis devesis, prout superius est pretaxatum, aliquod bestiarium non possit ibi immitti per aliquem sine pena; volentes quod presens communio sive convencio seu pariagium nullum possit facere prejudicium quominus possimus dividere supradicta, quandocumque placuerit alicui nostrarum partium voluntati, et discedere a communione et paccione seu pariagio antedictis.

Que omnia supradicta et singula nos, frater Arnaudus, prior predictus, et nos, Arnaudus et Petrus de Grava predicti, recognoscentes nos esse majores quatuordecim annorum, confitentes et esse vera et ita se habere, ea laudamus, approbamus, confirmamus et ratificamus et ea servare et nunquam contravenire nostra promittimus bona fide. Insuper nos, Arnaudus et Petrus de Grava predicti, super sancta Dei Evangelia corporaliter a nobis tacta, sponte juramus; et ad majorem hujus rei firmitatem, nos, frater Arnaudus, prior antedictus, de consilio et voluntate fratrum nostrorum monasterii antedicti, sigillum nostrum, et nos, Arnaudus et Petrus de Grava predicti, de assensu, voluntate et auctoritate dicte domine matris nostre et de assensu, voluntate et auctoritate dicti magistri Guillelmi Folquerii, curatoris nostri, et ipso presente, cum non habeamus sigilla nostra propria, sigillum dicte domine matris nostre presenti scripto duximus apponendum, volentes nos omnes supradicti, quod, si forte contingeret aliquo casu dicta sigilla cassari, destrui vel vetustate corrumpi seu corrodi, in parte vel in toto, presens instrumentum in sua firmitate et robore nichilominus perpetuo perseveret. Acta fuerunt hec apud Prulianum, in capitulo dictorum fratrum, in presentia et testimonio fratris Ramundi de Podio, fratris Guiraudi de Pereto, fratris Guillermi Olivarii, fratris Arnaldi de Ribela, fratrum monasterii supradicti, Ramundi Rocha de Laurano, domicelli, magistri Johannis Egueserii de Fanojovis, jurisperiti, Guillermi de Brom, de Monteacuto, et mei, Petri de Pinu, de Petriacho, notarii publici dicti regis Francie, qui hanc cartam scripsi, rogatus a partibus supradictis, et signavi. (*signet.*)

(Lacs de deux sceaux disparus.)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 406.

437 Carcassonne, 6 février 1283.

Division de la forêt de Ramondens, entre le monastère et la famille de Grave, confirmée par les parties à Ramondens, le 10 octobre 1284.

Anno dominice incarnationis M°CC° octuagesimo tercio, VIII° idus februarii, noverint universi instrumentum presens publicum [inspecturi], ////// controversia que erat seu vertebatur inter religiosum

virum, dominum fratrem Arnaldum Siguerii, priorem monasterii [B. Marie de Pruliano, nomine predicti] monasterii, ex parte una, et Arnaldum de Grava, domicellum, filium quondam domini Berengarii de Grava, [militis], ex altera, super divisione seu separatione nemoris dicti de Ramundenx, prope Saxiachum, quod, ut dicebant, //// debant, prefato domino priore eosdem Arnaldum et ejus matrem ad divisionem dicti nemoris provocante, ///// [discretos] viros dominos Guillermum Bruneti, legum doctorem officialemque Carcassone, et magistrum Arnaldum de Coganno [juris] peritum, tanquam in arbitros, arbitratores amicabilesve compositores, sub pena sexaginta librarum turon., inter partes easdem vicisim solempniter stipulata, quemadmodum in quodam publico instrumento inde confecto manu Petri Rogerii, notarii publici de Saxiacho, dixerunt hec omnia plenius et lacius contineri.

Supradicti domini officialis et magister Arnaldus de Coganno, constitutis et positis concorditer per eosdem primo in dicto nemore messoribus et divisoribus, qui statum dicti nemoris et pertinenciarum illius ex antiquitate et per longam experienciam scire, ut dicitur, plene et perfecte poterant et debebant, videlicet Bernardo Barte, Arnaldo Vituli, Guillermo Cartalerii, de Saxiacho, necnon et Guillermo de Bromio, de Monte-Olivo, de questione seu controversia predicta communicato consilio cum messoribus seu divisoribus supradictis, diffinierunt seu determinarunt hoc modo :

« Visis igitur et plenius intellectis predicte questionis seu controversie meritis, nos, G. Bruneti et Arnaldus de Coganno prefati, ut arbitratores seu compositores amicabiles, in nos compromissum suscipientes predictum, volentesque partes ipsas ad bonam pacem et perempnem concordiam revocare, et vitare labores illarum ac alia emergencia discrimina et onera gravia expensarum, volumus concorditer, statuimus et mandamus auctoritate et potestate nobis in hac parte a sepefatis partibus tradita et concessa, quod divisio predicti nemoris quemadmodum per dictos messores sive divisores in duas partes facta est, et sicut signa per eos ibidem posita hostendunt, firma ac stabilis in perpetuum perseveret.

« Que divisio hiis limittibus designatur : incipiens a fonte dicto *de Fau*, que est super sanheriam Cironis et abinde sicut rechus descendit versus tenentiam de Saxiacho, et a dicto fonte assendendo recte usque ad carrateriam, prout due pile lapidee, posite pro metis seu limitibus versus partem aquilonis, demonstrant, protendendo ab inde secundum quod signis arborum crucesignatarum ad hec positis seu statutis per dictos messores, limitatur, et a dicta carrateria protendendo usque ad quadrivium, et a dicto quadrivio usque ad furnum dictum *den Godafrez* et usque ad capsanh de Codeira, et ab inde sequendo viam usque ad passum rivi Prati Auderii, ubi dicitur *ad passum Fabricarum Berengerii de Goginchis ;* et a dicto passu sequendo torrentem seu rivum Prati Auderii usque ad fontem, juxta viam que vadit ad passum de Salessas ; et ab inde sequendo viam de Escorsenx usque ad capsanh fluminis de Sor, volentes et statuentes nichilominus, ad eternam rei memoriam, quod ibi fiant pile seu mete lapidee, juxta cognitionem, recordum et arbitrium messorum seu divisorum predictorum.

« Considerantes insuper quod, juxta tenorem instrumenti dicti compromissi, plenaria potestas nobis data est et concessa a partibus supradictis quod partem seu partes dicti nemoris, ne ex hoc ipse possint inter se seu debeant discordare, si neuter alteri vellet de supradictis partibus obtionem defferre seu dare, possimus ipsis partibus assignare, de eadem potestate nobis tradita et concessa, partem illam que est infra dicta signa, versus altanum et aquam de Alsavo, domino . . priori de Proliano et suo monasterio supradicto pe-

rempniter assignamus, ad suam suorumque voluntatem in perpetuum faciendam, partem vero aliam que est infra dicta signa, versus circium et versus feudum Hospitalis Sancti Johannis, dictis Arnaldo de Grava et domine ejus matri, cum domo et hedificiis ibi factis per dominum priorem monasterii de Pruliano prefatum, et suis successoribus pariter assignamus habendam et possidendam ab eis, pro sua voluntate in perpetuum facienda.

« Quia vero, juxta extimationem et arbitrium quorumdam, pars illa que est versus altanum, quam priori et monasterio assignavimus supradictis, majoris extimationis seu valoris esse creditur et partem alteram in aliquo excedere, volumus et mandamus prefato domino priori quod, pro magis valentia hujusmodi seu valore, det et solvat dictis Arnaldo de Grava et domine ejus matri triginta libras turon., infra unum mensem proxime venientem, in quibus eis dandis et solvendis prefatum dominum . . priorem et ejus monasterium, sententia nostra seu pronunciatione hujusmodi arbitrali vel amicabili, condemnamus.

« Volumus etiam et statuimus ac concorditer ordinamus quod dominus prior predictus et suum monasterium, de gratia, per unum annum continuum, possint uti et frui dicta domo, si voluerint, sine incommodo tamen predictorum Arnaldi de Grava et domine ejus matris. Pacta insuper et conventiones quascumque habitas inter dictum dominum priorem vel alium de monasterio, sive super domo ipsa sive super nemore supradicto, per hanc pronunciationem cassa et irrita fore volumus et instrumenta secuta omnia super eis, ut huic instrumento prejudicium non afferant in quocumque, sed presenti divisioni et ordinationi dumtaxat stetur et pareatur a partibus supradictis.

« Volumus insuper et mandamus quod dictus dominus prior presentem pronunciationem et determinationem amicabilem ratifficari, approbari faciat, sufficienter et ydonee, infra unum mensem proxime venientem, a suo monasterio et conventu; et hec omnia singula supradicta precipimus et mandamus a predictis partibus perpetuo et inviolabiliter observari, prout per nos sunt superius deffinita. Nobis tamen retinemus et reservamus plenariam potestatem declarandi, interpretandi et corrigendi, si super ea dubium aliquod emerserit vel obscurum; insuper etiam super justiciis seu bannis imponendis, declarandis et mitigandis, prout nobis expedire videbitur, retinemus nobis plenariam facultatem. Et ibidem, partes predicte, que presentes erant, ratifficarunt, emologarunt et approbarunt, voluntarie et gratanter, universa ac singula supradicta; et nichilominus memoratus Arnaldus de Grava, qui majorem viginti annis se asseruit, sub virtute a se infra prestiti juramenti, et domina Ramunda, ejus mater, de servandis et tenendis per omnia universis ac singulis supradictis, ad sancta Dei Evangelia prestiterunt corporaliter juramentum, dantes et cedentes una parcium alteri adinvicem jura omnia et actiones competentes eisdem vel valentes competere in partibus ipsis ad alteram devolutis, investientes una alteram vicisim jure sibi in ipsis partibus devolutis ad alteram competente; et pactum de non petendo una earumdem partium alteri fecit spontanee perpetuum et reale super partibus supradictis. Acta fuerunt hec Carcassone, anno et die predictis, in presentia et testimonio religiosorum virorum fratris Ramundi Ripperie, supprioris conventus fratrum Predicatorum Carcassone, fratris Germani Pagesii, fratris Bernardi Mileti, ordinis fratrum Predicatorum, fratris Arnaldi Ribela conversi, fratris Johannis Salomonis, procuratoris et conversi monasterii supradicti, magistri Fulquerii de Podio Tericho, jurisperiti, magistri Johannis Eguizerii, notarii publici Fanijovis, Ramundi Morlane de Carcassona et messorum predictorum. »

Postmodum vero, anno Domini M°CC° octuagesimo quarto, vi° idus octobris, memorati dominus prior monasterii Proliani et Arnaldus de Grava, adhibito sibi me, Paulo Floris, notario publico, et testibus infrascriptis, ad nemus predictum personaliter accesserunt et divisionis hujusmodi metas et limites, juxta pronunciationem prescriptam, ut illa firma et stabilis peremptoriter perseveret et ne oriri possit deinceps dubium vel litigium aliquod super ea, certius statuerunt, divisionem eandem liberali ac gratuito animo confirmantes, et in modum qui sequitur, innovantes : « que quidem divisio sic incipit videlicet inchoando a fonte dicto *de Fau*, qui est super sanheriam Cironis, sicut rechus descendit versus tenentiam de Saxiacho, et a dicto fonte ascendendo recte usque ad carrateriam, prout due pile lapidee posite versus partem aquilonis pro metis seu limitibus, demo[n]strant, protendendo secundum quod signis quercuum quarumdam signatarum crucibus in duabus partibus hostenditur intuenti, et prout de dictis quercubus protenditur usque ad terciam pilam, et a dicta tercia pila usque ad quamdam quercum que est prope quamdam ruppem ; et a dicta quercu usque ad quartam pilam lapideam positam pro meta ; et a dicta quarta pila usque ad quintam, tribus quercubus intermediis signo crucis consignatis ; et ab inde usque ad carrateriam et procedendo inde per carrateriam usque ad sextam pilam ; et a sexta pila ascendendo per semitam usque ad fontem dictum *de Codeira ;* et a dicto fonte procedendo per semitam usque ad congeriem lapidum, qui quidem congeries est in serrato propinquo dicto fonte, versus aquilonem ; et inde procedendo per dictam semitam usque ad rivum vocatum *de Prato Auderii*. et sicut alveus dicti rivi ascendit usque ad fontem ubi oritur, qui quidem fons vocatur *de Garriga Prati Auderii ;* et ab inde ascendendo per semitam propinquam fonti usque ad passum de Bragellis et usque ad viam qua itur usque Escorsenx ; et habende (*sic*) procedendo per dictam viam qua itur usque ad fontem dictum *Medii mundi* et locum vocatum *Capsanh de Sor*. Promittentes idem dominus prior, nomine suo et sui monasterii sepefati, ac Arnaldus de Grava jamdictus, pro se, unus alteri ad invicem divisionem ipsam servare stabilem atque firmam in perpetuum et tenere, prout dictis limitibus specialius et certius a se concorditer statutis et positis, designatur, precipientes michi, notario memorato, ut de hiis et omnibus ac singulis supradictis, ad eternam rei memoriam, publicum per alphabetum divisum conficerem instrumentum. Actum fuit hoc in nemore seu nemoribus supradictis, anno et die superius ultimo conscriptis, in presentia et testimonio venerabilis viri, domini G. Bruneti, legum doctoris, magistri Arnaldi de Coganno, magistri Fulquerii, Ramundi Picasse, clerici de Fanojovis, Ramundi Guillermi de Conchis, domicelli, Guillermi de Bromio de Monteolivo, Arnaldi Vituli, Guillermi Cartalerii, de Saxiacho, et Pauli Floris, notarii publici Carcassone domini regis, qui predictis omnibus presens interfuit et requisitus a domino priore et Arnaldo de Grava memoratis, hanc cartam recepit ; vice cujus et mandato, ego, Guillermus Ramundi, de Alayraco, clericus ejus discipulus, hec omnia scripsi, ex abreviata dicti notarii fideliter extrahendo ; et in xxii^a^ linea a priore computanda, rasi et correxi *viam de Escorsenx usque a l ti*, in lv^a^ linea interlineavi *divisionem*. Et ego, idem Paulus Floris, notarius publicus antedictus, subscribo atque signo, domino Philippo, rege Francorum, regnante. (*signet.*)

Original : Archives de l'Aude, H, 389. (document endommagé au début.)

458 13 février 1283.

Reçu de la somme de 30 livres, payée par le monastère de Prouille à Arnaud de Grave *ratione et causa divisionis nemoris de Raymondenxs.*

Anno Domini M°CC°LXXX tertio et idus februarii, ego, Arnaldus de Grava, domicellus, filius quondam Berengarii de Grava, nomine meo et domine Raimunde, matris et tutricis mee, de voluntate et assensu Raimundi de Rocha, domicelli de Laurano, procuratoris mei, qui presens est et hoc voluit et approbavit, recognosco et in veritate confiteor vobis, domino fratri A. Seguerii, priori monasterii B. Marie de Pruliano, stipulanti et recipienti pro priorissa et conventu monasterii antedicti, quod solvistis michi et numerando tradidistis xxx libras turon. nigrorum de turribus, ratione et causa divisionis nemoris de Raymondenxs, renuncians omni exceptioni non numerate pecunie et non accepte, et doli mali et in factum, faciens vobis pactum perpetuum de non petendo aliquid de cetero de predictis, et si aliqua scriptura publica, etc.

Testes fratres de ordine Predicatorum Germanus Pagesii, presbiter, et Johannes Salomonis et Bernardus Muelli, conversi. Johannes Eguezerii, quondam publicus notarius castri Fanijovis, recepit notam istius instrumenti et in suo prothocollo registravit, et morte preventus, in formam publicam non redegit; sed ego, Astorgius de Fondial, publicus notarius ejusdem castri pro illustrissimo domino Philippo, rege Francie, auctoritate michi data super hoc et concessa a nobili viro domino Eustachio de Bellomarchesio, milite, senescallo Tholosano et Albiensi, secundum notam in prothocollo dicti notarii quondam repertam, hanc cartam fideliter scripsi et in hanc formam publicam redegi et signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 389

459 [1] 19 janvier 1284.

Poncius Guotina jeune, de Saissac, avait taillé du bois, sans autorisation, dans la forêt de Ramondens. Il est condamné par frère Salomon, procureur des religieuses, à une amende de 10 livres tournois dont son frère, Bernard Guotina, garantit le paiement. Notaire : *Petrus Bolaroti*, notaire de Saissac. (*signet.*)

Témoins : *Bernardus Barte, Bonetus de S. Amancio, Ramundus Escanni senior, Bernardus Guoti de Saxiacho, frater Bernardus Cebelerini, ordinis fratrum Predicatorum domus Pruliani.*

Original : Archives de l'Aude, H, 404

---

1. Il est inutile de reproduire la teneur de ces procès-verbaux rédigés tous de la même manière; nous nous contenterons d'en noter les particularités.

460 23 septembre 1288.

Jean Culhier, *manupararius residens in fabrica Guillelmi Cabral*, avait frappé jusqu'au sang Raimond Faure, *manupararius fabrice Petri Faure*; il est condamné par le juge de Prouille à Ramondens à une amende de 60 sous tolsas. Notaire : ***Raimundus Poncii. (signet.)***

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

461 Prouille, 5 août 1290.

Sicardus Balaguerii de Saissac et Bonetus Balaguerii, son fils, pour avoir pêché dans la rivière d'Alsau, s'engagent à payer au procureur de Prouille, Jean Salomonis, 100 truites. Notaire : Jacques Capella. (***signet.***)

Témoins : ***//// de Villanova, rector ecclesie de Bromio, Arnaldus Vituli, Bernardus Aucelli de Saxiaco.***

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

462 5 septembre 1290.

Délimitation des propriétés de Prouille et de la maison de Saint-Jean de Jérusalem d'Arfons, à Ramondens.

Anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo nonagesimo, regnante domino Philippo, rege Francorum, nonis septembris, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, cum inter religiosum virum, dominum fratrem Aymonem de Montelauro, de ordine Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani, preceptorem domorum dicti Hospitalis de Sancto Sulpicio et de Orfontibus, et gentes suas, ex parte una, et procuratorem ac gentes dominarum sororum monialium monasterii de Pruliano, ex altera, suscitata foret vel suscitari speraretur questionis materia super mettis seu terminiis, que sunt et fore debent inter tenentias nemorum novi mansi dicte domus Hospitalis et Sicardi de Rocillo, domicelli, et de Orfontibus predicti domus Hospitalis, in totum, necnon et tenentiam nemoris de Raymondencxis, prefatas dominas sorores contingentem, in quibus quidem terminiis signa, ut dicitur, congrua seu sufficiencia non extabant, per que signa partis utriusque tenentia locorumve nemorum predictorum expedita remaneret liquide vel divisa, ipso quoque procuratore ac gentibus earumdem dominarum sororum asserentibus et dicentibus quod prefatus dominus preceptor et gentes sue aliquam partem dicti nemoris de Raymondencxis, mettis predictis contiguam, sibi denuo aplicabant seu intendebant indebite aplicare, in juris et jurisdictionis dictarum dominarum sororum non modicum prejudicium et jacturam, contra statum, ut dicebatur, pristinum et debitum venientes, dictoque domino preceptore et gente sua in contrarium dicentibus et refferentibus quod sepedictus procurator et gentes dictarum dominarum sororum aliquam aliam partem seu partes de tenenciis dicte domus Hospitalis nemorum novi mansi et de Orfontibus predictorum, et de jure eorum et proprietate, citra predictas mettas seu terminerias, sibi indebite aplicabant noviter vel intendebant aplicare, eorum possessioni pristine et juri ipsius competenti, ut dicebant, resistentes, idcirco prefatus dominus preceptor, pro se et dicta domo Hospitalis ac domino priore Sancti Egidii, quatenus domum Hospitalis tangit in nemore

novi mansi et insolidum in nemore de Orfontibus, ex parte una, et frater Arnaldus Ribelha, de ordine fratrum Predicatorum domus Pruliani, procurator, ut dicebat, dictarum dominarum sororum, pro ipsis sororibus et conventu earumdem, nomine procuratorio, ex altera, compromissum ad plenum facere intendentes de predictis questione et contrastu necnon et omnibus aliis questionibus, controversiis et demandis, quas una pars predictorum ab altera in predictis mettis seu termineriis et pretextu earumdem facere posset modo quolibet vel movere, usque in hanc presentem diem, quo istud presens scribitur instrumentum, unanimiter et gratanter compromiserunt videlicet in fratrem Johannem Salomonis, de ordine fratrum Predicatorum domus et conventus Pruliani, et in fratrem Jacobum Siguot [1], de ordine Hospitalis Sancti Johannis, presentes et in se recipientes, videlicet dictus frater Jacobus de mandato et assensu dicti domini procuratoris, et idem frater Johannes de voluntate prioris de Pruliano, tanquam in arbitros, arbitratores, laudatores seu compositores amicabiles, quibus quidem arbitris, arbitratoribus ipse partes, nominibus quibus supra, tribuerunt, dederunt et penitus concesserunt liberam et plenariam facultatem, mandatum, licentiam et auctoritatem predictam questionem seu questiones et contrastum predictum terminandi, dividendi et eciam declarandi, et reducendi ad statum pristinum et debitum, juxta eorum discretionem et omnimodam voluntatem, de plano vel de jure, et que super predicto contrastu male acta invenerint, refformandi, et actus solitos atque bonos [faciendi], et nichilominus apponendi vel apponi faciendi, ipsis partibus presentibus vel absentibus, pilaria vel alia signa in dictis termineriis et in locis ibi necessariis, per que tenentia utriusque partis clara et divisa perpetuo deinceps remaneat, prout ipsis arbitris arbitratoribus vicicim expediens videatur. Quibus pilaribus vel signis per predictos arbitros appositis vel saltem deputatis, ipse partes eorum appositionem et ordinationem qualemcumque confestim ratificare et confirmare promiserunt, ad mandatum eorumdem arbitrorum vel arbitratorum et ratificari facient, videlicet idem dominus preceptor a domino priore Sancti Egidii vel, si suficiat, a tenente locum suum in partibus Tholosanis, et idem procurator a domino priore Pruliani vel a conventu earumdem dominarum sororum, si necessarium sit de jure, et ipse partes compromittentes exnunc ut extunc et extunc ut exnunc aprobant et acceptant. Et hec omnia et singula predicta et subscripta utraque pars promisit firmiter alteri servare ac tenere, sub pena quinquaginta librarum turon. danda et solvenda a parte inhobediente seu parere nolente parti hobedienti seu parere volenti dicto laudo, arbitrio et ordinationi arbitrorum, arbitratorum seu compositorum amicabilium predictorum. Promiserunt etiam dicte partes compromittentes, sub pene predicte incursu, quod quicquid predicti arbitri, arbitratores, laudatores seu compositores amicabiles, jure, mandato vel amicabili compositione, juris ordine servato vel penitus pretermisso, infra scriptis vel sine scriptis, stando vel sedendo, diebus feriatis vel non feriatis, partibus absentibus vel presentibus, citatis vel non citatis, una vel pluribus sententiis, quocumque vel ubicumque sue placuerit voluntati, super predictis questione vel questionibus et contrastu ordinandum duxerint, mandandum vel alias statuendum, partes ipse perpetuo et inviolabiliter observabunt et exnunc aprobant et acceptant et, ut dictum est, aprobari facient a personis memoratis et supra specificatis, juxta presentis rei exhigentiam et sepedictorum arbitrorum, arbitratorum seu compositorum amicabilium ordinationem et mandatum. Promiserunt eciam partes venire ad diem et dies, locum et loca ipsis partibus per

1. Ce mot est répété.

dictos arbitros assignanda, volentes ipse partes et consentientes, specialiter et expresse, quod dicta pena tociens a partibus predictis comitatur, quociens aliqua partium in totum contravenire contingeret vel in partem et, pena predicta semel, secundo et pluries soluta seu exhacta, nichilominus dictum laudum, ordinatio seu preceptum dictorum arbitrorum et presens compromissum in sua remaneant valida firmitate. Pro qua pena predicta solvenda et complendis ac attendendis universis et singulis antedictis, obligavit utraque pars alteri, videlicet idem dominus preceptor bona sua omnia et predicte domus Hospitalis, et predictus procurator bona omnia dictarum dominarum sororum, sub omni renunciatione pariter et cautela. Et renunciavit utraque pars in hiis, scienter et consulte, arbitratui boni viri omnique alii juri et auxilio ac remedio, quibus posset modo aliquo obviam hiis venire vel premissis in solidum resistere vel in partem; et fecit pactum utraque pars alteri de non recurrendo ad arbitrium boni viri. Preterea, voluerunt ipse partes et concesserunt quod, si contingat predictos arbitros non posse convenire super determinatione questionis et contrastu hujusmodi, quod prenominati domini preceptor et prior de Pruliano possint et valeant, juxta eorum discretionem, de plano seu de jure, finem imponere presentibus questionibus et contrastui et eum sive eas, prout voluerint, terminare. Demum, actum extitit inter partes quod dictum compromissum duret hinc ad instans festum Omnium Sanctorum tantum.

Hujus rei sunt testes magister Guillermus Atho, major, jurisperitus de Sancto Sulpicio Leratensi, frater Peiregrinus de Venerca, de ordine Hospitalis Sancti Johannis, Poncius Amelii, notarius de Bromio, Ramundus de Sancto Leyderio, domicellus dicti domini preceptoris, Guillermus Assionis de Saxiacho et plures alii.

Post hec, anno quo supra, septimo kalendas octobris, noverint universi [1] quod, cum in nos, fratrem Johannem Salomonis et fratrem Jacobum Siguot, arbitros seu arbitratores predictos, compromissum fuerit a predictis partibus, quibus supra nominibus, de predictis questione seu questionibus et contrastu, ut in dicto compromisso de quo nobis constitit, per nostri presentiam, plenius continetur, cupientes predictas partes ad pacem et concordiam revocare et omnem inter eas discentionis materiam computare, finemque questioni seu questionibus et contrastui volentes imponere prelibatis, pro bono pacis, utilitatis et concordie, in locis, mettis seu termineriis et contrastu, de quibus erat questio, personaliter existentes et dictam questionem seu questiones et contrastum predictum, pronunciando amicabiliter, terminantes, habito peritorum consilio et tractatu, et inquisito prius diligenter cum quibusdam personis fidedignis, que melius scire dictas terminerias dicebantur, dictum nostrum laudum, ordinationem seu mandatum dicimus, proferimus seu dici facimus in hunc modum :

« Volumus quidem in primis et pronunciamus et designando deputamus et dividimus utramque tenentiam, quod ad sumptus comunes partium predictarum, octo fiant in universo pilaria que utramque partem dictarum tenenciarum designent et ostendant et, ut in posterum omnis dissentionis et contrastus materia, ratione predictarum termineriarum, inter dictas partes et illas quarum interest, sopita perpetuo remaneat et sepulta, et a parte inferiori, subtus dicta pilaria, scilicet a parte nemorum de Orfontibus et novi mansi, libere remaneat predicte domui Hospitalis et predicto domino priori; a parte vero superiori, videlicet

1. Ces deux derniers mots sont répétés.

versus nemus de Raymoudenexis, supra dicta pilaria, dominabus sororibus libere remaneat antedictis. Que pilaria in locis fieri precipimus infrascriptis, videlicet quatuor pilaria, quatenus metta seu termineria novi manssi se extendit contigua tenentie de Ramondenexis dictarum dominarum, primum videlicet in via qua itur de Escorssenexis usque Saxiacum recte, in loco vocato *ad Capud Sanh de Sant*, et de inde, recte sequendo dictam viam, a dicto loco usque ad saxum, et alia tria pilaria quatenus novi mansi tenentia se extendit, prout per nos loca, ubi dicta pilaria construi et edificari precipimus, sunt exhibita, ordinata et deputata. Alia vero quatuor pilaria residua fieri jubemus, quatenus tenentia proprietatis nemoris de Orfontibus dicte domui Hospitalis insolidum pertinentis, se extendit contigua tenentie de Raymondenexis, dictas dominas sorores contingenti; primum videlicet in loco vocato *Capud Sanh de Sor*, et alia tria pilaria prout rectius cum funiculo sequendo dictam viam et signa crucium ibi factarum per nos in quibusdam arboribus, versus saxum, incipiendo in dicto capite Sanh de Sor, fieri poterit et debebit, husque prope tenentiam de Raymondenexis Arnaldi de Grava, domicelli, juxta cujus domicelli tenentiam, in loco per nos hostenso, ultimum pilare fieri precipimus et mandamus. Inter que quidem octo pilaria, diversa et plurima signa crucium in diversis et pluribus arboribus facta sunt per nos noviter, ut, ipsis et pilaribus mediantibus, utriusque partis tenentia et termincrie predicte eterniter clare existant et remaneant expedite, et ut deinceps omnis contrastus et discencio omnino cesselur et questiones et controversie universe supra hiis in perpetuum sopiantur. Que quidem pronunciationem, ordinationem et mandatum precipimus et mandamus a predictis partibus et illis quorum interest, sub dicte pene incursu, perpetuo et inviolabiliter observari, et premissa omnia confirmari per predictas partes et per illos alios de quibus in dicto compromisso supra mentio est peracta, antequam opus pilarium predictorum, si necesse fuerit, existat consummatum et post, prout superius de jure fieri poterit et debebit, et secundum quod qualitas et meritum presentis contractus et negotii de jure postulant et requirunt.

« Hujus pronunciationis sunt testes frater Arnaldus Vitalis, ordinis fratrum Predicatorum, conventus Pruliani, magister Jacobus Capella, notarius de Lauraco, Guillermus Salvati, clericus de Forsia, Bernardus Ancelli, custos nemoris de Raymondenxis, Ramundus Espero, custos nemoris de Orfontibus, Arnaldus Vituli, Sancius de Castellione, Ramundus Escande, clericus de Saxiaco, Petrus Pastoris de Sancto Germano. »

Preterea, anno quo supra, tercio nonas octobris, noverint universi quod prefatus dominus frater Aymo de Montelauro, preceptor dictorum locorum, de assensu et auctoritate fratris Petri Bivent presbiteri, fratris Ramundi de Bitterris, fratris Peregrini de Venerca, fratris Arnaldi de Arang, ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani, in domo ejusdem Hospitalis de Sancto Sulpicio Leratensi habitancium, et prenominati fratres cum eodem domino preceptore, pro se et dicta domo Hospitalis et pro domino priore Sancti Egidii, visa, ut dixerunt, et inspecta utilitate predicte domus Hospitalis, exposito ipsis prius tenore pronunciationis supradicte, eamdem ordinationem, pronunciationem et mandatum dictorum arbitrorum, arbitratorum seu compositorum amicabilium necnon et appositionem dictorum signorum et pilarium, que facta sunt et mandata fieri inter dictas tenentias per arbitros memoratos, laudaverunt, aprôbaverunt et concesserunt et emologarunt et nunquam contravenire promiserunt, sua bona fide. sub rerum suarum et dicte domus Hospitalis obligatione et sub omni renunciatione pariter et cautela.

Hujus emologationis, confirmationis, pronunciationis predicte sunt testes : frater Bonus Homo de Arang

et frater Bernardus de Escalerio, ordinis fratrum Predicatorum, conventus Rivorum, Petrus Major de Sancto Sulpicio, magister Bernardus de Sancto Sulpicio.

Consequenter, anno et die quibus supra proximo, noverint universi quod frater Arnaldus Ribelha, procurator predictus, nomine procuratorio dictarum dominarum de Pruliano, exposita sibi primitus ordinatione supradicta, facta per dictos arbitros, et visa et cognita, ut dixit, utilitate et comodo dictarum sororum evidente, dictum, laudum, ordinationem et mandatum supradicta et appositionem pilarium et signorum predictorum factorum et faciendorum, juxta mandatum predictorum arbitrorum, arbitratorum, inter predictas tenentias, aprobavit, concessit et voluit ac penitus emologavit et nunquam contra venire promisit, sua bona fide, sub omnium bonorum dictarum dominarum sororum obligatione et sub omni renunciatione pariter et cautela.

Hujus rei et aprobationis sunt testes: dominus Petrus de Arang, capellanus de Villafranca, dominus Bernardus de Capella, presbiter de Pruliano, Arnaldus Olibe de Cucmieriis, Arnaldus Magistri de Tholosa.

Post hec, anno quo supra, XVII kalendas novembris, noverint universi quod dominus frater Arnaldus Siguerii, prior de Pruliano, pro se et toto conventu dictarum dominarum sororum, presente et futuro, visa ut dixit, [et] cognita [1] in hoc utilitate earumdem, predictum compromissum et pronunciationem subsecutam confirmavit, aprobavit et ratificavit et etiam emologavit, recognoscens predictum compromissum et pronunciationem et omnia supradicta de assensu et mandato suo facta fuisse et etiam ordinata, et appositionem dictorum pilarium, factorum et faciendorum, et predicta omnia et singula tenere et servare se promisit et dictas dominas sorores perpetuo necnon et totum conventum earumdem, presentem et futurum, et nunquam contra facere vel venire, sub bonorum omnium dictarum dominarum obligatione et sub omni renunciatione pariter et cautela.

Hujus presentis confirmationis sunt testes: frater Ramundus [2] de Podio, subprior Pruliani, frater Petrus Pagesii, stans Pruliani, Ramundus Aurifila et magister Jacobus Capelle, notarius de Lauraco, Arnaldus Vituli et filius ejus, Sancius de Socalan de Saxiacho, Ramundus Aurussa de Massaguello et plures alii.

Preterea, anno Domini M°CC°XC° primo, nonis junii, noverint universi quod venerabilis et religiosus vir, dominus frater Guillermus de Vilareto, prior Sancti Egidii, de assensu et auctoritate dominorum fratrum Gaucerandi de Montebruno, preceptoris de Nebiano, et Hugonis de Graolac, preceptoris de Salvetate, Bernardi Petri, preceptoris de /////, Petri Ramundi, preceptoris de Rossergue, fratris Ramundi de Manso, preceptoris de Roayros, presentium, et iidem fratres preceptores cum eo, pro se et dicta domo Hospitalis, visa, ut dixerunt, et inspecta utilitate predicti Hospitalis, dictum, compromissum et pronunciationem predicta et presentem cartam et omnia et singula antedicta et dictorum pilarium et signornm appositionem jam factam de mandato et ordinatione dictorum arbitrorum arbitratorum, laudaverunt, concesserunt, aprobaverunt, ratificaverunt et confirmaverunt et eciam emologaverunt, et predicta omnia tenere, servare et nunquam contra facere se et domum Hospitalis necnon et omnes fratres dicte domus, presentes ubique et futuros, bona fide, promiserunt, sub bonorum suorum et dicte domus Hospitalis omnium obligatione,

---

1. Ms: *connita*. — 2. Ms: *Ramundo*.

michi, notario infrascripto, pro omnibus quorum interest, stipulanti et recipienti, et sub omni renunciatione et cautela.

Hujus confirmationis sunt testes : dominus frater Hermengaldus, preceptor de Podiosiurano, Isarnus de Vintraco, Arnaldus Esperanderii de Cesano, Bernardus de Pradellis, comorantes cum domino priore predicto; et ego, Petrus Bolharoti, notarius publicus domini regis et de Saxiacho, qui hanc cartam et omnia et singula antedicta recepi, et in omnibus precedentibus ratificationibus et confirmationibus stipulatus sum nomine omnium illorum quorum poterat interesse, et in hanc formam publicam reddegi, scripsi et signum meum apposui. (*signet.*)

Original : Arch. de la Haute-Garonne, H. (Fonds de Malte, Arfons 1, n° 6.)

463 Carcassonne, 12 octobre 1291.

Lambert de Limoux, seigneur de Saissac, permet aux religieuses de Prouille de parquer leurs troupeaux, sur son fief de *Abadia,* pourvu que cela ne gêne pas les habitants de Saissac.

Noverint universi quod nos, Lambertus de Limoso, miles, dominus de Saxiacho, volentes vobis, fratri Arnaldo Seguerii, priori monasterii Pruliani, priorisse et conventui ejusdem monasterii facere gratiam specialem, tenore presencium vobis concedimus et liberaliter volumus, de gratia speciali, quatinus, si contingat quod vacce vel alia animalia que nunc tenetis vel pro tempore tenebitis in foresta de Raimundenchis, propter nives vel asperitatem temporis vel alia ex causa, veniant et declinent ad feudum seu pascua dicta *de Abadia*, quod ipsa animalia sint in libertate pascendi, ita quod nulla justicia, bannum vel pena exhigatur a procuratoribus vel custodibus animalium predictorum per nos, correvos vel baylivos nostros, dum tamen cabanam ibidem non faciatis, vel ita longam residentiam quod homines de Saxiacho possent vel deberent inde gravari ; quam concessionem vobis, predictis priori et priorisse et monasterio, facimus quamdiu nobis placuerit et visum fuerit expedire, remitentes vobis et donantes, ex certa scientia, omnes justicias pro quibus vos obligastis vel alii, nomine vestro, cum instrumentis vel fidejussoria cautione, tempore domini Lamberti, bone memorie progenitoris nostri, vel nobis usque ad presentem diem, pro arrestatione et captione animalium vestrorum, que inveniebantur in pascuis de Saxiacho vel de Abbadia predictis. In quorum omnium predictorum testimonio, nos, Lambertus de Limoso, miles supradictus, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Carcassonne, IIII idus octobris, anno Domini M°CC nonagesimo primo.

(Fragments du sceau en cire verte.)

Original : Arch. de l'Aude, H, 394.

464 13 novembre 1294.

Arnaud Lérat et Barthélemy Gotina, de Saissac, ont laissé leurs porcs paître dans les bois de Ramondens; ils s'engagent à payer, pour leur procès-verbal, au monastère de Prouille une amende de 60 sous tolsas.

Témoins : *Raimundus Paschalis, Bartholomeus Verdalie* ///// *Raimundus Peirerii de Saxiaco, et ego, Petrus Bolaroti, notarius publicus de Saxiaco, qui hanc cartam scripsi et signavi.* (signet.)

Original : Arch. de l'Aude, H, 396.

465 Lundi après Saint-Nicolas 12 décembre 1295.

Une jument de Arnaud Lérat, paissant à Ramondens, a été confisquée par le bayle de Prouille; elle lui est rendue sur la promesse qu'il fait de payer une amende de 60 sous tolsas. Notaire : *Petrus Bolaroti.* (signet.)

Témoins : *Petrus Majoris, Petrus Pilgalardi.*

Original : Arch. de l'Aude, H, 404.

466 Mardi avant la Circoncision 27 décembre 1295.

Une jument de Lérat de Saissac a été surprise paissant à Ramondens et confisquée par le bayle de Prouille, Arnaud Vituli; elle lui est rendue moyennant la promesse de payer une amende de 60 sous tolsas. Notaire : *Petrus Bolaroti.* (signet.)

Témoins : *Petrus de Verdala, Bernardus Falqueti junior* et *Bartholomeus Pauti de Saxiaco.*

Original : Arch. de l'Aude, H, 404.

467 Décembre 1295.

Pierre de Verdale, de Saissac, reconnaît avoir envoyé paître dans les bois de Ramondens deux bœufs lui appartenant, et il s'engage à payer une amende de 60 sous tolsas.

Original : Arch. de l'Aude, H, 392.

468 17 mai 1298.

Arnaud de Grave, coseigneur de Peyriac-Minervois, vend, pour 1000 sous tolsas, au monastère ce qu'il possède dans la montagne et la forêt de Ramondens.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, Philipo, rege Francorum, regnante, decimo quinto kalendas junii, ego, Arnaldus de Grava, domicellus, dominus in parte de Periaco, pro me et meis heredibus et successoribus universis, gratis et spontanea voluntate, utilitate mea et comodo in his maniffeste cognitis, et titulo pure ac perfecte vendi-

tionis, trado seu quasi monasterio Beate Marie de Pruliano et conventui ejusdem et vobis, fratri Petro Vitalis, procuratori seu sindico dicti monasterii, necnon tibi, Egidio de Charmaya, notario infrascripto, nomine monasterii et conventus predictorum solemniter stipulantibus et recipientibus, et quibus voluerint dare, dimittere et alias alio modo et facere in perpetuum suum velle, montaneam meam quandam, cum nemore ibidem existente, sitam in loco vocato *Ramondencs;* que quidem montanea et nemus predictum confrontatur [ex altano in te]nentia monasterii Pruliani [predicti, a cir]cio ad Orfontes et in alia [parte] in Saxaguesio, ut in instrumento confecto inter dictum monasterium et me, plenius continetur. Predictam autem montaneam et nemus seu nemora existencia, nunc et in futurum, et eandem liberam et francam ab omni penitus servitute, cum arboribus, bartis, pratis, pascuis, herbagiis, foriscapiis, aquis, fontibus et reditibus arborum et quarumlibet excrescencium in eisdem, cum introhitibus, exitibus et aliis juribus et pertinenciis undique suis presentibus, et cum omni valore quem habent vel habebunt, et cum omni juridictione, dominio et coertione et justiciis, vendo dicto monasterio et ejus conventui ac procuratori seu sindico ejus et notario predictis, stipulantibus pro eisdem, ad faciendum inde et de eis in perpetuum suum velle, absque mei retentu penitus et meorum, cum hac carta publica perpetuo valitura, ///// inde sibi trado pro toto velle suo. Hanc autem venditionem facio antedictam precio mille solidorum tholos., quos a dicto monasterio recognosco plenarie habuisse, de quibus me bene teneo perpaccatum, renunciando exceptioni non numerate peccunie, non habite vel accepte, et spei future numerationis ejusdem et doli mali et in factum actioni et cuilibet alii exceptioni. Et si predicte plus valent vel [in futurum plus] valebunt precio antedi[cto, totam illam] magis valentiam, [quantuncunque sit] vel erit, dono, donatione [inter vivos] facta, monasterio et conventui antedictis, solenni stipulatione [repetita], renuncians scienter et de jure meo cercioratus, illis legibus per quas deceptis ultra dimidiam subvenitur, et legibus per quas donationes, ex causa ingratitudinis, revocantur, et illi juri dicenti donationem excedentem quingentos aureos vel solidos, absque insinuatione judicis, non valere, et omni alii juri, canonico pariter et civili, per quod contra premissa ego vel mei venire possemus insolidum vel in parte, quidquit pocessionis, proprietatis utilisve dominii seu directi apud me vel alios non retinendo in premissis, ymo me prorsus exuo de eisdem, ipsumque monasterium et ejus conventum et vos, procuratorem seu sindicum et notarium, pro eisdem, solemni stipulatione interveniente ///// et ejus conventui et jura [michi competentia] et actiones in [predictis] bonis et juribus per me [venditis] et [vobis] pro eis do, cedo specialiter et transfero ipsosque ex nunc in eis veros dominos procuratores facio et constituo, utpote in rem suam, meque illa bona, res et jura predicta per me vendita, ipsius monasterii et conventus nomine, devestiendo, et eis dono exnunc facultatem naturalem possessionem, auctoritate propria, nanscicendi de bonis et juribus per me venditis et concessis; et dictam naturalem necnon et civilem pocessionem omnium predictorum eisdem monasterio et conventui desero penitus et relinquo; de qua quidem venditione et rebus omnibus antedictis, promitto, pro me et meis successoribus universis, dicto monasterio et ejus conventui, solemni stipulatione interveniente, predicta repetita per procuratorem seu sindicum et notarium supradictos, nomine dicti monasterii et ejus conventus, bonam et legalem guirenciam me facturum a cunctis amparatoribus, in perpetuum, sine dolo, et juris evictionem restituere et prestare, si evictum fuerit insolidum vel in partem, [sub ypotheca et obligatione] bonorum meorum ///// renunciatione par[iter et cauthela].

Hujus rei sunt testes : [magister Guillermus] Folquerii, jurisperitus, [de Podio Terico], Ramundus Guillermi de Conchis, frater Petrus Blasini, frater [Ramundus] de Podio, frater Guillermus de Aula, frater Stephanus de Landis, frater Aymericus Maurelli, de ordine Predicatorum, et ego, Egidius de Charmaya, publicus notarius castri Fanijovis, pro excellenti domino rege predicto, qui hanc stipulationem et cartam recepi et in hanc publicam formam redegi signoque meo signavi.

Original : Arch. de l'Aude, H, 397.

469 Carcassonne, 19 février 1298/1299.

Lobent, chevalier de Puylaurens, seigneur de la Mote, et son fils, Amans, déclarent avoir autorisé au nom de leur fille et sœur, Brunissende, la vente qu'Arnaud de Grave, fait au monastère, de ses propriétés de Ramondens. (Cf. le nº 467 et le suivant.)

Copie : (xvie siècle): Arch. de l'Aude, H, 399.

470 Ventenac, 20 février 1298/1299.

Arnaud de Grave confirme au monastère la vente qu'il lui a faite de ses possessions de Ramondens. (Cf. sup. nº 467.)

Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, Philippo rege regnante, decimo kalendas marcii, noverint universi quod constitutus Arnaldus de Grava, domicellus, dominus in parte de Peyraco, apud montaneam et ejus forestam vocatam de *Ramundenchis*, que confrontatur, ex parte una, ex altano in tenentia monasterii Beate Marie Proliani, et a circio ad Orfontes, et ex alia parte in Saxagesio, presentibus ibidem religioso viro, domino fratre Bernardo de Turno, priore dicti monasterii, et me, notario, et testibus infrascriptis, ad hec vocatis specialiter et rogatis, cupiens idem Arnaldus, ut asseruit, ac volens illam venditionem dicte confrontate montanee et foreste, per eum dicto monasterio olim factam nude tunc, ut dixit, per cessationem rei traditionis et ejus precii exsolutionis, nunc in presenti perficere totaliter et implere, quia totum precium quod, ratione dicte venditionis, a dicto monasterio recipere debuit et habere, est eidem Arnaldo de Grava modo de novo per dictum dominum priorem, nomine dicti monasterii, plene in numerata pecunia et integre exsolutum, ita quod penes ipsum priorem vel ejus monasterium non remansit de hoc aliquid ad solvendum, ut hec omnia idem Arnaldus de Grava in subdictorum presentia testium et notarii gratis asseruit, confessus fuit et agnovit dicto domino priori, nomine dicti monasterii stipulanti ; de quo quidem precio predicto idem Arnaldus se bene tenens et reputans pro contento, renunciavit scienter exceptioni de dolo et non numerate pecunie dicti precii vel ///// et omni spei future numerationis et receptionis ejusdem et cuilibet alii exceptioni. Idcirco, approbando expresse et confirmando ac valendo venditionem antedictam, prefatus Arnaldus de Grava, gratis et libenti animo, auctoritate ejusdem venditionis, prefatum dominum [priorem, nomine] dicti monasterii, induxit in corporalem possessionem montanee et foreste vendite antedicte, ab eo superius confrontate, [pacifice] et quiete et sine contradictione,

exceptione ac retentione quacunque, immittendo eundem dominum priorem, nomine dicti monasterii, intus [montaneam] eandem et ejus forestam, de frondibus seu ramis arborum ibidem excrescencium et de terra ac herba ejusdem mon[tanee et ejus foreste] domino priori apponendo, necnon intus domum, quam idem Arnaldus de Grava habebat in dicta montanea, [eundem] priorem etiam immitendo, atque claves ipsius domus eidem tradendo et ponendo in manibus ejusdem [domini prioris], [in] signum vere et corporalis possessionis adepte de predictis per eundem dominum priorem, nomine monasterii [antedicti]. Idem Arnaldus de Grava dicto domino priori, nomine dicti monasterii, stipulanti, totum jus et actionem ///// pro occasione alicujus possessionis proprietatis utilisve dominii seu directi, vel alterius cujuslibet rationis, idem Arnaldus, quo //// tempore habere visus fuerit, ut asseruit quomodolibet, in predictis. Et hec dictus Arnaldus de Grava dixit se facere, cum ea juridictione [quam] idem Arnaldus habere posset in predicta per eum dicto monasterio vendita montanea seu foresta. Quam quidem possessionem [cor]poralem, ut est dictum, predictus dominus prior, nomine dicti monasterii, aprehendit de predictis per traditionem inde sibi factam per Arnaldum de Grava, ut premititur, sepedictum.

Acta fuerunt hec in predicta montanea et ejus nemore seu foresta, anno et die predictis, in presencia et testimonio fratris Arnaldi Johannis, inquisitoris Appamiensis heretice pravitatis, fratris Arnaldi de Collo, ordinis fratrum Predicatorum, magistri Arnaldi Pitrelli, jurisperiti de Manso Sanctarum Puellarum, magistri Guillelmi Folquini jurisperiti de Podio Terico, Arnaldi Lerati de Saxiaco, Ramundi de Roqua, de Laurano, domicelli, et magistri Guillelmi de Campolibero, notarii publici Limosi, qui, jussus et rogatus ab Arnaldo de Grava et domino priore predictis, hanc cartam recepit.

Post hec, nono kalendas marcii, Isabel, uxor dicti Arnaldi de Grava, ipso viro suo presente et volente, gratis et spontanea voluntate, ac de jure suo cerciorata, sicut dixit, ratifficavit, confirmavit et penitus approbavit illam venditionem factam per dictum virum suum monasterio Beate Marie de Prolano, de montanea et foresta et omnibus juribus que idem Arnaldus habebat in loco vocato *de Ramundenchis*, ut in instrumento [vendi]tionis, inde facto, plenius continetur, et de precio ex ea venditione per dictum Arnaldum habito atque sumpto, dicta Isabel se bene tenuit [pro] paccata, ipsumque in suis comodis asseruit esse versum. Idcirco, gratis et scienter, predicta Isabel solvit, cessit, diffinivit, modisque [omnibus] reliquit atque dedit in perpetuum predicto monasterio et ejus conventui, licet in hoc absentibus, et michi, notario infrascripto pro [dicto] monasterio et ejus conventu sollempniter stipulanti, totum ac quicquid juris, actionis, petitionis et rationis ipsa Isabel habebat, vel habere [poterat] et debebat, nunc vel etiam in futurum, in montanea et ejus foresta seu nemore et suis juribus venditis antedictis, ratione dotalicii et occasione dotis et doarii atque sponsalicii sui, vel quocunque alio titulo sive jure, [et] pactum perpetuum et sollempne super hiis eidem monasterio fecit et ejus conventui, predicta sollempni stipulatione repetita, de ulterius non petendo, renuncians legibus [et juri]bus aliis quibus donationes, causa ingratudinis, revocantur et quibus deceptis subvenitur, legi Julie de fundo dotali, et legi *sive a me, si qua mulier*, ex quibus alienationes rerum dotalium fieri prohibentur, et juri ypothecarum, et omnibus aliis juribus, exceptionibus et deffensionibus, quibus posset ire obviam in premissis, in solidum vel in parte. Et juravit gratis, tactis sacrosanctis Dei Evangeliis, contra predicta nunquam venire jure aliquo sive ritu. Ad hec vero, Arnaldus de Grava predictus, presens et consenciens, recognovit predicta omnia et singula de ejus voluntate, auc-

toritate et consilio esse facta et predicte vendicionis precium integraliter habuisse et etiam recepisse.

Actum fuit hoc apud Peyriacum, in domo dicti Arnaldi de Grava, in presentia et testimonio magistri Guillelmi Folquini de Podio-Terico, jurisperiti, Ramundi de Lacu, domicelli, Guillelmi de Monte-Albano, domicelli, et magistri Guillelmi de Campolibero, notarii predicti, qui, requisitus a dicta Isabel et ejus viro predicto, [hanc] cartam ratificationis recepit.

Consequenter, ipsa die, domina Ramunda, mater dicti Arnaldi de Grava, gratis et libenti [animo], dictam venditionem et quecunque sunt ex eadem incartata, ratifficavit, approbavit et etiam confirmavit et cessit, dedit et diffinivit penitus ac quitavit dicto monasterio et michi, dicto notario, pro eodem sollempniter stipulanti, quicquid juris, actionis et [proprietatis] habebat vel habere debebat, ratione dotis et sponsalicii sui et cujuscunque assignationis doni et legati sibi facti pro quocunque, aut etiam [jure] successionis aliquorum filiorum suorum vel personarum aliarum et qualibet alia ratione, in montanea et foresta seu nemore et ejus juribus de Ramundenchis, et pactum perpetuum et sollempne eidem monasterio fecit et michi, notario predicto, pro ipso stipulanti, de ulterius non petendo, sub renunciationibus predictis in propedicto ratificationis instrumento contentis, hic de verbo ad verbum specialiter repetitis et recitatis. Et juravit gratis, tactis sacrosanctis Dei Evangeliis, contra predicta nunquam venire, jure aliquo sive ritu.

Actum fuit hoc apud bastidam vocatam *de Ventenaco*, sitam prope Peyriacum, in presencia et testimonio domini Bompar, Bernardi de Queriomonte, presbiteri, Lodovensis dyocesis, Ramundi de Lacu, domicelli, Geralde, filie Ramundi de Roqua, de Laurano, domicelli, et magistri Guillelmi de Campolibero, notarii predicti, qui, requisitus a dicta domina Ramunda, hanc cartam ratificationis recepit; cujus magistri Guillelmi mandato, ego, Bernardus Scuderii, publicus notarius de Limoso, eandem scripsi. Ego, idem Guillelmus de Campolibero, notarius prescriptus, subscribo hoc et signo. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 388.

471 15 avril 1299.

Jean Bernard de Fontiès a laissé deux vaches paître dans les bois de Ramondens; il s'engage à payer, pour son procès-verbal, une amende de 60 sous tolsas au monastère de Prouille.

Anno incarnationis dominice M°CC°XC° nono, regnante Philippo, rege Francie, XVII° kalendas madii, noverint universi quod ego, Johannes Bernardi de Fontiano, major diebus, confiteor et in veritate recognosco tibi notario infrascripto, stipulanti ad utilitatem domini prioris monasterii de Pruliano et domini fratris Raimundi Johannis, procuratoris dicti monasterii, quod due vacce mee fuerunt invente et capte in [foresta] de Ramundenchis par Raimundum Essenhac, forestarium et custodem dicti nemoris, ideoque promitto me daturum et soluturum, pro banno ////// dictarum vaccarum, domino priori et procuratori predictis sexaginta solidos tholosanorum bonorum, ad eorum notitiam et voluntatem, submittens me ////// atque omnimode voluntati, sub omnium bonorum meorum obligatione et sub omni renunciatione pariter et cautela. Hujus rei sunt testes : Guillelmus Majoris, mercator, Ramundus Villapicte et Bernardus de S. Amancio de Saxiaco,

et ego, Ramundus Po[n]cii, notarius publicus Saxiaci, qui hanc cartam scripsi et signum meum apposui. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 392.

472 22 mai 1299.

Barthélemy Gotina, de Saissac, reconnait avoir envoyé paître dans les bois de Ramondens sept « *bestie equine* » appartenant à son frère et à lui-même, et il s'engage à payer une amende de 60 sous tolsas.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 392.

473-474 Puylaurens, samedi après la Saint-André décembre 1301.

Controverse entre le monastère de Prouille et le châtelain royal de Puylaurens au sujet de la juridiction de Ramondens.

Noverint universi quod, apud Podium Laurentium, in castro domini regis Francorum, coram Johanne de Aurelianis, castellano et tenente locum magistri Ramundi de Gauderiis, procuratoris domini regis in senescallia Tholosana, venientes frater Guillelmus Ros et frater Johannes de Rivocavo, ordinis Predicatorum, procuratores domus de Ramondenx dominarum sororum de Prolhano, et cum diceretur quod dictus castellanus et locum tenens posuisset dictum locum de Ramundenx ad manum domini regis et peteret fromatgium a Guillelmo Barossa, Arnaldo Lerat, Stephano ///// et heredibus Bernardi Gotina, mercatoribus de Saxiaco, qui montaneam de Ramondenx a dictis fratribus procuratoribus, nomine procuratorio dicti monasterii, arrendaverant, requisiverunt dicti fratres procuratores, pro se et nomine quo supra, dictum castellanum ac locum tenentem quod dictum impedimentum amoveret de dicto loco et pignora, occasione predicta, capta de mandato suo a dictis mercatoribus, eisdem restitui, maxime cum dominus noster rex eidem et aliis justiciariis senescalliarum Tholose et Carcassone mandaverit, per suas patentes litteras, easdem sorores teneri in suis justis possessionibus et deffendi ab injustis injuriis et violenciis manifestis, in hunc modum :

474 *Poissy, mardi avant la Nativité de la Sainte Vierge septembre 1300.*

Philippe le Bel mande à ses sénéchaux de Toulouse et de Carcassonne de maintenir le monastère de Prouille dans la jouissance de ses droits.

« *Philippus, Dei gratia Francorum rex, Tholose et Carcassone senescallis suis ac aliis justiciariis suis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem.* Mandamus vobis quatinus sorores B. Marie de Prulliano, ordinis fratrum Predicatorum, necnon monasterium, possessiones et alia bona earundem, que, salvo jure alieno, sub protexione et custodia nostra tenore presentium suscipimus, ab injustis violenciis et gravaminibus indebitis, in senescalliis et potestatibus vestris, quantum, mediante justicia, poteritis, defendatis, unum

specialem garditorem eisdem tradentes, si expediens videritis et ab eis super hoc fueritis requisiti. Actum Pissiaci, die martis ante Nativitatem B. Marie Virginis, anno Domini M° trecentesimo. »

Et ibidem dictus castellanus et locum tenens dixit se bene et pro jure regio posuisse dictum locum ad manum domini nostri regis et petiisse fromatgium predictum, cum dicti fratres de novo et indebite exercuerint jurisdictionem in dicto loco, ubi nunquam ipsi nec eorum predecessores habuerunt aliquam jurisdictionem; et cum dominus noster rex et etiam officiales sui sint et fuerint ab antiquo in possessione pacifica et quieta exercendi jurisdictionem altam et bassam in dicto loco, et levandi et percipiendi fromatgium annuatim, de quibus predictis dicta littera domini regis non facit mentionem. Actum fuit hoc apud Podium Laurencium, in castro domini regis, anno Domini M°CCC° primo, Philippo rege regnante, Petro episcopo Tholose, in presencia et testimonio magistri Johannis Roaxi, notarii, Guillelmi Borres, Arnaldi Borres et mei, Ramundi de Corena, publici notarii castri Podii Laurencii, qui die sabbati post festum B. Andree apostoli, requisitus hanc cartam scripsi et ibidem meum apposui sequens signum. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 340.

475 Mercredi après l'Invention de la Sainte-Croix, 9 mai 1302.

Pierre Pauci de Saissac a taillé dans la forêt plusieurs arbres appelés *vaysshas;* le juge de Ramondens, Jean de Collo, le condamne à une amende de 15 sous tolsas. Notaire : *Bernardus Tornerii* (*signet.*)

Témoins : *fr. Arnaldus de Bosco, Guillelmus Desshalabra, Raimundus Guitardi, Thomas Fortis, monasterii predicti, magister Bernardus Bolaroti notarius, Jacobus Canerii, Bartholomeus Pauxi de Saxiacho, Rogerius Seguini, barbitonsor, Arnaldus Tornerii, Bernardus Cabaye de S. Dyonisio.*

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

476 Béziers, samedi après la Purification, 7 février 1303.

Jean de Varanis, sénéchal de Toulouse, délégue ses pouvoirs à son lieutenant, pour le procès qui va se plaider, à la cour de Toulouse, entre le monastère de Prouille et le procureur du roi, au sujet de la basse justice de Ramondens.

Johannes de Varanis, miles domini nostri regis Franchorum, senescallus Tholose et Albiensis, discreto viro domino Geraldo de Malavilla, tenenti locum nostrum, salutem. Mandamus vobis quatenus causam que vertitur in nostra curia Tholosana inter procuratorem domini nostri regis, ex parte una, et syndicum seu procuratorem monialium monasterii B. Marie de Pruliano, ex altera, super facto et jurisdictione bassa montanee de Ramundenchis, secundum retroacta et agenda, audiatis et exhaminetis et causam fine debito terminetis. Nos enim super premissis omnibus et premissa tangentibus vobis committimus plenarie vices nostras. Datum Biterris, die sabbati post festum Purificationis B. Marie Virginis, anno Domini M°CCC° tertio.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 402.

477-478 Toulouse, mercredi après la saint Mathias, 3 mars 1303.

Dans le procès engagé devant la cour de Toulouse entre le procureur du roi dans la sénéchaussée de Toulouse et le monastère de Prouille, au sujet de la basse justice de Ramondens, les religieuses obtiennent gain de cause et sont confirmées dans la possession de la basse justice de Ramondens.

Noverint universi quamdam causam agitatam in curia domini senescalli Tholose et Albiensis, inter procuratorem seu syndicum priorisse et conventus monasterii de Prulhano, ex una parte, et procuratorem domini nostri regis, ex altera, in qua quidem causa pars dictorum priorisse et conventus suplicationem suam per modum articulorum tradidit in hunc modum :

478

Mémoire présenté par le couvent de Prouille pour la défense de ses droits à Ramondens.

« Coram vobis, domino Blayno Lupi, milite, senescallo Tholose et Albiensi, asserit et probare intendit frater Guillermus Amelii, syndicus et procurator priorisse et conventus sororum monialium monasterii Beate Marie de Prulhiano, nomine dicti monasterii, contra procuratorem dicti domini regis quod montanea vocata *de Ramundenchis*, prout inferius limitatur, pertinet cum suis pertinenciis et bassa justicia et ejus exercicio ad dictum monasterium, et eciam ad ipsum monasterium et ad eos, a quibus ipsum monasterium causam habuit, pertinuit ab antiquo;

« item, quod dicta priorissa et dictus conventus et gentes dicti monasterii possident dictam montaneam, et sunt et fuerunt decem anni, viginti anni, triginta anni et quadraginta anni continui et ultra, tam dictum monasterium quam illi a quibus dictum monasterium causam habuit, in pacifica quasi possessione, consuetudine, usu exercendi ibidem bassam justiciam et fromagia et alia deveria levandi et percipiendi;

« item, quod, dum dicta montanea fuit communis tam dicto monasterio quam domino Berengario de Grava, et post ejus obitum, Arnaldo de Grava, ejus filio, dictum monasterium et dicti domini tenuerunt et habuerunt ibi suum judicem, qui ibi in casibus et causis emergentibus, tenebat assisias publice et palam videlicet magistrum Guillermi Folquini, jurisperitum, et dominum Petrum Lupati, legum doctorem. Et postquam in totum dicta montanea pertinuit dicto monasterio, ipsum monasterium tenuit et habuit ibi suum judicem, videlicet magistrum Arnaldum Pitrelli, ad quem gentes communiter recurrebant ut ad judicem conpetentem;

« item, quod castellanus Podii Laurencii, de mandato procuratoris domini regis, ut dicebat, inciviliter tunc et de novo ab anno citra posuit ibidem baculum regium, turbando ipsi monasterio possessionem vel quasi predictam. Unde supplicat dictus syndicus, nomine dicti monasterii, de hiis veritatem inquiri et dictam novitatem tolli et eam ad statum pristinum reduci et summarie et de plano, secundum arrestum domini regis, et se manuteneri in quasi possessione predicta, et in hiis sibi et dicto monasterio fieri justitie complementum, et quod de predictis, quod sint vera, est vox et fama publica apud Sayssacum et in aliis

locis vicinis. Montanea predicta confrontatur ex austro in flumine de Alsau, et ex circio in tenencia Hospitalis et in tenencia de Saxiaco, et a meridie in tenencia de Sayssiaco et in feodo de Abadia, et ab aquilone in feodo de Scorcenxs et de Altanube, cui patet a parte altera Ramundenchis. »

Lite igitur super predicta supplicatione seu articulis legitime contestata, juramento de calumpnia a partibus tacite obmisso, productis hinc inde testibus auditisque et examinatis et eorum attestacionibus publicatis, productis etiam, a parte dictorum priorisse et conventus, quibusdam publicis instrumentis, demumque renunciato et concluso in dicta causa, dieque hodierna partibus assignata peremptorie et precise ad deffinitivam sentenciam audiendam, eisdemque partibus coram nobis, Geraldo de Malavilla, legum doctore, clerico illustris domini Francorum regis, majore judice et locum tenente nobilis viri, domini Johannis de Varanis, militis dicti domini regis, senescalli Tholose et Albiensis, videlicet fratre Guillermo Amelii, ordinis fratrum Predicatorum, procuratore seu syndico dictorum priorisse et conventus, syndicatus seu procuratorio nomine eorumdem, ex parte una, et discreto viro, magistro Bertrando de Gauderiis, procuratore domini regis in senescallia Tholosana, cum advocato suo, ex altera, presentibus et comparentibus et sententiam ferri cum instancia postulantibus, nos, judex et locum tenens predictus, visis et diligenter inspectis predicte presentis cause meritis et aliis que dicte partes coram nobis dicere et proponere curaverunt, habito super hoc prudentum virorum consilio et tractatu, sacrosanctis Dei Evangeliis propositis coram nobis, ut de vultu Dei nostrum prodeat judicium et oculi nostri videant equitatem, sedentes pro tribunali, justiciam diligentes, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen, sententiam in his scriptis proferentes, dictam novitatem tollimus, et ad statum pristinum reducimus, et pronunciamus dictam partem agentem seu supplicantem manutenendam fore et manutenemus in quasi possessione predicta, per presentem nostram sentenciam, salvo jure in proprietate predictorum et in aliis que non sunt deducta in peticione seu suplicacione hujus cause, domini nostri regis, quibus salvatis per nos dicto domino regi, per presentem sentenciam non intendimus prejudicium facere domino nostro regi, neutram partem in expensis alteri condempnamus. Lata fuit hec sentencia Tholose, in aula nova domini regis, die mercurii post festum Beati Mathie apostoli, regnante domino Philippo, Francorum rege, et Petro episcopo Tholosano, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, in presencia et testimonio discretorum virorum magistri Hugonis Descarrollis, magistri Arnaldi de Sancto Dyonisio, magistri Guillermi Seguerii, magistri Bernardi Embrini, juris peritorum, magistrorum Petri de Causideriis, Petri Rubei, Ramundi de Prato, notarii, et mei, Bernardi de Violo, publici notarii tocius senescallie Tholosane et Albiensis, qui, de mandato predicti domini judicis et locum tenentis et ad instanciam dicti syndici, hanc cartam duplicatam scripsi. (*signet*).

Costat michi, Bernardo, notario predicto, de correxione et rasura facta in tercia linea, a principio computanda, ubi dicitur *syndicus et procurator*. Actum ut supra.

Et nos, Geraldus de Malavilla, legum doctor, judex major et locum tenens predictus, in fidem et testimonium premissorum, huic instrumento sigillum nostrum duximus apponendum.

(Lacs de soie verts et jaunes : le sceau manque.)

Original : Arch. de l'Aude, H, 402.

479 Mercredi après l'Exaltation de la Sainte Croix 19 septembre 1306.

Devant Arnaud Hélie, juge de Ramondens, siégeant en assise publique, comparaît Bernard Stephani (Estève) au nom de son fils, Pierre, qui a taillé dans la forêt une branche. Il est condamné à une amende de 10 sous tolsas.

Notaire : *Bernardus Tornerii de S. Felice.*

Témoins : *Guillermus de Barossa de Saxiaco, Guillermus Bonassias bajulus de S. Dyonisio, Johannes Aitus ejusdem loci, Arnaldus Ade de Villapicta.*

480 1306.

Condamnation analogue a 20 sous tolsas d'amande contre Michel Trebes, de Saint-Denis, qui a taillé 4 branches de chêne dans la forêt.

Notaire : *Bernardus Tornerii de S. Felice.*

Témoins : *Guillermus Barossa de Saxiaco, Guillermus Bonassias bajulus de S. Dyonisio, Guillermus Latas, donatus dicti monasterii, Arnaldus Ade de Villapicta.*

Original : Arch. de l'Aude, H, 404.

481 Ramondens, 8 novembre 1306.

Le commissaire du monastère de Prouille fait défense au baile de Lambert de Thury, seigneur de Saissac, d'envoyer paître les troupeaux de son maître dans la forêt de Ramondens. Le baile proteste et fait appel au sénéchal de Toulouse.

Anno Domini M° CCC° sexto, Philippo rege Francorum regnante, Bernardo episcopo Appamiensi, vi ydus novembris, noverint universi quod Petrus de Belloforti, bajulus, ut dicebat, de Saxiacho pro nobili viro domino Lamberto de Tureyo, domino de Saxiacho, existens apud montanam de Ramundenchis monasterii Pruliani, in porticu domus predicti monasterii, in presentia Guillermi de Fregolle, castellani de Fanojove commissariique dati per nobilem virum dominum senescallum Tholosanum et Albiensem, auctoritate quarumdam licterarum ex parte serenissimi principis domini nostri, regis Francorum, eidem domino senescallo directarum, requisivit, nomine dicti domini Lamberti, prefatum commissarium ut animalia dicti domini Lamberti, capta per eum vel per alium, ejus nomine, seu per foresterium predicti monasterii in montana de Ramundenchis, eidem, tanquam bajulo dicti domini Lamberti, restitueret seu restitui faceret. Qui predictus commissarius respondit quod dicta animalia jam restituerat custodi dictorum animalium dicti domini Lamberti, inhibens dicto bajulo, ex parte dicti domini nostri regis et dicti domini senescalli, facta dicta responsione, ne ipse vel gentes predicti domini Lamberti amodo immitant seu immiti faciant aliqua animalia dicti domini Lamberti seu alia ad depascendum in montana de Ramundenchis predicta ; et hoc inhibens et mandans *etc.*, ponens tunc, in presentia dicti bajuli et mei, Jacobi Capella, notarii, et testium infrascriptorum, dictam montanam, bona, res, jura et personas predicti monasterii et omnium membrorum ejusdem ad salvam guardiam predicti domini regis et sub protectione et evictione ipsius, donec esset cogni-

tum et discussum de jure dicti domini Lamberti super predictis et monasterii supradicti. A quibus inhibitione et mandato et a dicto commissario prefatus, viva voce, ad dictum dominum senescallum Tholosanum et Albiensem appellavit, adiciens dictus bajulus tunc et dicens eidem comissario quod non staret pretextu inhibitionis et mandati predictorum per eum, quominus immiteret seu immiti faceret animalia dicti domini Lamberti ad depascendum in montana et foresta predicta, maxime cum dictus dominus Lambertus sit in possessione, ut dixit, immitendi animalia sua in predicta montana et cum ipsis ibidem depascendi et fuerit, ut dixit, tanto tampore in dicta possessione, quod memoria hominis in contrarium non existit. Acta fuerunt hec in montana de Ramundenchis predicta, in porticu domus predicti monasterii, in presencia et testimonio Guilaberti de Fregolle, gardiatoris de Bello-Podio, Guiloti et Colini serviencium curie Fanojovis, Jordani majoris, Guillermi de Barossa, Johannis Sancii de Saxiacho, Ramundi Textoris, Bernardi Manaria, donatorum predicti monasterii, et mei, Jacobi Capella, publici notarii Lauriaci pro domino rege predicto, qui ad requisitionem commissarii et bajuli predictorum, hanc cartam scripsi et solito signo meo signari. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 394.

482 17 janvier 1307.

Règlement entre les représentants du monastère de Prouille et de Lambert de Thury, seigneur de Saissac, du différend touchant le droit de dépaissance dans la forêt de Ramondens.

Anno Domini millesimo trescentensimo septimo, domino Philippo, rege Francorum, regnante, die martis ante festum beati Vincencii, qua intitulatur XVI kalendas febroarii, noverint universi quod, cum inter nobilem virum, dominum Lambertum de Tureyo, militem, dominum de Saxiacho, pro se et suis, ex parte una, et religiosum virum, fratrem Amaldum de Collo, sindicum et procuratorem monasterii beate Marie de Pruliano, nomine priorisse et conventus sororum monialium predicti monasterii, ex parte altera, orta foret vel oriri speraretur questionis et discencionis materia, in hoc quod dictus dominus Lambertus dicebat se habere jus ademprandi cum sui animalibus, cujuscumque conditionis, generis vel speciei essent, in nemore de Ramundenchis monialium predictarum, et se et suos predecessores dominos de Saxiacho habuisse jus ademprandi, vescendi, immitendi, depascendi vel aliter explectandi in dicto nemore cum sui animalibus vel alienis; et de predictis, ut dicebat, esset et fuisset in possessione pacifica tanto tempore quod de contrario memoria hominis non existit, prefato sindico et procuratore in contrarium asserente et dicente, nomine quo supra, predictum dominum Lambertum seu suos nullum jus habere vel habuisse ademprandi seu utendi in dicto nemore, scilicet quod pleno jure dictum nemus, ut dixit, pertinet insolidum et libere monasterio suppradicto, dicenteque etiam dicto sindico, nomine dicti monasterii, ipsum monasterium nec gentes ipsius monasterii teneri ad aliquam justiciam, bannum sive penam, si animalia dicti monasterii seu aliorum firmariorum tenencium animalia in dicto nemore de Ramundenchis de Ressalhita, intrarent seu intraverint territorium Saxiaci; dicto domino Lamberto de hoc contrarium refferente et dicente ipsos teneri ad penam sub forma predicta; demum post nonnullos et diversos tractatus habitos inter predictas partes, tractantibus amicis

comunibus volentibus et cupientibus tante discensioni obviare, |talis amicabilis compositio seu transactio intercessit et etiam facta fuit videlicet :

quod dictus sindicus, nomine quo suppra, attendens plurima et grata servicia per prefatum dominum Lambertum olim impensa et que cotidie impendit monasterio predicto, unde se tenuit pro contento, habita prius diligenti deliberatione et utilitate inspecta dicti monasterii, nomine quo suppra, voluit et concessit predicto domino Lamberto, ex speciali gratia, presenti et sponte recipienti, quod in toto nemore de Ramundenchis, ipse dominus Lambertus et ejus filius masculus, si quem ipsum dominum Lambertum in posterum habere contigerit ex legitimo matrimonio procreatum ac dominum de Saxiacho, ad vitam ipsorum dominorum dumtaxat, possit ademprare et depascere libere, absque impedimento et molestia quibuscumque, tantum cum octuaginta animalibus vaccinis et eorum vitulis, viginti equabus et earum pullis, necnon et octuaginta porcis propriis suis et non alienis, tantum videlicet cum ipsis porcis quando glandes ibi erunt et non aliter, et quod ipse dominus Lambertus non possit inmitere ibi porcos suos tempore quo erunt ibi glandes, quousque dictum monasterium seu ejus firmarii dictarum glandium ibi immiserint porcos suos;

item, quod dictus dominus Lambertus animalia sua vaccina et equina omnia teneatur eicere de dicto nemore, quando glandes ibi erunt, et ibi non reducere nec immitere, dum porci sui et alii ibi erunt et durabunt dicte glandes, et quando gentes dicti monasterii vaccas suas eicient racione dictarum glandium de nemore supradicto.

Preterea, dictus dominus Lambertus predictam gratiam suscipiens a prefato sindico, nomine predicto, sub forma et conditionibus antedictis, pro se et suis, concessit prefato sindico, nomine quo supra, et michi, Petro Bolharoti, notario infrascripto, stipulantibus et recipientibus pro eisdem monasterio et conventu, quod qualicumque modo animalia ipsius domini Lamberti vel predecessorum suorum ibi depaverint vel ejus gentes, nomine suo, ea ibi immiserint vel alias dudum adempraverint in dicto nemore vel parte ejus, illud totum actum sit et fuerit et amodo fiat ex gratia et licencia speciali dictarum domine priorisse et sanctimonialium monasterii suppradicti, necnon et ipsius sindici et aliorum qui ibi fuerint sindici seu procuratores et ejusdem successores: et si quod jus aliud ipsi domino Lamberto competebat, ratione proprietatis vel possessionis seu usus in dicto nemore de Ramundenchis, illud totum, sponte et scienter et ex certa scientia, remisit, absolvit in perpetuum et quittavit dictis priorisse, conventui et ipsi sindico ac michi, notario predicto, stipulantibus et recipientibus, ut sepedictum est, pro priorissa et conventu supradictis, tali tamen conditione quod, post ipsius domini Lamberti obitum vel ejus filii masculi ex legitimo matrimonio, si contingat, procreati, et domini de Saxiacho, alii eorumdem successores vel heredes aliqua possessione vel temporis prescriptione, quantumcumque longum temporis spacium fuerit vel alio aliquo jure, usu vel proprietate, nequeant seu possint, in dicto nemore vel aliqua parte ipsius, nec aliquis, eorum nomine, ademprare vel animalia sua immitere seu depascere vel alias usum aliquem seu jus aliquod petere vel exhigere in dicto nemore ademprandi sive habendi, aliqua racione, presertim cum, ex gracia amicabili prefato domino Lamberto in presenti et ejus filio masculo domino tamem de Saxiacho, si quem ut sepedictum est, ipsum habere contingat ex legitimo matrimonio procreatum, ad eorum dominorum vitam dumtaxat et non ultra,

ex gratia et amore, predicta omnia per prefatum sindicum, nomine quo supra, ut supra dictum est, sint concessa.

Item, fuit actum inter partes predictas quod nunquam dicti dominus Lambertus vel ejus filius masculus si quem habuerit ex legitimo matrimonio procreatum, nec sui possint in dicto nemore de Ramundenchis facere vel tenere cabanam seu cabanas pro animalibus suis vel aliis.

Preterea, prefatus dominus Lambertus, sponte et certa sciencia, causa hujusmodi transactionis et compositionis et pro multis serviciis sibi per dictum monasterium vel ejus gentes olim impensis et que cotidie sibi impenduntur, de quibus se tenuit pro contento, voluit, mandavit et concessit in perpetuum, ex gracia speciali, prefatis priorisse et conventui monialium predictarum et ejus procuratoribus seu gentibus, presentibus et futuris, necnon prefato sindico et michi, notario predicto, nomine quo supra, stipulantibus et recipientibus, quod, si contingeret vaccas vel alia animalia, que nunc tenent vel pro tempore tenebunt in dicto nemore de Ramundenchis, propter nives vel asperitatem temporis vel alia quacumque causa venire et declinare ad feuda seu pascua totius territorii de Saxiacho, quod dicta animalia sint in libertate depascendi in perpetuum in loco predicto territorii de Saxiacho, ita quod nulla justitia, bannum vel pena exhigatur a procuratoribus vel custodibus animalium predictorum vel gentibus monasterii supradicti per dictum dominum Lambertum, nec per suos heredes vel successores, neque per baylivos vel correvos suos neque per nuncios vel custodes territorii de Saxiacho supradicti, dum tamen cabanam ibidem vel ita longam residenciam non faciant quod homines de Saxiacho possent vel deberent inde gravari.

Quam quidem transactionem predictus dominus Lambertus pro se et suis et dictus sindicus, nomine quo supra, servare et tenere perpetuo promiserunt, necnon et dictus sindicus omnia predicta ratifficari et confirmari promisit a priore et priorissa et monialibus supradictis et aliis necessariis ad predicta confirmanda, ad requisitionem predicti domini Lamberti vel ejus procuratoris. Et nichilominus predictus dominus Lambertus, pro se et suis, et dictus sindicus, nomine quo supra, omnia predicta universa et singula tenere et servare et nunquam contra facere vel venire per se vel suos vel aliquam aliam personam interpositam promiserunt, sub pena mille librarum turonensium a parte parti sollempniter stipulata et promissa, danda et solvenda a parte contraveniente parti alteri non contravenienti, tociens quociens aliquam partium predictarum in totum contravenire contingeret vel in partem, et pena predicta nichilominus semel vel pluries soluta seu exhacta, presens transactio et compositio et omnia predicta perpetuo in suo robore perseverent. Et hec omnia predicta predictus dominus Lambertus et dictus sindicus ad sancta Dei quatuor evangeria, manibus suis propriis corporaliter tacta, tenere et servare perpetuo et nunquam in aliquo contravenire juraverunt, obligantes sibi ad invicem, videlicet dictus dominus Lambertus omnia bona sua et dictus sindicus, nomine quo supra, omnia bona monasterii supradicti.

Item, dictus dominus Lambertus promisit deffenssare perpetuo dictum monasterium et jura ejusdem in hiis que poterit et debebit, et esse amicus et deffenssor predicti monasterii et personarum et bonorum ejusdem. Renunciantes predicte partes, ex certa scientia, exceptioni doli, metus et deceptionis et omnibus aliis juribus et jurium beneficiis, quibus in hac parte se juvare possent vel aliquo modo contraire. Acta fuerunt hec apud Saxiachium, in aula dicti domini Lamberti, in presencia et testimonio domini Poncii de Castelhone

camerarii in ecclesia Carcassone, fratrum Guiraldi de Blumaco, prioris Carcassone, Dominici de Montetotino, subprioris Pruliani, Bernardi Vaschonis, de ordine fratrum Predicatorum, dominorum Jordani de Glujano de Laurano, Jacobi de Riuterio, militum, dominorum Ramundi et Guillermi de Gramasia, Ramundi Candellii de Caunis presbiterorum, Hugueti Castelhone de Saxiacho, Ramundi de Drulhano de Alzona, Ramundi de Opiano, Johannis Milonis de Istrio domicellorum, magistrorum Ramundi de Mediavilla surgici de Monte Olivo, Guillermi Olivi de Asiliano et Jacobi Capella de Lauracho notariorum; qui Jacobus Capella fuit requisitus per dictas partes et mandatus ut de predictis omnibus una mecum, Petro Bolharoti predicto, faceret publica instrumenta, vice cujus magistri Petri Bolharoti de Saxiaco, notarii domini regis tocius senescallie Carcassone et Bitterensis, qui hanc cartam recepit, et mandato, ego, Petrus Seguerii, notarius publicus de Saxiaco, eandem cartam scripsi. Ego, idem Petrus Bolharoti, notarius publicus antedictus, subscribo et signo meo signo. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 394 (deux exemplaires).

483 8 octobre 1308.

Les représentants du monastère de Prouille protestent contre la défense qu'a faite le baile royal, Barthélemy Embry, au juge de Prouille de tenir des assises dans la forêt de Ramondens.

Anno Domini trescentesimo octavo, Philippo rege Francorum regnante, Galhardo episcopo Tholosano, octo (*sic*) ydus octobris, noverint universi quod, cum apud grangiam foreste de Ramundenchis monasterii b. Marie de Pruliano, Bartholomus Embrini, qui se dicebat bajulum montanearum domini regis, inhiberet magistro Arnaldo Pitrelli, judici dicte foreste pro dicto monasterio, ne eo loco teneret asisiorum (*sic*) in aliquo casu in quo jus regium ledi posset, fratres Dominicus de Montetotino, subprior dicti monasterii, et Arnaldus de Collo, procuratores et sindici ejusdem monasterii, qui dicte inhibitioni presentes erant, ab ipsa inhibitione et propter eam ad dictum [1]... ad quem de jure est appellandum nomine dicti monasterii... [1] bitio in aliquo poterat esse prejudicialis juri monasterii supradicti, requirentes me Jacobum Capella, notarium infrascriptum, quod de predictis facerem eis publicum instrumentum. Acta fuerunt hec in predicta grangia in presencia et testimonio Bernardi Tornerii, clerici de Cuquo, magistri Jacobi de Lorda, notarii de Dornhano, Bernardi Manaria, donati dicti monasterii, Poncii Rogerii de Fario, Arnaldi Fulhati, Guillermi Johannis de Escorsenchis et magistri Jacobi Capella, publici notarii Lauriaci predicti domini regis, qui requisitus hanc cartam recepit, cujus notarii vice et mandato, ego, Jordanus de S. Martino de Fanojovis, clericus et juratus dicti notarii, eandem cartam scripsi. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, eandem subscripsi et solito signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 401.

---

1. Une lacune dans le parchemin.

484 Prouille, 22 octobre 1308.

Ratification par le monastère de Prouille de l'accord qui a été faite avec Lambert de Thury, seigneur de Saissac, au sujet de la dépaissance dans la forêt de Ramondens. (Cf. nº 482).

Anno dominice Incarnationis millesimo CCC° octavo, domino Philippo, rege Francorum, regnante, die lune post festum beati Luche evangeliste, qua intitulatur XI kalendas novembris, noverint universi quod religiose moniales monasterii Pruliani infrascripte, in ecclesia B. Marie predicti monasterii Pruliani simul, ut moris est, congregate, videlicet :

Soror Albertina, priorissa,
Soror Meolhona Doza,
Soror Margarita de Meolho,
Soror Elis de Monovilla,
Soror Rixendis Sicresa,
Soror Lombarda de Cruci,
Soror Clara Davina,
Soror Cristiana,
Soror Bos Aurs,
Soror Petrona de S. Genesio,
Soror Cezelia de Fenis,
Soror Aladaycis Martina,
Soror Raymunda Raynauda,
Soror Helisabet de Peyra,
Soror Fays de Montebruno,
Soror Maracda,
Soror Blancha de Aniort,
Soror Raymunda Johanna,
Soror Margarita de Guinhatort,
Soror Segueria,
Soror Avelina,
Soror Raymunda de Turre,
Ssror Agnes de Castro Verduno,
Soror Ermessendis Obrigua,
Soror Maria de Manheriis,
Soror Blancha de Villa Longa,
Soror Elis Daucis,
Soror Johanna de Mimaus,
Soror Fabressa de Castelho,
Soror Cercona de Castelho,
Soror Alda de Bellopodio,
Soror Johanna de Forgas,
Soror Berengaria de Fuxo,
Soror Guiralda Capella,
Soror Fays de Barbayra,
Soror Ava,
Soror Emengardis Loba,
Soror Bertranda Belha,
Soror Emengardis de Brazilhacho,
Soror Orpayhs de Duroforti,
Soror Alda de Duroforti,
Soror Flors de Duroforti,
Soror Fays Bruneta,
Soror Emengardis de Sulhaco,
Soror Alegra,
Soror Gencer Salveca,
Soror Martina de Lauracho,
Soror Arssendis de Vilanco,
Soror Veziata de Duroforti,
Soror Comtors Faniova,
Soror Petrona de la Grancha,
Soror Rixendis Roia,
Soror Veziata de Lobant,
Soror Ermessendis Bega,
Soror Jordana,
Soror Pelforta,
Soror Cutssagua,
[Soror] Lumbarta de Aquis Vivis,
Soror Richardis Trenqera,
Soror Navarra,
Soror Mascarosa,
Soror Guillelmo de Escossia,
Soror Sebelia Torta,
Soror Rixendis Catalana,
Soror Alamanda de Roays,
Soror Margarita de Curamonta,
Soror Ysarna,
Soror Saurimunda de S. Saturnino,
Soror Guiralda de Rocavilla,
Soror Guillelma Correnta,
Soror Brayda de Manso,
Soror Fabressa Faysida,
Soror Esclarmunda de Romengos,
Soror Philippa de Ispania,
Soror Eenglesa,
Soror Helizabet de la Porta,
Soror Saura de S. Paulo,
Soror Gualharda de Concas,
Soror Berengaria Escoalobs,
Soror Braylimunda,
Soror Veziata de Campolongo,
Soror Brunessendis de Castelhpor,
Soror Gaviosa de Boquet,
Soror Comtors de Manso,
Soror Katerina de Vernniol,
Soror Philippa de Laygua,
Soror Sebelia Cadelha,

Soror Orpayhs de Lantar,
Soror Comtors de Rocovilla,
Soror Lombarda Martina,
Soror Beatrix de S. Michaele,
Soror Blancha de Lissat,
Soror Simonda,
Soror Marquesa Sequeyra,
Soror Beatris Sigalla,
Soror Helena de Peyrussa,
Soror Rixendis de Monte Lauro,
Soror Hugua,
Soror Sezelia Mirdebanda,
Soror Guiralda Rocha,
Soror Guiralda de Rivals,
Soror Mabelia de S. Felice,
Soror Baterina (*sic*) Bosca
Soror Ayglina,
Soror Johanna de Ripperia,
Soror Flors de Brenat,
Soror Guillelma de Cruzi,
Soror Barbayrana,
Soror Orpayhs de Belafar,
Soror Johanna Daussa,
Soror Margarita de Montbru,
Soror Raymunda Barra,
Soror Bertranda de Manso,
Soror Veziata de Villatraveriis,
Soror Alda Pigassa,
Soror Flors de S. Martino,
Soror Clara de Palheriis,

de auctoritate, consilio et assensu religiosi viri domini fratris Arnaldi Johannis, prioris ejusdem monasterii, ibidem presentis, omnes predicte priorissa et moniales pro se et toto conventu suo, presenti et futuro, certificate pariter et edocte ad plenum de illa transactione seu compositione nuper facta inter nobilem virum, dominum Lambertum de Tureyo, militem, dominum Saxiaci, pro se et suis, ex una parte et fratrem Arnaldum de Collo, sindicum et procuratorem dictarum sororum et monasterii Pruliani, nomine earumdem et conventus presentis et futuri, ex alia, de questione et discencione que inter ipsum nobilem, ex parte una, et dictum sindicum et procuratorem, nomine predicto, ex alia, erat interdum suscitata super hoc quod idem nobilis dicebat se ad invicem habere et sibi competere jus ademprandi cum suis animalibus, cujuscumque conditionis, generis vel speciei existentibus, in nemore de Ramundenchis dictarum sororum, et se et suos predecessores, dominos de Saxiacho, habuisse jus ademprandi, utendi, immittendi, depascendi vel aliter explectandi in dicto nemore cum suis animalibus vel alias, et de predictis, ut dicebat, esse et fuisse in possessione pacifica tanto tempore quod de contrario memoria hominis non existit, dicto sindico et procuratore in contrarium asserente et dicente, nomine sororum monasterii ac conventus predictorum, dictum dominum Lambertum seu suos nullum jus habere vel habuisse ademprandi seu utendi in dicto nemore, sed quod pleno jure et in solidum pertinebat dicto monasterio, dicenteque etiam dicto sindico, nomine predicto, ipsum monasterium nec ejus gentes teneri ad aliquam justitiam, bannum sive penam, si animalia dicti monasterii seu aliorum firmariorum, tenentium animalia in dicto nemore de Ramundenchis de Ressalhita, intrarent seu intrarint territorium de Saxiaco; de hoc ipso domino Lamberto contrarium refferente et dicente ipsos teneri ad penam sub forma predicta, prout hoc et alia in instrumentis ipsius transactionis inde conffectis et receptis, anno proxime predicto, die martis ante festum s. Vincentii qua intitulatur XVI kalendas febroarii, per manus mei, Petri Bolharoti de Saxiacho, et Jacobi Capella de Lauracho, notariorum publicorum domini regis, plenius et lacius continetur. Que instrumenta dicte transactionis seu compositionis necnon et omnia in eis contenta, de verbo ad verbum per ipsos notarios vel alterum eorumdem plenius data fuerunt intelligi et perlecta in vulgari sororibus antedictis; ipse sorores sponte et ex certa scientia, inspectis utilitate earum et comode, cum consulta deliberatione, predicta omnia universa et singula in ipsis, instrumentis et transactione contenta et per dictum earum sindicum promissa et concessa, approbaverunt, ratificaverunt, laudaverunt et confirmarunt et nunquam contrafacere vel venire per se vel per aliquam interpositam personam pro-

miserunt, sub rerum suarum et dicti monasterii ypotheca et sub omni renunciatione pariter et cautela.

Rursus, dictus dominus frater Arnaldus Johannis, prior predictus, presens, recognoscens omnia universa et singula supradicta tam per dictum sindicum quam priorissam et moniales predictas facta, concessa, promissa et etiam confirmata, de auctoritate, consilio et assensu suis esse facta, omnibus universis et singulis suppradictis, sibi datis plenius intelligi, ut in dictis transactionis instrumentis continetur, quantum sua intererat vel interesse poterat, deliberatione et consilio prehabitis, auctoritatem suam prestitit pariter et assensum. Acte fuerunt he confirmationes et ratiffications priorisse et sororum monialium predictarum necnon et domini prioris predicti in dicta ecclesia b. Marie de Pruliano, anno et die proxime dictis, in presentia et testimonio fratrum Dominici de Montetotino, subprioris monasterii, Guillermi Fabri, Bertrandi Barba, Arnaldi Clavelli dicti monasterii, Jordani Mapris, Guillermi Petri Bolharoti de Saxiacho, Raymundi Dominici, clerici de Castronovo, Raymundi Hugonis, textoris de Fanojovis, et predicti Jacobi Capella de Lauracho; qui Jacobus Capella fuit requisitus per priorissam et sorores moniales predictas et per dictum dominum priorem et mandatus ut de predictis omnibus una mecum, Petro Bolharoti predicto, faceret publicum instrumentum, vice cujus magistri Petri Bolharoti de Saxiaco, notarii domini regis tocius senescallie Carcassone et Biterrensis, qui notam hujus carte recepit, et mandato, ego, Petrus Sigerii, notarius publicus de Saxiaco, hanc cartam scripsi. Ego, idem Petrus Bolharoti, notarius publicus antedictus, subscribo et signum meum appono. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 404.

485 Carcassonne, 30 octobre 1308.

Nouveau règlement au sujet de la forêt de Ramondens entre Lambert de Thury, seigneur de Saissac, et le monastère de Prouille.

Anno Domini M° CCC° octavo, Philippo rege Francorum, regnante, Galhardo [episcopo pres] sidente, die mercurii ante festum Omnium Sanctorum, qua intitulatur tercio kalendas novembris, noverint universi quod, cum nobilis vir dominus Lambertus de Tureyo, miles, dominus Saxiaci, diceret se habere jus faciendi ramerios et venandi in nemore de Ramundenchis sororum monialium monasterii Pruliani, pro libito voluntatis, et predicta sibi retinuisse verbotenus, tempore illius transactionis dudum facte inter ipsum dominum Lambertum, ex parte una, et fratrem Arnaldum de Collo, sindicum seu procuratorem monasterii et sororum sanctimonialium Pruliani predictarum, ex altera, ut in instrumentis inde confectis per manus mei, Jacobi Capella de Lauraco et Petri Bolaroti de Saxiacho, notarios domini regis, plenius continetur, licet in predictis instrumentis non contineatur nec facta sit mentio in eisdem, idcirco, prefatus dominus Lambertus, sponte et ex certa scientia, illud jus si quid sibi competebat in faciendis rameriis in dicto nemore vel aliqua parte ejus, absolvit, remisit perpetuo et quitavit pro se et suis heredibus predicto monasterio et domino fratri Arnaldo Johannis, priori dicti monasterii, ibidem presenti, necnon priorisse et conventui monialium ejusdem monasterii et michi, Jacobo Capella, notario predicto, pro dictis priorissa et monialibus stipulanti et reci-

pienti, et pactum de non faciendis ibi rameriis de cetero eis fecit, nisi hoc faceret de earum expressa voluntate et mandato, retento sibi quod ipse et sui possint ibi venari sine rameriis.

Item, voluit et liberaliter concessit predictus dominus Lambertus prefatis domino priori, presenti, et monasterio et priorisse et conventui monialium ejusdem monasterii et michi, Jacobo Capella, notario predicto, pro ipsis stipulanti et recipienti, quod tempore quo erunt glandes in dicto nemore, et dictus dominus Lambertus et monasterium sua animalia debent eicere de dicto nemore, racione dictarum glandum; quod dictum monasterium seu ejus gentes possint mutare et tenere dicta sua animalia in loco vocato *ad Petras Albas*, qui est in dicto nemore, prout alias fuit consuetum, absque dampno, ut magis poterunt, glandium predictarum.

Item, voluit predictus dominus Lambertus et concessit quod animalia sua que debet tenere in dicto nemore, non depascant nec dent dampnum in pratis diversis dicti monasterii que sunt vel erunt pro tempore in nemore supradicto.

Acta fuerunt hec in civitate Carcassone, in hospicio predicti domini Lamberti, in presencia et testimonio fratris Micahelis de Rosolenchis, de ordine fratrum Predicatorum, domini Jacobi de Riuterio militis, Arnaldi de Raxiacho de Petra Sica, Bernardi Mironis de Saxiacho, domicellorum, Hugueti Chayrie, servientis predicte civitatis, et magistri Petri Bolaroti, notarii de Saxiacho. Qui Petrus Bolaroti fuit requisitus per dominum Lambertum et dominum priorem predictos et mandatus ut de predictis omnibus una mecum, Jacobo Capella, notario predicto, faceret publica instrumenta, vice cujus predicti Jacobi Capella, notarii de Lauraco, qui notam ipsius carte recepit et in protocollo suo registravit, et mandato, ego, Bernarbus Tornerii, notarius publicus de Sancto Felice et tocius senescallie Tholosane et Albiensis pro domino rege predicto, hanc cartam scripsi. Ego vero, Jacobus Capella publicus notarius antedictus, me subscribo atque solito signo meo signo. (*signet*).

Original : Arch. de l'Aude, H, 394.

486 Prouille, 1er octobre 1311.

Pierre Vituli, de Saissac abandonne, pour 13 livres tournois, au monastère une terre qu'il tenait de lui en emphytéose.

Anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, Philipo, rege Francorum, regnante, Galhardo episcopo presidente, kalendis octobris, noverint universi quod ego, Petrus Vituli, filius Ramundi Vituli de Saxiacho condam, nulla re aut machinatione verborum alicujus persone ad hoc inductus sed gratis ac bono animo ac spontanea voluntate et deliberato proposito, pro me [1]... .... nomine ac vice..... ..... Vituli fratris mei, a quo ...., sub obligatione omnium bonorum ,..... ..... presentium et futurorum, ... dicturum et quod ..... cabit et confirmabit omnia infrascripta unde publico instrumento jurejurando valeat, absolvo, quitto in perpetuum et destituo vobis, domino fratri Arnaldo Johannis, priori monasterii de Proliano, presenti, nomine

1. Le parchemin est gravement endommagé.

priorisse et conventus ejusdem monasterii stipulanti et recipienti, unam peciam terre nostram, in parte pratatam et in parte boscatam, et quitquid juris vel racionis habemus vel habere possemus seu debemus in eadem, quam a predicto monasterio et in emphiteosim tenebamus ad parsonem omnium fructuum a dicta pecia terre crescentium, sitam infra montanam de Ramundenchis predictam, que confrontatur ab altano in ripparia de Alsano, circio et meridie in tenencia dicti monasterii, aquilone in gurgio torto, pro qua absolutione et quittatione et remissione dicte pecie terre recognos .... priore predicto ha... .... tresdecim libras turonensium .... teneo a vobis et dictis .... bene perpaccatum et .... renunciantes inde omni ex[ceptioni] ... ... tresdecim librarum turonensium .... habiturum et non recepturum ..... mali et in factum, faciens, nichilominus pro me et dicto fratre meo et pro omnibus meis et suis heredibus, presentibus et futuris, vobis, domino priori predicto, nomine quo supra, stipulanti et recipienti, pactum de non petendo aliquid ulterius in pecia terre supradicta.

Predicte vero absolutionis, quittationis et restitutionis predicte pecie terre et omnium predictorum promitto ego, Petrus Vituli predictus, pro me et dicto fratre meo et omnibus meis et suis heredibus, vobis, domino priori predicto, bonam et firmam guirentiam perpetuo, sub omni bonorum meorum predictorum obligatione et sub omni renunciatione juris pariter et cauthela ; et quod predictam absolutionem, quittanciam et restitutionem dicte pecie terre firmam teneam perpetuo et a dicto fratre meo teneri faciam et quod contra non veniam ullo modo, racione minoris etatis vel alias, ad sancta Dei evangelia manu mea propria dextra sponte tacta, promitto et juro. Acta fuerunt hec in predicto monasterio, in presencia et testimonio fratrum Bernardi Fabri, Bernardi majoris .... Bernardi de Coffinalli de .... Petri Pauc de Saxiacho et .... Jacobi Capella, notarii publici .... domini regis, qui hanc cartam .... vice cujus et mandato, ego Bernardus Tornerii, notarius publicus [castri] de Sancto Felice et tocius senescallie [Tholose] et Albiensis ejusdem domini regis, eandem scripsi. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, me subscribo atque solito meo signo signo. (*signet*).

Original : Arch. de l'Aude, H, 397.

487 Ramondens, 10 mars 1312.

Devant Arnaud Pitrelli, juge de Ramondens au nom de Prouille, siègeant en audience publique *in porticu aule grangie de Ramundenchis ubi jus reddi consuevit*, comparaissent Jean Godalfredi et Jean Raulini de Saint-Denis accusés d'avoir blessé au sang Barthélemy de Janis d'Arfons. Le premier, reconnu et s'avouant coupable, est condamné à une amende de 60 sous tolsas, l'autre absous. Notaire : Bertrand Bolaroti de Saissac avec son clerc Raimond Ademarii.

Témoins : Raimond de Mornis, Guillaume Calveti *lapiscida*, *de Saxiaco*, Bernard Audemar, Raimond *Guillermi habitator de sancto Dyonisio*.

Original : Archives de l'Aude, H, 404.

488 Ramondens, samedi avant la saint Grégoire, 10 mars 1312.

Barthélemi de Janis d'Arfons a frappé jusqu'au sang dans la forêt Jean Godalfred ; il paraît devant Arnaud Pitrelli, juge de la curie de Ramondens, qui le condamne à une amende de 60 sous tolsas. Notaire : Bertrand Bolaroti.

Témoins : Pierre Carguabas, Raimond Nogerii, maître Mathieu Calveti et Raimond de Montelongo de Saissac.

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 404.

489 Ramondens, 3 novembre 1312.

Raimond Gayet de Saissac avait enlevé de la forêt de Ramondens, sans le consentement du granger, deux sacs de charbon. Il comparait à l'audience publique d'Arnaud Pitrelli, juge de la curie de Ramondens pour le monastère de Prouille, qui le condamne à une amende de 60 sous tolsas. Notaire : Arnaud Bolaroti. (*signet*).

Témoins : Guillaume de Barossia, *senior*, Raymond Majoris *junior* de Saissac, Jean Janis d'Arfons.

490 Ramondens, 12 juin 1316.

Le procureur du monastère, frère Bernard Fabre, confirme à Raymond Escande, de Saissac, la vente qui lui a été faite par Barthélemy Gotina d'une prise d'eau sur l'Alsau et du tiers d'un moulin sis à Saint Denis.

Anno Domini M°CCC°XVI, Ludovico, rege Francorum et Navarre, regnante, Galhardo episcopo Tholosano, pridie ydus junii, noverint universi quod ego. frater Bernardus Fabri, procurator monasterii b. Marie de Pruliano. nomine prioris, priorisse et conventus ejusdem monasterii, laudo vobis, Raimundo Escanni, majori diebus, de Saxiacho, et omnibus vestris heredibus, presentibus et futuris, bonam et legalem guirentiam ab omnibus amparatoribus semper ex parte dominii, ratione dominii medietatis aque de Alsano, illius vendicionis quam vobis fecit Bartholomeus Gotina, dicti loci de Saxiacho, de tertia parte unius moline site in terminio de S. Dyonisio, inter molinam Perroti et Johaneti et Jacobi Boyssha ; que molina confrontatur ab altano, meridie et aquilone in feudo de s. Dyonisio, circio in flumine de Alsano, precio viginti quinque librarum turonensium, prout in instrumento dicte vendicionis inde, ut dicitur, recepto per magistrum Bertrandum Bolaroti, notarium de Saxiacho, dicitur contineri, dans vobis et vestris nomine quo supra *licenciam* [1] utendi et ademprandi de aqua de Alsano, ratione dicte medietatis dominii, ad opus dicte moline, vestre et vestrorum voluntati, salvis tamen jure et dominio predicti monasterii in omnibus et salvo servicio, scilicet tertia parte unius cartayroni de ferro danda et solvenda annuatim in perpetuum pro dicto monasterio vel ejus procnratoribus, in festo Nativitatis Domini, pro servicio ademprivi dicte aque, et salva etiam et retenta predicto monasterio tertia parte foriscapii tocius precii vendicionis dicte moline, quandocumque venderetur ; et de foriscapio hujus venditionis me teneo a vobis, nomine quo supra, bene perpaccatum. Quod servicium predictum ego, Raimundus Escanni predictus, pro me et meis, promitto deinceps solvere predicto monasterio vel ejus procu-

1. Dans l'interligne.

ratoribus in perpetuum annuatim in predicto festo, sicut dictum est superius. Acta fuerunt hec in grangia de Ramondenchis predicti monasterii, in presentia et testimonio fratris Bernardi Lerati dicti monasterii, Jordani majoris, Petri Scannii majoris diebus de Saxiacho, Sicardi Cabrolli de S. Dyonisio, et magistri Jacobi Capella, publici notarii Lauraci pro domino rege predicto, qui hanc cartam recepit et in protocollo suo registravit; vice cujus et mandato, ego, Jacobus Capella, clericus de Lauraco juratus ejusdem notarii, eandem scripsi. (*signet*).

Original : Arch. de l'Aude, H, 393.

491 — Ramondens, samedi après la fête de saint Barnabé, 17 juin 1317.

Guillaume Albenca, fils de Pierre Albenca de Saissac, comparaît avec son père devant Jean de Collo, juge de Prouille à Ramondens; il reconnaît avoir taillé une charge d'arbres dans la forêt. Il est condamné, sur sa demande, à une amende de 10 sous tournois. Notaire : Jacques Capella de Laurac, notaire de la curie de Ramondens, *qui cartam istam recepit et in publico dicte curie de Ramundenchis scripsit.* (*signet*).

Témoins : *Jordanus Majoris, Johannes Morlani de Saxiacho, Arnaldus Baco, Guillermus Adebrandi de Sancto Dyonisio.*

492 — Même date.

Raimond Clerc de Saissac a eu ses bœufs et ses vaches surpris paissant à Ramondens; il promet de payer une amende de 40 sous tolsas. Notaire : Jacques Capella. (*signet*).

Témoins : *Jordanus Majoris, Bartholomeus Gotina, Raimundus Escanni, Petrus Escanni, Bernardus Readelli de Saxiaco.*

493 — Même date.

Bernard Rivel de Saint Denis s'engage, pour le même motif, à payer une amende de 15 sous tolsas. (Même notaire.)

Témoins : *Jordanus Majoris, Petrus Escanni, Raimundus Escanni, Bartholomeus Gotina de Saxiaco.*

Original : Arch. de l'Aude, H. 404.[1]

494 — 4 juin 1318.

Le seigneur de Montredon et de la Gardiole abandonne au monastère tous les droits et toute la juridiction qui peuvent lui revenir par l'héritage de Jourdain de Ropistagno, co-seigneur de la Gardiole et de Dourgne.

[Anno [2] Domini trecentesimo tri]cesimo decimo octavo, Philippo, rege Francorum et Navarre, regnante, secundo nonas junii, noverint [universi, presentes pariter et futuri, quod] [Petrus Vice] comitis, miles, domi-

1. Ces trois derniers actes sont transcrits sur une même pièce de parchemin.
2. Un coin du parchemin a été déchiré et enlevé.

nus de Monte-Rotondo et de Gardiola, non vi non dolo nec suggestione [vel machinatione aliqua] ad hoc inducti, sed sola nostra propria et gratuita voluntate et bono animo, pro nobis et omnibus nostris heredibus et successoribus, [presentibus] et futuris, cedimus, bona, pura donatione, facta inter vivos, absolvimus in perpetuum et quittamus monasterio Beate Marie de Proliano et priori et priorisse et conventui sororum predicti monasterii, presenti et futuro, licet absentibus, et tibi, Jacobo Capella, publico notario infrascripto, ut persone publice pro ipsis stipulanti et recipienti, videlicet totum jus et actiones, si quod vel quos nos habemus seu habere debebamus vel nobis pertinebant vel pertinere poterant seu obvenire in montanea de Ramondenchis seu in ejus pertinenciis predicti monasterii, ratione medietatis alte vel basse jurisdictionis seu mixti vel meri imperii vel alias quoquo modo, et successione nobilis viri Jordani de Ropistagno, domicelli, condomini condam de Gardiola et condomini de Dornhano, sine aliqua retentione, quam ibi non facimus nec intendimus facere ullo modo; cedentes nichilominus predicto monasterio, pro nobis et omnibus nostris heredibus et successoribus, presentibus et futuris, priori et priorisse et conventui predictis, licet absentibus, et tibi, jamdicto notario pro ipsis stipulanti et recipienti, omnes actiones reales, personales, mixtas, precorias, utiles et directas, et alias quantumcumque nobis competentes vel competituras, si quas nos habebamus in predicta montana seu ejus pertinenciis, racione vel causa medietatis dicte alte vel basse jurisdictionis ex successione predicta vel alias. Predictam autem cessionem, absolutionem et quitationem tocius juris predicte medietatis pro indiviso dicte alte et basse jurisdictionis, si quod habebamus in predicta montana de Ramondenchis predicti monasterii seu in ejusdem montane pertinenciis, ratione predicte successionis vel alias, seu in predicta montana, facimus nos, Petrus Vicecomitis predictus, pro nobis et omnibus nostris heredibus et successoribus in perpetuum predicto monasterio et priori et priorisse et conventui predictis, licet absentibus, et tibi, jamdicto notario, pro ipsis et nomine et vice ipsarum stipulanti et recipienti, sine aliqua retentione quam ibi non facimus nec facere intendimus ullo modo. Et quod predictam cessionem, absolutionem et quittationem tocius juris predicte medietatis pro indiviso tocius jurisdictionis, alte et basse, si quod habebamus vel nobis pertinere poterat in dicta medietate dicte alte jurisdictionis seu basse vel in dicta montana seu in ejus pertinenciis, per nos superius predicto monasterio factam et priorisse et conventui predictis, licet absentibus, ratione vel causa predicte successionis dicti Jordani de Rospitagno aut alias, ullo modo firmam et firmas pro nobis et omnibus nostris heredibus et successoribus, presentibus et futuris, teneamus perpetuo et contra non veniamus in aliquo, per nos vel per aliquam personam interpositam, occulte vel etiam manifeste, nos, Petrus Vicecomitis predictus, ad sancta Dei quatuor Evangelia nostra propria manu dextra corporaliter sponte tacta, promittimus et juramus, promittentes, sub virtute prefati juramenti predicti et sub omnium bonorum nostrorum, presentium et futurorum, obligatione, tibi, Jacobo Capella, notario predicto, pro dicto monasterio et priore et priorissa et conventu predictis stipulanti et recipienti, semper portare bonam et firmam guirentiam predicte cessionis, absolucionis et etiam quitacionis ab omnibus amparatoribus, ex parte nostra, et contradictoribus quibuscumque, tocius juris, si quod habebamus, racione predicte successionis dicte Jordani de Rupistagno condam in dicta montana vel ejus pertinenciis seu in dicta medietate jurisdictionis alte vel basse montane supradicte, dicto monasterio et ejus procuratoribus; renunciantes legi dicenti donationem, quantuncumque perfectam, posse ob causam ingratitudinis donatarii revocari, et legi dicenti donacionem excedentem summam quingentorum aureorum vel solidorum, sine insinuatione judicis vel prin-

cipis factam, non valere, et generaliter et specialiter omni alii juri, canonico et civili et consuetudinario, et omni juris auxilio per quod contra predicta vel aliquid predictorum possemus in aliquo predictorum; recognoscentes et promittentes tibi, Jacobo Capella, jamdicto notario pro dicto monasterio et priore et priorissa et conventu predictis, licet absentibus, stipulanti et recipienti, sub predicta obligatione omnium bonorum nostrorum, quod nunquam fecimus nec faciemus quominus predicta cessio, absolutio et quitatio perpetuo firma remaneat monasterio supradicto. Acta fuerunt hec in predicto monasterio, in presencia et testimonio fratrum Ysarni Raynaudi, Aymerici de Villaneria, Bertrandi Boerii, presbiterorum, Petri Vituli, Guillermi de Caragodanis, Jacobi Bartholomei, laycorum de ordine fratrum Predicatorum, domini Guillermi de Alanhano de Limoso presbiteri, Ramundi Giracosii de Fanojovis et magistri Jacobi Capella, notarii publici Lauriaci, predicti domini regis, qui requisitus hanc cartam recepit et in protocollo suo registravit; cujus notarii vice et mandato, ego, Jordanus de Sancto-Martino, clericus juratus dicti notarii, eandem scripsi. Ego vero, Jacobus Capella, publicus notarius antedictus, eandem subscripsi et solito signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 402.

495 N.-D. du Lys, 12 mars 1320.

Philippe V le Long confirme l'accord conclu entre Lambert de Thury et le monastère de Prouille au sujet de la dépaissance de Ramondens et mande qu'il soit désormais observé.

Philippus, Dei gracia Francorum et Navarre rex, senescallis Tholose ac Carcassone vel eorum loca tenentibus ac totis justiciariis regni nostri ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Ad supplicationem dilectarum nobis in Christo priorisse ac sororum monasterii de Pruliano, ordinis beati Dominici, mandamus vobis et cuilibet vestrum quatinus transactionem olim, ut dicitur, factam inter ipsarum sindicos et procuratores, ex una parte, ac Lambertum de Tureyo, militem, dominum de Saxiaco, ex altera, super quibusdam pascuis et ademprivis nemorum seu foreste de Raymondenchis et feodi vocati *Sayshagues*, prout de ipsa transactione per litteras seu instrumenta vel alia legitime vobis constiterit, teneri faciatis, ut rationabile fuerit, et inviolabiter observari, impedimentum per heredes bonorumque detentores dicti militis impositum in hac parte, prout justum fuerit, totaliter amovendo et ad hec si necesse fuerit eosdem viriliter compellendo, vos in hac parte taliter habituri quod ex parte ipsarum religiosarum ad nos ulterior non habeatur recursus. Datum in abbacia monasterii Beate Marie de Lilio prope Meledunum, die xii marcii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo.

Original : Arch. de l'Aude, H, 395.

496 Ramondens, 20 avril 1320.

Accord entre le monastère de Prouille et les consuls de saint Denis au sujet de la dépaissance des troupeaux.

Noverint universi. presentes pariter et futuri, quod religiosus vir dominus frater Ramundus Maurelli, prior monasterii Beate Marie de Pruliano, nomine suo et nomine priorisse et tocius conventus prefati monasterii, ex parte una, et Guillermus Vacca et Geraldus Bergonhoni. consules, ut dixerunt. de Sancto Dyonisio. pro se et suis et nomine aliorum consulum suorum et tocius universitatis dicti loci de Sancto Dyonisio, ex parte altera. visa, ut dixerunt. utilitate utriusque partis. ipse partes. nominibus quibus supra, ordinaverunt et expresse inter se convenerunt quod, quandocunque animalia dicti monasterii de Ressalhita vel alias territorium de Sancto Dyonisio intraverint, et ibi sine custode depaverint, quod, in eo casu, nulla pena exhigatur per consules de Sancto Dyonisio vel per messegarios seu custodes territorii dicti loci de Sancto Dyonisio a custodibus animalium monasterii predicti. nec a dicto monasterio ullo modo, ymmo a pena hujusmodi dictum monasterium et ejus gentes et custodes animalium ipsius monasterii sint penitus liberi et immunes; illud idem ordinaverunt et inter se convenerunt de animalibus habitancium in dicto loco de Sancto Dyonisio et consulatu ejusdem, videlicet quod, quandocunque animalia hominum et habitancium in dicto loco de Sancto Dyonisio et consulatu seu pertinenciis ejusdem territorium foreste de Ramundenchis dicti monasterii de Ressalhita vel alias intraverint et ibi sine custode depaverint, quod in eo casu ad aliquam penam solvendam dicto monasterio vel custodibus dicte foreste minime teneantur, ymmo a pena hujusmodi omnes habitantes in dicto loco de Sancto Dyonisio et pertinenciis ejusdem sint liberi penitus et immunes. Et istam ordinationem et conventionem predicte partes, nominibus quibus supra, teneri et observari voluerunt, quandiu dicti domini prioris et aliorum priorum, qui in dicto monasterio pro tempore erunt. vel procuratorum ejusdem et dictorum consulum de Sancto Dyonisio vel aliorum consulum qui in dicto loco pro tempore erunt, et dicte universitatis placuerit voluntati et non ultra; non intendentes partes ipse, propter ordinationem et conventionem predictas, aliquod novum lucrari in prejudicium alterius. propter quod una pars contra aliam posset possessionem aliquam allegare in futurum in territoriis supradictis. Pro quibus omnibus predictis superius ordinatis, quelibet partium predictarum alteri obligavit ad invicem. videlicet dictus dominus prior bona predicti monasterii, nomine quo supra, et dicti consules bona sua et universitatis de Sancto Dyonisio, presentia et futura, sub omni renunciatione juris et facti pariter et cautela. Actum fuit hoc in grangia de Ramundenchis monasterii predicti, anno Domini millesimo CCC° vicesimo. domino Philippo rege Francorum et Navarre regnante, duodecimo kalendas madii. in presencia et testimonio fratris Bernardi de Tozis, fratris Petri de Colomeriis. fratris Bernardi Lerati, dicti monasterii. Jordani majoris. Petri Escanni junioris de Saxiaco, Jacobi Boyssha de Castris, Bernardi Costanterii de Bruguería, Guillermi Candela, Ramundi Guillermi, Petri Viguerii de Sancto Dyonisio et mei, Bernardi Tornerii, publici notarii castri Sancti Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui hanc cartam recepi, scripsi et signavi. (*signet*.)

Original : Arch. de l'Aude, H, 395.

497 Ramondens, 8 mai 1320.

Aymeric de Villanière prend acte de la déclaration de deux officiers royaux qui font une information pour homicide, au nom du roi et du monastère de Prouille, auxquels appartient en commun la juridiction à Ramondens.

Noverint universi quod Bernardus Melonis, bajulus, ut dixit, de Durnhano domini nostri regis, et magister Bernardus Raimundi de Assoalli, notarius inquestarum, ut dixit, montanearum dicti domini regis, existentes personaliter in grangia de Ramundenchis monasterii *B. Marie*[1] de Pruliano, in presencia mei, Bernardi Tornerii, notarii, et testium infrascriptorum, dixerunt se fecisse informationem, nomine domini nostri regis et monasterii b. Marie de Pruliano, ad quos jurisdictionem altam in nemore seu foresta de Ramundenchis dixerunt pro indiviso pertinere, et ad hoc obtulerunt se facere super homicidio in personam cujusdam mulieris in quodam loco sito infra dictum nemus seu forestam invente, per aliquem seu aliquos maligno spiritu inductos perpetrato, et audire omnes testes quos poterunt invenire, super morte predicta; de quibus omnibus frater Aymericus de Villaneria ibidem presens procuratorque et syndicus, ut dixit, monasterii antedicti, nomine dicti sui syndicatus, requisivit fieri per me, notarium predictum, publicum instrumentum et de hoc me notarium predictum requisivit, nomine quo supra. Actum fuit hoc in dicta grangia de Ramundenchis, anno Domini M° CCC° vicesimo, domino Philippo, rege Francorum et Navarre, regnante, septimo ydus madii, in presencia et testimonio fratris Bernardi de Tozis, fratris Petri de Colomeriis, fratris Raymundi Sartoris, fratris Bernardi Lerati, dicti monasterii, Jordani Majoris, Raymundi Majoris, Raymundi Arnaldi Sartoris, |+ Amelii Arsso, Petri Mostra, servientium domini regis de Assoalli, Raymundi Crapa, servientis de Durnhano, et mei, Bernardi Tornerii, publici notarii castri S. Felicis et totius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui requisitus hanc cartam recepi, scripsi et signo meo solito signavi, et in quarta linea proxime computanda, omisi scribere sub tali signo |+ de Saxiaco. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H. 403.

498 11 octobre 1320.

Délimitations des terres d'Arfons appartenant à l'Ordre de saint Jean de Jérusalem et des terres de Ramondens appartenant à Prouille.

Anno Domini millesimo trescentesimo vicesimo, domino Philipo, rege Francorum et Navarre, regnante, die veneris post festum beati Dyonisii, intitulata sexto ydus octobris, ex hujus publici instrumenti serie pateat universis quod, cum limites seu bodule antiqui seu antique dividentes et decernentes territorium foreste de Ramundenchis monasterii beate Marie de Pruliano et territorium de Orffontibus sancte domus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, propter antiquitatem et vetustatem temporis fuerint, ut ibi dictum fuit, dirute et fracte sic quod, propter ignorantiam gentium dicti monasterii et dicte domus Hospitalis, processu

1. Ces deux mots sont répétés.

temporis, lis, questio et controversia inter ipsas partes oriri possent, et super predictis ordinatum extiterit, ut ibi dictum fuit, per religiosum et honestum virum, dominum fratrem Raimundum Maurelli, priorem monasterii beate Marie de Pruliano, nomine suo et nomine dicti monasterii et tocius conventus ejusdem, ex parte una, et nobilem et religiosum virum, dominum fratrem Arnaldum Joris, militem preceptoremque domus de Orfontibus dicti Hospitalis, nomine suo et nomine ac vice tocius conventus ejusdem domus Hospitalis, ex altera, quod, ad tollendum, amputandum et evitandum dictas questiones, litem et dissensionem ac pericula que dictis partibus seu gentibus eorumdem possent, processu temporis, occasione dictarum questionis, litis et discordie, evenire, Bernardus Roadel, Petrus Belhome, Bartholomeus Camus de Saxiaco, pro parte dicti monasterii, Davinus del Tilh, Johannes Boerii de Orfontibus et Vitalis Tauroni, de Dornhano, pro parte dicti Hospitalis, sub juramento per eosdem prestito ad sancta Dei quatuor Evangelia, dicta territoria viderent et inspicerent et loca, in quibus dicte bodule antique esse consueverunt, viderent et indagarent diligenter et in ipsis locis antiquis signa facerent et ponerent, juxta eorum arbitrium et scienciam, dividendo territoria predicta, absque usurpatione aliqua, de ipsis territoriis in prejudicium partium predictarum facienda.

Qui quidem sex homines superius nominati, jurati, ut ibi dictum fuit, ad sancta Dei quatuor Evangelia, retulerunt dictis dominis Pruliani et preceptori de Orfontibus se diligenter vidisse terminalia predicta et inspexisse et quesivisse bodulas antiquas, et in loco seu locis antiquis et debitis posuisse signa seu cavilhas dividencia territoria predicta, juxta eorum scienciam et juxta signa antiqua, que diviserunt ipsa territoria, temporibus retroactis.

Et religiosi viri dominus frater Arnaldus Joris, miles preceptorque sancte domus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani de Orfontibus, nomine suo et nomine ac vice tocius conventus dicte domus Hospitalis, presentis et futuri, et pro suis successoribus, de licentia, voluntate et expresso mandato sibi, ut dixit, litteratorie facto per nobilem et religiosum virum, dominum fratrem Aymericum de Tureyo, militem et preceptorem sancte domus Hospitalis Sancti Johannis de Podio Siurano, tenentem locum nobilis et religiosi viri, domini fratris Petri de Ungula, sacre domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani prioris Tholose dignissimi, quarum litterarum tenor inferius est insertus, ex parte una, et frater Aymericus de Villaneria, ordinis fratrum Predicatorum procurator, et sindicus monasterii beate Marie de Pruliano, nomine ac vice totius conventus predicti monasterii, presentis et futuri, de qua procuratione et sindicatu ibidem fecit fidem per quoddam publicum instrumentum, receptum et signatum per magistrum Jacobum Capella, notarium regium de Lauraco, sub anno Domini millesimo trescentesimo quinto decimo, pridie nonas marcii, quod incipit in secunda linea *sterii beate Marie* et finit in eadem *et iste*, et in penultima linea incipit *sivo* et finit in eadem *scripsi*, ex altera, existentes personaliter in terminalibus predictis, inter territotorium de Ramundenchis dicti monasterii et territorium de Orfontibus dicti Hospitalis, ipse partes, nominibus quibus supra, attendentes ordinationem per dictum predictum dominum preceptorem de Orfontibus et dictum dominum priorem Pruliani, nominibus quibus supra, factam de predictis bodulis et limitibus reparandis, cupientesque, pro bono pacis et concordie, dictas bodulas et limites antiquos renovare et in locis earumdem bodularum antiquarum bodulas novas ponere, hujusmodi signa ad statum debitum reducendo taliter quod de cetero lis, questio aut controversia minime oriri possint inter partes predictas, ut dixerunt, ratione fractionis et dirutionis bodularum antiquarum predictarum vel alias quovismodo, rationibus predictis, con-

corditer et amicabiliter habuerunt de dictis sex hominibus superius nominatis, quatuor habentes, ut ibi dictum fuit, melius notitiam et scientiam de terminalibus predictis, videlicet Bernardum Roadel, Petrum Belhome de Saxiaco, pro parte dicti monasterii, Davinum Deltilh et Johannem Boerii de Orfontibus, pro parte dicti Hospitalis. Quibus quatuor hominibus, ibidem presentibus, fuit injunctum de novo et mandatum amicabiliter per dictas partes quod terminalia dictorum territoriorum viderent et bodulas antiquas et loca, ubi erant dividentes dicta territoria, inspicerent, et in locis dictarum bodularum antiquarum et aliis, prout eis esset visum, juxta eorum arbitrium et scientiam, sine fraude et lesione dicti Hospitalis et dicti monasterii, bodulas novas et signa ponerent, dividendo, declarando dicta territoria de Ramundenchis et de Orfontibus taliter quod lis, questio vel contrastus non possent inter partes predictas de cetero oriri, ratione premissorum.

Qui quidem Bernardus Roadel, Petrus Belhome, Davinus Deltilh et Joannes Boerii supradicti offerentes, ut dixerunt, se paratos legaliter et juxta eorum arbitrium et scientiam predicta eisdem per dictas partes imposita, facere, jurati ab sancta Dei quatuor Evangelia suis manibus dextris sponte et sine aliqua compulsione corporaliter tacta, dicta terminalia viderunt et inspexerunt bodulas antiquas et limites ac loca eorumdem perquirendo et indagando. Et primo, ipsi probi homines, jurati ad sancta Dei quatuor Evangelia, ut premittitur, posuerunt bodulam videlicet quemdam lapidem juxta iter quo itur de Saxiaco versus Escorsenxz, dividendo et declarando dicta territoria de Orfontibus et de Ramundenchis, juxta eorum arbitrium et scientiam, prout rexius et melius perpendi poterat, recte descendendo usque ad duos conturnos vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea per dictos juratos; et deinde recte descendendo usque ad iter quo itur de Prato-Auderio versus domum Johannis Janis, subtus quod iter fuit posita alia bodula lapidea: et de ipsa bodula recte dividendo et declarando dicta territoria usque ad rivum vocatum *Rivum de Gota Landric*, juxta quem rivum fuit posita alia bodula lapidea; et deinde per unum conturnum recte dividendo territoria predicta, ubi fuit posita alia bodula lapidea; et deinde per unum conturnum vel circa, recte eundo, ubi fuit posita alia bodula, decernendo territoria predicta; et deinde per duos conturnos, recte eundo, usque ad quandam arborem vocatam *fau*, ubi fuit posita alia bodula lapidea per juratos predictos, dividendo et decernendo territoria predicta, que arbor debet scindi comuniter per dictas partes; et deinde, recte descendendo per unum conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea; et de ipsa bodula, recte descendendo usque ad rivum seu gotinum qui cadit seu defluit in rivo de Gota Landric, prope locum vocatum *furnum vitreum*, ubi fuit posita alia bodula: et deinde recte ascendendo, dividendo et declarando dicta territoria, usque ad principium terre vocate *Camplebose*, ubi fuit posita alia bodula lapidea per juratos supradictos; et deinde, rexius eundo usque ad introitum calme Campleboze, ubi fuit posita alia bodula; et de ipsa bodula recte eundo per dictam calmam per unum conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea; et deinde, recte eundo usque ad duas quercus, in quarum medio fuit posita alia bodula lapidea, prope quem locum est quedam crux antiqua, ut ibi dictum fuit, que, retroactis temporibus, divisit territoria predicta; et de ipsa bodula posita, ut premittitur, in medio dictarum quercuum, recte descendendo usque ad unum conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea: et deinde recte descendendo usque ad alium conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea; et deinde recte descendo usque ad exitum dicte calme Camploboze juxta quadrivium, ubi fuit posita alia bodula lapidea per juratos supradictos, dividendo et decernendo territoria predicta; de ipsa bodula recte

eundo per iter quo itur versus Saxiacum, usque ad unum conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea, juxta dictum iter in territorio de Ramundenchis; et deinde, recte eundo per dictum iter usque ad unum conturnum vel circa, prout dictum iter pretenditur, ubi fuit posita alia bodula in territorio de Orfontibus, juxta dictum iter; et deinde sequendo dictum iter usque ad alium conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea, juxta dictum iter, in territorio de Ramundenchis; et deinde dictum iter sequendo usque ad alium conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea, juxta dictum iter, in territorio de Orfontibus: et de ipsa bodula, recte eundo per dictum iter, usque ad alium conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea, juxta dictum iter, in territorio de Ramundenchis; et deinde sequendo dictum iter usque ad alium conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula, in territorio de Orfontibus, juxta dictum iter; et de ipsa bodula, dictum iter sequendo usque ad medium conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea, juxta dictum iter, in territorio de Ramundenchis; et deinde sequendo dictum iter usque ad unum conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea, juxta dictum iter, in territorio de Orfontibus; et deinde, sequendo dictum iter usque ad medium conturnum vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea, in territorio de Ramundenchis, juxta dictum iter; et deinde, dictum iter sequendo per unum conturnum et dimidium vel circa, ubi fuit posita alia bodula lapidea, in territorio de Orfontibus; et de ipsa bodula, dictum iter sequendo, usque ad unum conturnum et dimidium vel circa, ubi est quedam ruppis quasi in medio dicti itineris, que fuit per dictos juratos pro bodula cruce signata, dividendo et decernendo territoria supradicta; et de ipsa ruppe cruce signata, sequendo dictum iter per medium conturnum vel circa, ubi est quedam alia ruppis in territorio de Ramundenchis, que fuit cruce signata pro bodula per juratos supradictos; et deinde sequendo dictum iter per unum bonum conturnum, ubi sunt due ruppes in medio itineris, que fuerunt pro bodula cruce signate per eosdem juratos, declarando et dividendo territoria supradicta; de ipsis ruppibus sic cruce signatis, sequendo dictum iter usque ad alium conturnum vel circa, ubi fuit per dictos juratos posita quedam bodula lapidea in territorio de Orfontibus, juxta dictum iter; et de ipsa bodula, sequendo dictum iter per medium conturnum vel circa, ubi est quedam ruppis quasi in medio dicti itineris, que fuit cruce signata pro bodula per juratos supradictos, limitando et decernendo territoria predicta; et de dicta ruppe cruce signata, sequendo dictum iter per medium conturnum vel circa, ubi est quedam ruppis in territorio de Ramundenchis, juxta dictum iter, que fuit cruce signata pro bodula per juratos supradictos; et deinde per medium conturnum vel circa sequendo dictum iter, ubi est quedam alia ruppis, juxta dictum iter, in territorio de Orfontibus, que fuit per dictos juratos cruce signata pro bodula, limitando et dividendo territoria supradicta; et de dicta ruppe sic cruce signata, sequendo dictum iter per unum conturnum vel circa, ubi fuit posita quedam bodula lapidea, in territorio de Ramundenchis, juxta dictum iter; et de ipsa bodula per medium conturnum vel circa sequendo dictum iter, ubi fuit posita quedam bodula lapidea in territorio de Orfontibus, juxta dictum iter; et de dicta bodula, sequendo recte dictum iter, usque ad capud territorii predicti de Orfontibus, ubi fuit posita alia bodula lapidea in parte territorii de Ramundenchis per dictos juratos, dividendo et decernendo territoria de Ramundenchis et de Orfontibus supradicta.

Quibus bodulis sic per ipsos juratos positis, ipsi jurati, scilicet Bernardus Roadel, Petrus Belhome de Saxiaco, Deltilh Davinus et Johannes Boerii de Orfontibus supradicti in presencia mei, Bernardi Tornerii, notarii, et magistri Petri Gotini, publici notarii, qui de predictis et infrascriptis una mecum debet conficere

publica instrumenta, ac testium infrascriptorum, presentibus etiam et assistentibus domino fratre Arnaldo Joris, milite et preceptore predicto, et fratre Aymerico de Villaneria, sindico et procuratore supradicto, dixerunt et retulerunt, medio juramento ab eis, ut supra dictum est, ad sancta Dei quatuor evangelia corporaliter prestito, se diligenter et fideliter dicta terminalia, bodulas et limites antiquos et signa antiqua inter dicta territoria ab antiquo existentia, inspexisse et indagasse, ut alias viderant et inspexerant una cum prenominatis Vitali de Taurone et Bartholomeo Camus, et in locis in quibus bodule antique et signa antiqua stare et esse consueverunt, dictas bodulas aut majorem earum partem legaliter, juxta eorum scienciam et arbitrium, sine dampno et lesione dictorum hospitalis et monasterii ac usurpatione territoriorum predictorum, posuisse, bodulas et limites antiquos reparando et renovando, ut melius et fidelius potuerunt. Quo quidem bodulamento sic facto, predicte partes, videlicet dominus frater Arnaldus Joris, miles et preceptor predictus, nomine suo et nomine dicti hospitalis ac totius conventus ejusdem hospitalis et de mandato sibi, ut premittitur, litteratorie facto per dictum dominum fratrem Aymericum de Tureyo, militem et preceptorem domus dicti hospitalis de Podio Siurano ac locum tenentem nobilis domini.. prioris Tholose ejusdem hospitalis supradicti et pro ipso hospitali, ex parte una, et dictus frater Aymericus de Villaneria, sindicus et procurator predicti monasteri Beate Marie de Pruliano, nomine religiosorum prioris et priorisse et tocius conventus predicti monasterii, presentis et futuri, ex parte altera, audita relatione dictorum juratorum attentaque dicta bodulatione facta pro utilitate et comodo dicti hospitalis et monasterii predicti ac gentium eorumdem, ut dixerunt, ipsam bodulationem gratam habentes et omnia supradicta, universa et singula, per dictos juratos superius facta, ex certis scientiis, ea omnia predicta approbaverunt, corroboraverunt et confirmaverunt expresse et, prout bodulatum et limitatum est superius, tenere et servare perpetuo, nominibus quibus supra, et contra non venire ullo modo promiserunt ad invicem partes supradicte. Voluerunt insuper dicte partes et convenerunt ad invicem expresse quod in loco seu locis, in quibus dicte bodule posite sunt et fixe, aut in majori parte earum, fiant pilaria lapidea cum semento calcis et arene, expensis communibus partium earumdem, dictis bodulis in medio pilariorum predictorum remanentibus, sicut modo fixe sunt et posite, decernendo et dividendo territoria supradicta, ut est dictum.

Promiserunt etiam dicte partes ad invicem, videlicet dictus frater Aymericus de Villaneria, nominibus procuratorio et sindicatorio quibus supra, prefato domino fratri Arnaldo Joris, militi et preceptori predicto, nomine suo et dicti hospitalis et tocius conventus ejusdem recipienti et stipulanti, se facturum et curaturum cum effectu quod prior, priorissa et conventus sororum monasterii supradicti et alii quorum interest vel poterit interesse, predicta omnia, universa et singula, in presenti instrumento publico contenta, aprobabunt, ratificabunt [1] . . . .

. . . .

suo et totius conventus dicti hospitalis promisit et convenit dicto fratri Aymerico de Villaniera, nomine procuratorio et sindicatorio quibus [supra]. . . . .

---

1. A partir de cet endroit un coin du document est déchiré sur une dimension de 0,33 sur 0,24; ce qui explique les nombreuses lacunes de la suite de l'acte. Nous avons cependant tenu à la donner parce que les fragments permettent de comprendre le contenu de l'ensemble.

. . . .

dictus dicti hospitalis et alii quorum interest aut interesse poterit, omnia universa et singula supradicta in presenti publico instrumento. . . . .

. . . .

tis attendendis, complendis et perpetuo firmiter observandis, dicte partes, videlicet dictus frater Aymericus de Villaneria nominibus quibus supra. . . . .

. . . .

is nomine quo supra, omnia bona dicte domus hospitalis prefato fratri Aymerico de Villaneria, nomine quo supra stipulanti et recipienti, obligaverunt Aymerici de Tureyo, militis preceptorisque domus hospitalis de Podio Siurano ac locum tenentis nobilis domini prioris Tholose dicti hospitali de. . . . .

. . . .

. . Johannis Jerosolimitani Podii Siurani et locum tenens nobilis et religiosi viri domini fratris Petri de Ungula, ejusdem domus prioris Tholose dignissimi . . . .

. . . . non caritatem, cum prout intelleximus, bodule dividentes territorium de Orfontibus dicti hospitalis et territorium foreste de Ramundenchis . . . .

ter gentes dicti hospitalis et gentes dicti monasterii discencio posset oriri et religiosus et honestus vir frater Ramundus Maurelli . . . .

. . . .

. . . . ex parte altera, volentes discencionem predictam obviare, ordinaveritis quod sex probi homines, videlicet Bernardus Roadel, Petrus Belhome, Bertholomeus. . . .

. . . .

pro parte dicti hospitalis, viderent et inspicerent terminalia predicta et in loco bodularum antiquarum ponerent bodulas de novo renovandas et . . . .

. . . .

. . . . prestito, retulerint vobis et dicto priori de Pruliano se diligenter vidisse terminalia predicta et inspexisse et que bodulas antiquas . . . .

. . . .

utiam et juxta signa antiqua que, retroactis temporibus, diviserunt territoria antedicta. Volumus et vobis concedimus ex parte nostra quantum in locis. . . . .

juratorum predictorum et deinde faciatis fieri publica instrumenta. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum hiis presentibus duximus apponendum . . . .

vicesimo. De quibus omnibus premissis dicte partes voluerunt et requisiverunt fieri publica instrumenta per me Bernardum Tornerii . . . .

. . . . [alph]abetum divisa. Acta fuerunt hec in locis supradictis ubi dicte bodule posite fuerunt, ut supradictum est, et fixe, anno et die prescriptis . . . .

catorum discreti viri magistri Johannis de Collo, jurisperiti Castri-novi de Arrio, Vitalis de Castelmora de Orfontibus, Petri Benedicti de Sancto-Dyonisio . . . .

rano, publici notarii domini nostri regis, qui de predictis debet conficere duo publica instrumenta per alpha-

betum divisa requisitus per partes supradictas . . . .
gis, qui hanc cartam recepit et in protocollo suo registravit; vice cujus et mandato, ego, Guillermus Martini, clericus juratus dicti notarii, eandem scripsi . . . .
me subcripsi et signo meo solito signavi. (*signet*).

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 390.

499 Ramondens, mercredi après la S. Barnabé, juin 1320.

Devant Jean de Collo, juge de Ramondens au nom de Prouille, comparaît Benoît Asini de Saissac, qui est accusé d'avoir taillé du bois vert et sec dans la forêt et reconnaît sous serment avoir emporté un *saxiculum* de bois sec. Il est condamné a une amende de 10 sous tournois. Notaire : Bernard Tornerii de S. Félix. (*signet*).

Témoins : Michael Dayde *de Cutsiaco*, Pierre Verdala *de Saxiaco*, Raymond Rosaldi *clericus Fanijovis*, Germain Amelius *de Payrano*.

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

500-501 Saissac, 26 mai 1321.

Le monastère de Prouille et les seigneurs de Saissac renoncent à leurs droits respectifs de dépaissance sur les terres de Ramondens et de Saissac.

Anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, domino Philippo, rege Francorum et Navarre, regnante, die martis in crastinum beati Urbani, qua intitulatur septimo kalendas junii, ex hujus publici instrumenti serie pateat universis, presentibus et futuris, quod, cum inter nobilem et potentem dominum Estacium de Levies, militem, ac nobilem et potentem dominam Beatricem de Tureyo, ejus consortem, dominos de Saxiaco, filiam et heredem egregii viri domini Lamberti de Tureyo, militis, domini de Saxiaco quondam, quatenus quemlibet aut alterum eorumdem dominorum conjugum tangit tangereve potest, ex una parte, et religiosum virum dominum fratrem Raymundum Maurelli, priorem monasterii Beate Marie de Pruliano et fratrem Aymericum de Villaneria, ordinis fratrum Predicatorum, scindicum et procutorem prefati monasterii et monialium ejusdem, cujus scindicatus et procurationis tenor inferius est insertus, nomine priorisse et tocius conventus monialium ejusdem monasterii, ex parte altera, questionis, discensionis seu discordie materia esset orta vel speraretur oriri, super usu nemoris seu foreste de Raymundenchis, dicti monasterii, senescallie Tholosane, quem usum prefati nobiles domini conjuges dicebant se habere seu jus ejusdem tenendi et immitendi, causa depascendi et ademprandi, certum numerum animalium in dicto nemore seu foresta de Ramundenchis, dictis domino priore et scindico dicti monasterii, nominibus quibus supra, in contrarium asserentibus et dicentibus quod dictus usus solum concessus fuerat dicto domino Lamberto, ex gracia speciali, per dictum monasterium seu priorem vel scindicum ejusdem monasterii, dumtaxat ad vitam ipsius domini Lamberti et ejus filii masculi ex legitimo matrimonio procreati, si esset de Saxiaco dominus, et quod concessio dicti usus expiraverat propter mortem et decessum dicti domini Lamberti

etiam et deffectum dicti filii masculi, prout hec in quibusdam publicis instrumentis, inde receptis, ut ibi dictum fuit, tam per magistrum Petrum Bolaroti de Saxiaco quam per magistrum Jacobum Capella de Lauraco, notarios, de compositione seu transactione dudum factis inter dictum dominum Lambertum, ex parte una, et priorem seu scindicum dicti monasterii, ex altera, plenius dicuntur contineri; nobilibus dominis Estacio et Beatrice, conjugibus predictis, dominis de Saxiaco, in contrarium asserentibus et dicentibus quod dominus Lambertus et sui suo bono jure poterant et debebant habere predicta et communem usum depascendi et ademprandi in nemore predicto seu foresta de Ramundenchis, ratione magistri hospicii castri de Saxiaco, et quod eidem domine Beatrici vel suis prejudiciari non potuit seu prejudicium aliquod generari ex compositione vel transactione dudum, ut dictum est, facta per dictum dominum Lambertum, ex parte una, et priorem seu scindicum dicti monasterii, ex altera, super predictis, juxta condiciones gallicanas; item, et super eo quod dicebatur dictum monasterium, si contingeret sua animalia, propter nives vel asperitatem temporis vel quamlibet aliam causam, per Ressalhita vel alias venire et declinare ad feuda seu pascua territorii de Saxiaco, nullam penam, justitiam vel bannum solvere teneri vel exhigi seu levari posse a custodibus dictorum animalium vel aliis quibuscumque personis per gentes dictorum nobilium dominorum, custodes seu messegarios, correvos aut forestarios eorumdem vel alios custodes de Saxiaco vel messegarios ejusdem loci, ex compositione seu transactione supradicta; prenominatis nobilibus conjugibus dicentibus et asserentibus dictum dominum Lambertum predicta facere, dare vel concedere minime potuisse in prejudicium eorumdem dominorum conjugum, juxta consuetudines supradictas; tandem, cum ex predictis pericula orirentur vel possent oriri in futurum, predicte partes, nominibus quibus supra, ipsis questionibus finem perpetuum imponere et eas et earum quamlibet, pro bono pacis et concordie, emendare et in melius reformare, et omnia pericula, que exinde oriri possent qualitercumque tollere penitus et evitare sinceris affectibus cupientes, de predictis omnibus et singulis questionibus et aliis ex eis dependentibus communibus amicis tractantibus, per modum transactionis et compositionis inter se amicabiliter, concorditer et generaliter in modum qui sequitur, convenerunt, videlicet :

quod prefati nobiles conjuges domina Beatrix et dominus Estacius, pro se ipsis et eorum heredibus, volentes agnoscere bonam fidem, informati plenarie de predictis, ut dixerunt, et omni alio jure ipsis dominis conjugibus aut eorum cuilibet competenti aut competituro, tam ratione dicti magistri hospicii de Saxiaco quam ex dicta consuetudine gallicana et quovis alio jure, se cognoverunt et confessi fuerunt dicto domino priori et prefato scindico dicti monasterii ac michi, Bernardo Tornerii, notario infrascripto, tanquam persone publice pro predicto monasterio ac toto conventu monialium ejusdem monasterii et singularum earumdem et omnibus aliis, quorum interest aut interesse potest vel poterit in futurum, stipulantibus sollempniter et recipientibus, quod dicta animalia tenere poterat prefatus dominus Lambertus ad vitam suam dumtaxat et filii sui masculi, ex legitimo matrimonio procreati, qui esset dominus de Saxiaco, ex dicta gracia speciali concessa eidem domino Lamberto per priorem seu scindicum monasterii supradicti, et aliter non. Et quod dictus usus, ex dicta gracia speciali, ut premititur, concessus, expiraverat per mortem dicti domini Lamberti et filii sui masculi deffectum; et quod alias seu aliter nullum jus competebat dicto domino Lamberto aut ejus heredibus sive conjugibus supradictis, in nemore ac usu predictis. Et gratis et ex certa sciencia ipsi domini conjuges cerciorati de jure suo, ut dixerunt, pro se et suis suc-

cessoribus et heredibus, ex causis supradictis et infrascriptis, remiserunt eidem domino priori et dicto scindico et michi notario predicto, ut persone publice pro priorissa et toto conventu sororum monialium dicti monasterii recipientibus et stipulantibus, et dederunt eo meliori modo quo possunt sive debent, si quid juris et usus habebant ipsi domini conjuges et habere poterant vel appareret in futurum habere, ratione proprietatis vel possessionis, usus vel ademprivi vel cujuscumque alterius servitutis seu consuetudinis gallicane, vel quacumque alia racione sive causa, in nemore seu foresta de Ramundenchis supradicta, sine aliquo retentu.

Deinde, dictus dominus prior et prefatus scindicus dicti monasterii, nomine ejusdem monasterii et priorisse ac monialium predictarum, gratis et ex certa sciencia, visa in hoc, ut dixerunt, utilitate monasterii ejusdem, remiserunt, deseruerunt, dederunt et diffinierunt penitus et quitaverunt prefatis dominis conjugibus, ibidem presentibus et recipientibus, et eorum successoribus in perpetuum jus et usum ademprondi (*sic*) quod dicebant habere cum animalibus dicti monasterii in feudo et territorio castri predicti de Saxiaco, racione Ressalhite vel alias quoquomodo, et quicquid juris, usus, rationis et proprietatis vel ademprivi eidem monasterio pertinebat vel pertinere poterat quovis modo, ex causa predicta; cui juri et rationi idem dominus prior et dictus scindicus, nomine dicti conventus prefati monasterii, renunciaverunt expresse, scienter et consulte, ut dixerunt, nunc et in futurum.

Voluerunt etiam ipse partes predicte, nominibus quibus supra, et quelibet earumdem expresse concesserunt ad invicem quod ad observanciam omnium premissorum compellantur et compelli possint, quociens necesse fuerit, per curiam domini nostri Francorum regis senescallie Tholosane et senescallie Carcassone et per officiales earumdem, per captionem bonorum suorum et monasterii predicti temporalium, sicut pro re liquida, manifesta ac etiam judicata.

Et nichilominus, prefati domini conjuges promiserunt dicto domino priori et dicto scindico ac michi, notario prescripto, nominibus quibus supra, stipulantibus et recipientibus, se et quemlibet eorumdem facturos et curaturos cum effectu quod dominus noster, Francorum et Navarre rex, omnia et singula supradicta laudabit, aprobabit et eciam cum suo sigillo majori viridi pendenti confirmabit, ad expensas tamen monasterii supradicti.

Et vice versa, prefati domini prior et scindicus dicti monasterii, nominibus quibus supra, promiserunt se facturos et curaturos cum effectu quod priorissa et conventus monialium predictorum (*sic*), ac dominus prior provincialis fratrum Predicatorum in provincia Tholosana et alie persone, quarum interest vel poterit interesse, hec omnia et singula supradicta laudabunt, aprobabunt et ratificabunt, ad requisicionem dictorum dominorum conjugum vel suorum, eo meliori modo quo poterunt, confirmabunt, ita et taliter quod in perpetuum obtineant roboris firmitatem.

Et ibidem, in continenti, nobilis Ysabellis de Levies, filia nobilium dominorum conjugum predictorum, plene de jure suo et consuetudine gallicana, ut dixit, certificata, regnoscens se fore majorem duodecim annis, de consilio, voluntate, auctoritate et expresso assensu dictorum dominorum parentum suorum, ibidem presencium et assistencium, omnia et singula supradicta recognovit esse facta de suo consilio pariter et assensu. Et si quod jus eidem competebat, competit aut competere poterit in futurum, quacumque ratione, consuetudine gallicana, usu sive causa, in possessione vel proprietate aut alias, in

nemore predicto seu foresta de Raymundenchis, cui juri expresse renunciavit, dicto domino priori et prefato scindico ac michi, prescripto notario, nominibus quibus supra recipientibus et stipulantibus, remisit, dedit, cessit et concessit totum monasterio supradicto, modo et forma predictis; et aprobavit omnia et singula supradicta et confirmavit.

Et insuper, predicti nobiles domini conjuges et dicta Ysabellis, eorum filia, ac prior et scindicus supradicti, nominibus quibus supra, predicta omnia et singula valere voluerunt ad invicem et habere perpetuo roboris firmitatem, tam ex causis predictis quam etiam ex donationibus factis inter vivos aut alias, ex quacumque alia causa valere poterit, ad comodum et utilitatem dicti monasterii et monialium et dominorum conjugum predictorum et eorum filie et successorum suorum, renunciantes in hiis et super hiis, tam dictus dominus Estacius quam dicta domina Beatrix, ejus uxor, quam dicta Ysabilis, eorum filia, quam etiam dicti domini prior et scindicus, nominibus quibus supra, cerciorati quilibet de eorum juribus ipsis et cuilibet eorum competentibus aut competituris, tam de jure quam ex consuetudine gallicana, aut alias qualitercumque, exceptionibus et actionibus doli et in factum et condicione sive causa, et juribus dicentibus donationem ex causa ingratitudinis posse revocari, et dicentibus donationem factam ultra quingentos aureos, absque insinuatione judicis, in eo quod excedit, non valere ; et beneficio restitutionis in integrum : nec non cerciorati dicti nobiles, modis quibus supra, de juribus infra scriptis, renunciaverunt juribus dicentibus transactionem seu compositionem debere rescindi propter receptionem novorum instrumentorum, aut non visis clausulis testamentorum seu testamenti, si que appareant, aut interveniente dolo sive fraude aut propter liberorum procreacionem donationem fore revocandam, errorique juris et in factum et omnibus aliis juribus, statutis ac consuetudinibus et usibus gallicanis et cujuscumque alterius terre, quibus adversus predicta venire possent, in solidum vel in parte, tam ipsi domini nobiles vel aliquis eorumdem aut aliqua infringere de predictis, quam eciam prefati dominus prior et scindicus, nominibus quibus supra. Quibus omnibus supradictis ac singulis juribus et consuetudinibus omnes prenominati, scilicet dicti nobiles et dictus dominus prior et scindicus, per pactum ac solempnem et validam stipulationem interpositam, per eos et quemlibet eorum renunciarunt, scilicet prefati domini nobiles dictis domino priori et scindico et michi, notario sepedicto solempniter stipulantibus pro dictis monialibus ac conventu et singulis fratribus et sororibus monasterii supradicti, et vice versa prenominati dominus prior et scindicus dictis nobilibus et eorum successoribus, presentibus et futuris. Et pro omnibus et singulis supradictis tenendis, servandis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis, prefati nobiles domini conjuges et dicta eorum filia omnia bona sua, presencia et futura, dicto domino priori et prefato scindico et michi, notario antedicto, nominibus quibus supra, stipulantibus et recipientibus, obligaverunt et ypothecaverunt in perpetuum, et etiam dictus dominus prior et dictus scindicus, nominibus quibus supra, prefatis dominis conjugibus, presentibus et futuris, omnia bona temporalia monasterii predicti, presencia et futura, perpetuo obligaverunt.

Que quidem omnia universa et singula, prout superius scripta sunt, predicte partes, videlicet dicti domini nobiles conjuges et dicta eorum filia, pro se et suis successoribus et heredibus universis, et prefati dominus prior et scindicus, nominibus quibus supra, tenere, servare et illibata custodire nunc et semper atque inconcussa et nunquam in aliquo contrafacere vel venire, de jure vel de facto, usu seu consuetudine

gallicana, ullo ingenio vel arte, in judicio vel extra, palam vel occulte, et specialiter dicta Ysabellis, pretextu minoris etatis vel alias, sua bona fide ad invicem promiserunt, sub pena centum marcharum argenti, a parte parti ad invicem stipulata sollempniter et promissa et solvenda parti hobedienti et parere volenti per partem inhobedientem et rebellem premissis, tociens quotiens altera parcium predictarum contravenire contigerit in totum vel in partem: et quod dicta pena semel et pluries soluta et solutata, nichilominus presens transaccio et omnia supradicta in sua remaneant perpetuo roboris firmitate. Et ad majorem omnium premissorum firmitatem, predicta domina Beatrix et dicta Ysabellis, ejus filia, juraverunt ad sancta Dei quatuor Evangelia manibus suis propriis corporaliter sponte tacta, predicta omnia universa et singula tenere, servare perpetuo, et inviolabiliter custodire, et nunquam in aliquo contravenire, prout superius plenissime continetur. Et insuper fuit inter partes predictas actum et expresse conditum, amicis supradictis tractantibus, volentibus et ordinantibus quod dicti dominus prior et scindicus dicti monasterii, nominibus quibus supra, ad evitandum expensas, dampna, gravamina et scandala que oriri possent pro premissis inter ipsas partes, dent et dare et solvere teneantur de gracia speciali ducentas libras turonensium dominis conjugibus supradictis; et ibidem, incontinenti, prefati dominus prior et scindicus predicti monasterii, nominibus quibus supra, omnia universa et singula supradicta stipulati fuerunt et receperunt, ut dixerunt, ac etiam ego, notarius sepedictus, pro predicto monasterio ac monialibus et toto conventu presenti et futuro ejusdem.

Tenor vero instrumenti procurationis et scindicatus dicti fratris Aymerici de Villaneria, de quo superius facta est mentio, talis est :

501 *Prouille, 4 février 1320.*

Les religieuses de Prouille donnent à Aymeric de Villanière, Raymond de Croso et Raymond Sartre pleine procuration pour traiter au nom du monastère.

« Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod religiosa domina, soror Blancha de Aniorto, priorissa monasterii b. Marie, Sancti-Papuli dyocesis, presentibus sororibus infrascriptis ejusdem monasterii ad hoc specialiter convocatis et conventualiter, ut moris est, in ecclesia beate Marie dicti monasterii congregatis, et ipse heedem sorores moniales sub cura et regimine ordinis fratrum Predicatorum viventes, quarum nomina inferius continentur, auctoritate et concensu dicte domine priorisse, necnon in presencia religiosi viri domini fratris Raymundi Maurelli, prioris predicti monasterii, presentis et in hiis concencientis et ea approbantis, nomine dicte domine priorisse et conventus ac vice predicti monasterii, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos ac dicti monasterii certos speciales et generales procuratores fratres Aymericum de Villaneria, Raymundum de Croso presbiteros, et Raymundum Sartoris, laycum ordinis predicti, presentis instrumenti exhibitores, et quemlibet eorum insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, et quod per unum ipsorum Predicatorum inceptum fuerit, per alium valeat terminari ad omnes causas et lites dicti monasterii motas et movendas, presentes et futuras ; et ad faciendum et obtinendum financiam seu financias et amortizationes cum domino nostro serenissimo principe, Francorum et Navarre rege, seu gentibus vel officialibus suis de acquisitis vel acquirendis quoquo modo per monasterium prelibatum et ad impetrandum

judices comissorios (*sic*) et rescripta a domino rege predicto seu ejus curia super negociis dicti monasterii et acquisitis et acquirendis per eundem seu procuratores suos; dantes et concedentes dicte domine constituentes ipsis suis procuratoribus et eorum cuilibet insolidum plenam et liberam potestatem et plenum ac speciale mandatum emendi, contrahendi, agendi, deffendendi financias predictas faciendi et obtinendi, ponendi, excipiendi, replicandi, triplicandi libellum seu libellos eciam et suplicaciones tradendi et respondendi, litem contestandi, de calumpnia seu de veritate dicenda in animas dominorum constituencium predictorum jurandi, testes et instrumenta et alia legitima documenta producendi, sentenciam et sentencias audiendi, petendi interloqui, appellandi ante sentenciam et post in casibus de jure oportunis, appellationem et appellationes persequendi, judicis officium implorandi, judicem et judices eligendi, aprobandi et recusandi, nomine suo et monasterii supradicti, pagam et pagas recipiendi et faciendi, restitutionem in integrum petendi, et omnia alia universa et singula faciendi, dicendi et procurandi que sub verbo generali generaliter dicto intelligi et contineri possint; et que mandatum exhigunt speciale; et que procuratores rite, recte et legitime ordinati facere possunt sive debent, et que domina priorissa et conventus predicti monasterii facere possent, si essent personaliter presentes; promittentes dicte domine constituentes, sub obligatione rerum predicti monasterii, michi, Bernardo Tornerii, notario infrascripto, pro omnibus et singulis quorum interest vel interesse poterit, stipulanti, ipsam dominam priorissam et conventum dicti monasterii ratum et firmum habiturum et habituram perpetuo quicquid actum, deffensum, affirmatum, gestum, impetratum et alias fuerit procuratum in premissis per dictos suos procuratores vel alterum eorumdem, necnon et judicatum solvi cum omnibus suis clausulis universis, nisi legitime, fuerit provocatum, fidejubentes, pro ipsis procuratoribus suis et pro quolibet eorumdem, sub eadem rerum obligatione monasterii predicti, ut ab omni honere satisdationis releventur. Insuper predicte domina priorissa et sorores moniales constituentes nunciant omnibus illis quorum interesse potest et poterit, sive sint collegia, universitates sive sint singulares persone, cum hoc publico instrumento, se ordinasse predictos procuratores suos et monasterii memorati, secundum formam supradictam.

« Nomina vero dictarum sororum monialium presencium, concenciencium et constituencium sunt hec :

Soror Ricssendis Sicresa,
Soror Helis de Monevilla,
Soror Lumbarda de Cruci,
Soror Clara Davina,
Soror Bos Aurs,
Soror Peyronella de S. Genesio,
Soror Ceselia de Fenis,
Soror Raymunda Raynauda,
Soror Helizabet de Peyra,
Soror Emeniardis Marcella,
Soror Raymunda Johanna,
Soror Avelina,
Soror Raymunda de Turre,
Soror Agnes de Castro Verduno,
Soror Maria de Manheriis,
Soror Johanna de Mimeus,
Soror Fabressa de Castelho,
Soror Serena de Castelho,
Soror Johanna de Forgas,
Soror Fays de Barbayrano,
Soror Ava,
Soror Emeniardis Loba,
Soror Bertranda de Belafar,
Soror Emeniardis de Brasilhaco,
Soror Orpayhs de Duroforti,
Soror Flors de Duroforti,
Soror Fays Bruneta,
Soror Alegra de Domerio,
Soror Peyrona de Grangia,
Soror Veziata de Lobant,
Soror Ermessendis Bega,
Soror Jordana de Trulheriis,
Soror Pilliforta,
Soror Cutsaga,
Soror Johanna de Meri,
Soror Johanna de Musi,

Soror Lumbarda de Aquis,
Soror Genssana Boneta,
Soror Richardis Trenqueria,
Soror Blancha Porcela,
Soror Saura Cabota,
Soror Navarra de Belafar,
Soror Guillerma de Escossa,
Soror Mascarosa Boeria,
Soror Ricssendis Cathalana,
Soror Alamanda de Roaxio,
Soror Margarita de Curamonta,
Soror Ysarna Ciricata,
Soror Saurimunda de S. Saturnino,
Soror Geralda de Rocovilla,
Soror Richore de Duroforti,
Soror Guillerma Correnta,
Soror Brayda de Manso,
Soror Fabressa Faysida,
Soror Esclarmunda de Romengosio
Soror Philippa de Yspania,
Soror Englesa de Marcafava.
Soror Ramunda de Genesteto,
Soror Helisabet de la Porta,
Soror Paula de Sancto-Paulo,
Soror Gualharda de Conchis,
Soror Peyronella de Furno,
Soror Brayhmunda,
Soror Veziata de Campo Longo,
Soror Ricssendis de Castro porro,
Soror Gaviosa de Castronovo,
Soror Katerina de Verneyol,
Soror Cebelia Cadela,
Soror Comtors de Rocovilla,
Soror Lumbarda Martina,
Soror Beatrix de Sancto Michaele,
Soror Blancha de Lissaco,
Soror Saurimunda de La Porta,
Soror Beatrix Cigala,
Soror Elena de Peyrussa,
Soror Ricssendis de Monte Lauro,
Soror Huga de Laranda,
Soror Sezelia de Escorchenchis.
Soror Gerarda Rocha,
Soror Geralda de Rivallibus,
Soror Mabelia de Sancto Felice,
Soror Katerina de Bosco,
Soror Ayglina Berengaria,
Soror Johanna de Rippária,
Soror Flors de Brenacho,
Soror Guillerma de Cruci,
Soror Barbayrana,
Soror Orpayhs de Belafar,
Soror Johanna Dansas,
Soror Margarita de Montebruno.

dantes et concedentes dicte domine priorissa et moniales constituentes michi, Bernardo Tornerii, notario antedicto, licenciam et plenariam potestatem quod possim de predictis facere et conficere unum vel plura instrumenta et tot quot predictis procuratoribus vel alteri eorumdem fuerint necessaria in predictis, ad requisitionem ipsorum procuratorum vel alterius eorumdem. Actum fuit hoc in predicta ecclesia Beate Marie monasterii predicti de Proliano, anno Domini M°CCC°XX°, domino Philippo, rege Francorum et Navarre, regnante, pridie nonas februarii, in presentia et testimonio fratrum Johannis Chatberti, Petri Calverie, Ramundi Guilaberti, Bernardi Barba dicti monasterii, domini Guillermi de Alanhano, presbiteri de Limoso, domini Petri Desshalabra, presbiteri de Forcia Ramundi Ferrandi, et magistri Bernardi Tornerii, notarii publici castri Sancti Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui hanc cartam recepit et in suo protocollo registravit, vice cujus et mandato ego, Petrus Tornerii, clericus de Cuquo juratus dicti notarii, eandem scripsi et in tercia linea proxime computanda omisi sub hoc signo *magistri Jacobi Capella, notarii de Lauraco*. Ego vero Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, me subscripsi et signum meum apposui. »

Requirentes partes predicte, nominibus quibus supra, nos Bernardum Tornerii, notarium antedictum, et magistrum Bertrandum Bolaroti, notarium domini regis, et quemlibet nostrum quod de omnibus premissis recipiamus et conficiamus ac, si opus fuerit, reficiamus nostra propria auctoritate unicuique parti publica insturmenta *(sic)* per alphabetum divisa ; quorum instrumentorum conficiendorum, dictandorum et refficiendorum semel et pluries et quociens opus erit et necesse, ad dictarum partium utilitatem, per nos et quemlibet nostrum aut de consilio sapientis vel sapientum, sustancia facti in aliquo non mutata, nobis, notariis predictis,

licentiam et plenariam potestatem dederunt et concesserunt partes supradicte, nominibus quibus supra. Acta fuerunt hec in castro predicto de Saxiaco, anno et die prescriptis in presencia et testimonio nobilis viri Amalrici de Tureyo, domini de Podio Therico, religiosi viri fratris Guillermi de Belafar, prioris fratrum Predicatorum Carcassone, fratris Petri Raymundi Autalli, presbiteri ejusdem ordinis, fratris Arnaldi de Bosco, fratris Bernardi Manaria, laycorum monasterii Proliani, discreti viri magistri Guillermi de Locis, jurisperiti de Carcassona, magistrorum Petri Bolaroti de Saxiaco, Ramundi Girnaycii de Asilhano, notariorum Guillermi de Barossa junioris, Jordani Majoris de Saxiaco, domini Bernardi Rogerii, presbiterii de Senhalenchis, et magistri Bertrandi Bolaroti, notarii domini regis, qui de predictis debet, ut premititur, conficere publica instrumenta per alphabetum divisa; et magistri Bernardi Tornerii, publici notarii castri Santi-Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis domini nostri Francorum et Navarre regis, qui requisitus hanc cartam recepit et in suo protocollo registravit; vice cujus et mandato, ego, Petrus Tornerii de Cuquo, dicti domini regis notarius publicus, eandem scripsi in duabus peciis pargameni una cum alia simul conjunctis et conglutinatis, quarum prima pecia in ultima linea incipit *viventes* et finit in eadem *et*; secunda vero pecia dicti pargameni incipit in prima linea *ea* et finit in eadem *Ramundum*. Ego vero Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, me subscripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 395

502-503 Conflans, septembre 1321.

Philippe V, le Long, confirme l'accord précédent conclu entre le monastère de Prouille et les seigneurs de Saissac.

Philippus, Dei gracia Francorum et Navarre rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos quoddam publicum instrumentum manu Petri Tornerii, clerici auctoritate nostra regia publici notarii, scriptum ac signo Bernardi Tornerii, eadem auctoritate publici notarii, signatum, vidisse, cujus tenor sequitur in hec verba :

« Anno incarnationis Domini etc. — et signo meo solito signavi. »

(*Cf. acte précédent reproduit* in extenso *dans ce* vidimus.)

Item et vidisse quandam licteram, sigillo dicti Eustachii de Leviis, militis, ut prima facie apparebat, sigillatam, cujus tenor talis est :

503 *Saissac, 27 mai* 1321.

Eustache de Lévis, seigneur de Saissac, demande au roi de confirmer l'accord qui a été conclu entre lui et le monastère de Prouille.

« *Serenissimo principi domino Philippo, Dei gracia Francie et Navarre regi illustri, suus fidelis humilis Eustachius de Levis, miles, dominus Saxiaci, se ipsum ad regie magestatis pedes humiliter inclinatum.* Cum quedam compositio seu transactio facta fuerit inter me et Beatricem de Tureyo, consortem meam, ex una

parte, et priorem monasterii Beate Marie de Proliano, ex altera, super hoc debato et contrastu qui erant inter me et dictum monasterium, ratione usus et ademprivi, quos dicebam me habere usque ad certum numerum animalium in pascuis et nemore de Ramundenchis dicti monasterii, et super usu et ademprivo quos dictus prior predicti monasterii dicebat se habere cum animalibus dicti monasterii in feudo et territorio de Saxiacho, prout hec in instrumento seu instrumentis inde receptis per magistros Bertrandum Bolaroti et Bernardum Tornerii, notarios vestros, plenius continetur, super quibus litigia discordie erant ad invicem, et dictus prior, ut fortius ad dicte compositionis seu transactionis observanciam astringar et possim compelli facilius ad ipsam observandam, et ne litigia possent de cetero inter me et dictum priorem evenire, voluit et sic in ipsa transactione ego et dictus prior condiximus et eidem promisi quod ego facerem et procurarem dictam compositionem seu transactionem per vos, dominum nostrum regem, confirmari. Quapropter, vestre regie magestati humiliter supplico ut sepedictam compositionom seu transactionem, neutri parti dampnosam, auctoritate regia dignemini confirmare. Dominus per suam misericordiam vos et regnum vestrum in statu bono et prospero dignetur conservare. Datum et actum in castro de Saxiaco, sub sigillo meo pendenti, XXVII die madii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo primo. »

Nos autem, ad dicti Eustachii de Levis militis supplicationem, compositionem seu transactionem hujusmodi ac omnia et singula alia supradicta, prout superius sunt expressa, rata habentes et grata, eadem volumus, laudamus, approbamus et ratifficamus ac tenore presencium nostra auctoritate regia confirmamus, nostro et alieno in omnibus jure salvo. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Conflancium prope Carrerias, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, mense septembris.

(Sceau royal en cire verte attaché à la charte par des lacs de soie roses et verts.)

Original : Arch. de l'Aude, H, 396.
Copie : Arch. Nationales, JJ. 60, f° 195.

504 Prouille, 1er mai 1321.

Raymond Clerc et Matfredus Marty s'engagent à comparaître devant le juge de Ramondens, sous peine d'une amende de 10 livres tournois qu'ils promettent de payer au couvent, au cas où ils ne comparaîtraient pas.

Noverint universi quod Ramundus Clerici de Saxiaco et Matfredus Martini de Bruniqueldo, vaquerii, ut dixerunt, domini Montisfortis, apud Prulianum coram religioso viro, domino fratre Ramundo Maurelli, priore monasterii b. Marie de Pruliano, constituti, super eo quod dicebatur ipsos percussisse et vulnerasse Petrum Baroni, foresterium de Ramundenchis pro dicto monasterio, et alias male tractasse, promiserunt stare juri in curia de Ramundenchis prefati monasterii et venire ad diem et ad dies sibi per curiam predictam assignandos, et judicatum solvi cum suis clausulis universis, et hoc sub pena decem librarum turonensium dicto monasterio applicandarum, si deficerent in premissis ; quam penam solvere promiserunt dicto monasterio vel suis procuratoribus ac michi, notario infrascripto, pro dicto monasterio stipulanti et recipienti, et

aliis quorum intererit, tociens quociens deficerent in predictis, se et omnia bona sua, presencia et futura, super hiis obligando et unus cavit pro alio sub consimili pena et obligatione et sub omni renunciacione juris et facti pariter et cautela, et quod contra non veniant, juraverunt ad sancta Dei quatuor evangelia manibus suis sponte corporaliter tacta. Actum fuit hoc in dicto monasterio, anno Domini millesimo CCC° vicesimo primo, domino Philippo, rege Francie et Navarre, regnante, kalendis madii, in presencia et testimonio fratris Ramundi de Croso, fratris Nicholay Roqua dicti monasterii, Johannis Safont Fanijovis et magistri Bernardi Tornerii, publici notarii castri S. Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui de predictis hanc cartam recepit et in suo protocollo registravit, vice cujus et mandato, ego, Guillelmus Pellicerii, clericus de Limoso, juratus dicti notarii, eandem scripsi. Ego vero Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, me subscripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

505 Ramondens, vendredi après la S. Mathias 26 février 1321-1322.

Pierre Franchi d'Escoussens a taillé vers la S. Michel de septembre douze arbres, *tam quercus quam besses*, et les a emportes sans permission. Dans son audience du mercredi avant S. Thomas 1321, le juge de Ramondens, Pierre de Collo, la condamné selon l'usage à 60 sous tolsas d'amende. Notaire : Bernard Tornerii de S. Félix. (*signet*).

Témoins : *fr. Raimundus Sartoris procurator dicti monasterii, fr. Arnaldus de Bosco, grangiarius dicte foreste pro dicto monasterio, fr. Petrus Raimundi dicti monasterii, Petrus Scannii, Raimundus Scannii, Petrus Escannii junior, Petrus Barta, Jordanus Majoris, Jacobus Pauci de Saxiaco, Petrus Baroni de Payrano.*

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404

506 Ramondens, vendredi après la S. Mathia 26 février 1321-1322.

Huit porcs appartenant à Geraldus de Mota de La Gardiole ont été surpris paissant à Ramondens. Le juge, Pierre de Collo, condamne Geraldus à une amende de 30 sous tolsas, au lieu de 60. Notaire : Bernard *Tornerii* (*signet*).

Témoins : *fr. Raimundus Sartoris, procurator dicti monasterii, fr. Arnaldus de Bosco, grangiarius dicte foreste pro dicto monasterio, Raimundus Escannii, Petrus Barta, Petrus Escannii junior, Jacobus Pauci, Petrus Escannii, major diebus de Saxiaco, Jordanus Majoris ejusdem loci.*

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 404.

507 Ramondens, mercredi après la S. Mathias, 3 mars 1321-1322.

Barthélemy Majoris de Saissac a taillé des arbres appelés *veras*. Le juge de Ramondens, Pierre de Collo, siégeant *in consistorio grangie dicte foreste, ubi jus est consuetum fieri et reddi*, le condamne à 25 sous tolsas d'amende, au lieu de 60 qu'il encourait. Notaire : Bernard *Tornerii.* (*signet*).

Témoins : *magister Jacobus Capella notarius de Lauraco, Petrus Escanni major diebus, Petrus Poncii, Jacobus Pauci, Guillermus de Barossa junior de Saxiaco.*

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

508 13 avril 1323.

Bernard Tournier, notaire, représentant de frère Raymond Sartre, procureur et syndic du monastère de Prouille, donne lecture au notaire Pierre Tournier d'une protestation contre les empiètements de la juridiction royale sur la juridiction du monastère de Prouille à Ramondens.

Anno Domini millesimo CCC vicesimo tercio, domino Karolo rege Francorum et Navarre regnante, ydus aprilis, noverint universi quod magister Bernardus Tornerii, notarius, procurator substitutus, ut dixit, a religioso viro fratre Ramundo Sartoris, procuratore et scindico monasterii Beate Marie de Prulhiano, existens personaliter in villa de Assoali, in consistorio dicti loci ubi dicitur esse consuetum tenere assizias in dicto loco, presentavit michi, Petro Tornerii, notario infrascripto, ac etiam in presencia testium infrascriptorum perlegi fecit quandam papiri sedulam appellationem in se continentem, cujus tenor talis est :

« Quoniam appellationis remedium a sacris constitutionibus extitit adinventum, ut oppressi indebite et contra justiciam agravati, ejus beneficio releventur et iniquitates judicum et imperitie corrigantur et emendentur, idcirco ego, Bernardus Tornerii, notarius, procurator substitutus a fratre Ramundo Sartoris, procuratore et scindico monasterii Beate Marie de Prulhiano, nomine dicti monesterii et tocius conventus ac scindicatus ejusdem, senciens me, nomine quo supra, et dictum monesterium indebite agravari, opprimi atque ledi et in jure dicti monesterii diminui, fuisseque diminutum, oppressum ac enormiter lesum a venerabili viro, domino Johanne Sermentis, judice Villelonge pro domino rege, ex eo et pro eo quod, cum dictum monesterium sit et fuerit ab antiquo in possessione, seu quasi, tam per se quam per eos a quibus causam habuit, exercendi altam jurisdictionem, merum et mixtum imperium, per officiales suos, in tota foresta de Ramondenchis, quantum ad medietatem, pro indiviso, cum domino nostro rege, licet dicta foresta, cum suis pertinenciis, quantum ad jus et proprietatem, insolidum sit et pertineat dicto monesterio, necnon et bassa jurisdictio; sitque solum officialis regii quantum ad medietatem, in alta jurisdictione, simul cum officialibus dicti monasterii, seu illorum a quibus dictum monesterium causam habuit; nunc vero dictus dominus judex, salva sui reverentia et honore sive cause cognicione, et ex arupto (*sic*) inciviliter et injuste et non vocatis officialibus dicti monesterii, nec simul cum eisdem cognoscendo, de facto potius quam de jure, insciis et ignorantibus ac absentibus officialibus et gentibus dicti monasterii, Johannem Poncii, filium quondam Bernardi Poncii, de Sancto-Frica, pro quodam furto per eundem, ut dicebatur, comisso infra dictam forestam de Ranundenchis, cujusdam pellis et quantitatis lane, sentenciavit ad mutilandum aurem eidem, in villa de Assoali, domini nostri regis; quam sententiam sic injuste latam, in prejudicium et subpressionem juris dicti monesterii, executioni demandare fecit et de facto executionem fieri fecit in dicto loco de Assoali et extra pertinencias dicte foreste et extra locum jurisdictionis et territorii, ubi dictum furtum comissum fuit per dictum Johannem; a quibus quidem, sic inciviliter per dictum dominum judicem sentenciatis et executis, ego, Bernardus Tornerii, procurator substitutus predictus, et cum primum predicta ad mei noticiam devenerint, nomine quo supra, a predictis gravaminibus et juris denegacione et ab aliis, loco et tempore opportunis, proponendis in hiis scriptis, legitime et infra tempus legitimum, ad dominum senescallum Tholosanum, seu ad ejus judicem curie appellationum Tholose seu ad illum vel ad illos, ad quem seu ad quos melius de jure possum et debeo, et in absencia dicti domini judicis, cum ipsius copiam habere non possim,

provoco et appello, acta et apostolos, instancia qua convenit, michi dare postulando, ponens me et bona mea et dictum monesterium et ejus bona et jura, nomine quo supra, sub protectione et custodia dicti domini senescalli et ejus curie appellationum, inhibens, in quantum possum, dicto domino judici, ne in prejudicium presentis appellationis, aliquid contra me et dictum monesterium innovet et innovari faciat, protestans quod dictam appellationem dicto domino judici intimabo, cum copiam de ipso habere potero; requirens vos notarium infrascriptum, quod de predictis recipiatis et conficiatis publicum instrumentum. Actum fuit hoc in dicto loco, in presencia et testimonio Symonis Garaudi, Petri Sermentis, Petri Denaucis, Petri de Sancto-Felice, servientis domini regis, Bernardi Arssoni de Assoali, Bernardi Catalani Fanijovis, et mei, Petri Tornerii de Cuquo, illustrissimi domini nostri regis predicti notarii, qui requisitus hanc cartam recepi, scripsi et in octava linea prime conputanda cancellavi cum punctis *et dictum monesterium* signoque meo consueto signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 403.

509 — 27-28 avril 1323.

Acte notarié dressé à la demande du syndic de Prouille et constatant que le juge de Villelongue maintient ses prétentions à la juridiction de Ramondens, malgré la protestation faite précédemment par le monastère de Prouille.

Noverint universi quod constitutus in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, frater Ramundus de.... [scindicus] et procurator monasterii sororum Beate Marie de Pruliano, nomine scindicatus earumdem, ut asseruit, coram venerabili et discreto viro domino Johanne Sermentis, clerico domini nostri regis .... Villelonge exhibuit, presentavit et michi, notario infrascripto, tradidit quoddam instrumentum publicum per manum Petri Tornerii, notarii de Cuquo domini regis, confectum, ut prima facie apparebat, quandam appellationem a dicto domino judice et in ejus absencia per magistrum Bernardum Tornerii, notarium procuratorem substitutum a religioso viro fratre Ramundo Sartoris, procuratore et scindico monasterii Beate Marie de Pruliano, ut dicebatur, factam.... eidemque domino judici insinuavit, demonstravit, significavit et intimavit et insinuare et intimare voluit, prout in dicto instrumento continetur, cujus tenor sequitur sub hac forma :

« Anno Domini etc. (*Cf. l'acte précédent.*)

Quod quidem instrumentum superius insertum, dictus dominus judex pro lecto habuit, inhibens michi, notario infrascripto, ne dictam intimationem grossarem, in formam publicam redigerem, donec ipse responsionem fecerit super eadem, ad quam responsionem faciendam diem crastinum assignavit. Actum fuit hoc Tholose die XXVII^a aprilis, regnante domino Karolo Francorum et Navarre rege et Johanne archiepiscopo Tholosano. Hujus rei sunt testes magister Germanus de Miravalle, procurator incursuum heresis in Tholosano et Stephanus de Tilheto et Vitalis de Gardia notarius.

Postque, die crastina, videlicet die XXVIII^a aprilis, anno quo supra, dictus dominus judex Tholose in ejus hospicio in carrieria de Carmelo, responsionem suam dicte appellationis in dicto instrumento contente fecit, ut sequitur. Et dictus dominus judex dixit et respondit quod ipse non intendebat aliquid fecisse in prejudicium dicti monasterii de Prulhano sed juste et licite et pro jure regis conservando fecit illa que fecerat

et prout invenerat, ut dixit, fuisse factum per alios judices Villelonge, predecessores suos; quarum dictam appellationem non admisit, nisi in quantum dominus noster rex vel dominus senescallus Tholosanus ipsam duxerit admittendam, presentem responsionem dicto scindico pro apostolis concedendo. Hujus responsionis sunt testes magister Germanus de Miravalle, procurator incursuum heresis, et Ysarnus de Lautreco domicellus. Requirens dictus scindicus me notarium infrascriptum ut de dictis intimatione et appellatione facerem et sibi darem publicum instrumentum. Actum Tholose anno die et presentibus quibus supra, et me Guillermo Boquerii, [notario] publico Tholose, qui cartam istam scripsi cum rasuris superius in VII^a linea a principio conputanda *Beate Marie* et in nona linea superius *releventur* et signo meo signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 403.

510 Ramondens, mardi avant la S. Michel de 27 septembre 1323.

Bernard Borgonhoni, fils de Pierre Borgonhoni de Saissac, sans la permission du granger, a vendu à un certain Arnaud de Saissac une certaine quantité de charbon qu'il faisait dans la forêt au nom de Arnaldus Teraudi *firmarii dicti monasterii in dicta foresta.* Le juge Jean de Collo le condamne à une amende de 50 sous tolsas. Notaire : Bernard Tournier. (*signet*).

Témoins : *fr. Durandus Sicardi presbiter, fr. Bernardus Manaria laicus monasterii predicti, Jordanus Majoris de Saxiaco, Bernardus de Monte Cathedra de Villario, Poncius Borgonhoni de S. Dionisio.*

Original : Arch. de l'Aude, H, 404.

511 1324 (date incomplète).

Le juge de Villelongue reconnaît n'avoir aucun droit sur la basse justice de Ramondens.

Original : Arch. de l'Aude, H, 403 (charte incomplète, déchirée et effacée sur tout un côté.)

512 Ramondens, mercredi avant S. Jean-Baptiste, 19 juin 1325.

Bernard Vitalis de Saissac comparaît devant Jean de Collo, juge de Ramondens pour Prouille; il reconnaît avoir pris dans la forêt, sans le consentement du granger, *quandam furcham*; il est condamné à une amende de 30 sous tolsas. Notaire : Jacques Capella (*signet*).

Témoins : *fr. Arnaldus de Bosco, Bernardus Maneria dicti monasterii, Jordanus Maicus, Guillelmus Merelonge de Saxiaco, Guillelmus de Monasterio de S. Martino Veteri, Arnaldus Triandi faber comorans in fabrica S. Nazarii.*

Original : Archives de l'Aude, H, 404.

513-515 Doürgne, lundi après la Saint-Nicolas 7 décembre 1327.

Le granger de Ramondens présente aux assises de Dourgne la lettre par laquelle le juge de Villelongue défend qu'on exige du monastère le paiement du *fromatgium.*

Noverint universi quod in presentia [mei] notarii et testium infrascriptorum, frater Petrus Ramundi

Rocelli, ordinis Predicatorum, sindicus monasterii de Prolhano, ut dixit, et grangerius grangie de Ramondenchis dicti ////// personaliter existens apud Dornhanum in assizia dicti loci, coram discreto viro magistro Petro de Marcello, locum tenente venerabilis et prudentis viri domini Johannis Sermentis ////// judicis Villelonge domini nostri Francie et Navarre regis, cum litera comissionis ejusdem, cujus tenor inferius continetur, exhibuit [et] presentavit dicto domino locum tenenti quasdam patentes litteras dicti domini judicis Villelonge, quarum tenor sequitur sub hiis verbis :

514 *Carcassonne, lundi avant la Saint-Jean-Baptiste 22 juin 1327.*

Défense de lever sur la grange de Ramondens le droit de fromatgium.

« *Johannes Sermentis, clericus et judex Villelonge domini nostri Francie et Navarre regis, discreto viro magistro Petro de Marcello locum nostrum tenenti salutem et dilectionem.* Per gravem querelam fratris Petri Ramundi Rocelli, grangiarii grangie vocate *de Ramondenx*, percepimus quod Guillelmus Guarriaci, bajulus regius montanearum Altipulli, eundem indebite et injuste molestare nititur et vexat super fromatgio petito per dictum bajulum a grangerio predic[to] de novo, ut dicit, in magnum prejudicium ordinis et fratrum de Proliano et jurium et libertatum domus predicte, necnon et contra tenorem cujusdam sentencie super hoc late, ut dicit, per curiam domini senescalli Tholose que diu est in rem transivit judicatam; vobis mandamus quatinus, si de dicta sentencia vobis costet et non sit aliud rationabile quod obsistat, dictum fratrem Petrum Ramundi grangerium non permittatis per dictum bajulum super predictis indebite molestari : que videbitis attemptata per dictum Guillelmum Guarriaci et super hiis inveneritis, ad statum pristinum et debitum reducatis, taliter facientes quod dictus frater ad nos ulterius ob deffectum justicie non reddeat conquesturus. Datum Carcassone die lune ante festum b. Johannis Baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo. »

Necnon et exhibuit quoddam publicum instrumentum confectum manu magistri Bernardi de Violo, olim notarii domini senescalli Tholosani senten ////// in dictis litteris domini judicis habetur mentio, quod instrumentum sententie incipit in secunda linea *In qua quidem*, et finit in eadem *et proba*, et incipit in antepenultima *notarii* et [finit in ea]dem *scripsi*, requirens dictus grangerius et sindicus dictum dominum locum tenentem dicti domini judicis ut contenta in dictis litteris et sentencia compleret et compleri faceret et excequi. Qui [dictus] dominus locum tenens, visis tenoribus /////// litere et sentencie, volens parere mandatis dicti domini judicis precepit Guillelmo Guarriaci qui se dicebat bajulum regium et Bertrando /////// qui dicebat se esse regentem dictam ///////// aliam ex ordinatione thesaurarii Tholose et Guiraudo Lamota qui se dicit bajulum nobilis viri Guidonis de Lautrico, condam de Dornhano, ibidem presentibus, ut, servato tenore dicte sentencie, si aliqua fecerant contra tenorem ejusdem sentencie ad statum debitum et pristinum reducerent et reduci facerent et dictum grangerium in levando et percipiendo formatgium in [dicta sen]tentia contentum, contra tenorem dicte sentencie dictum grangerium minime impedirent. Tenor vero dicte locum tenencie de qua superius habitur mentio, talis est :

515 *Lavaur samedi avant la Pentecote, 6 juin 1327.*

Le juge de Villelongue délègue ses pouvoirs à Pierre de Marcello pour la tenue des assises de Dourgne.

« *Johannes Sermentis, domini nostri Francie et Navarre regis clericus et judex Villelonge, discreto viro magistro Petro de Marcello, jurisperito de Vauro, salutem et dilectionem sinceram.* Cum nos, propter multimodas occupationes negociorum nobis comissorum per dominum nostrum regem et etiam per dominum senescallum ac dominos reformatores nunc degentes in senescallia Tholosana et Carcassone, a majestate regia deputatos, ad tenendum assizias dicte nostre judicature proxime assignatas, intendere nequeamus, de vestra legualitate et perhicia confidentes, vobis comitimus et mandamus quatinus assizias predictas assignatas et processu temporis assignandas loco nostri teneatis et causas in dictis judicatura et assisias (*sic*) pendentes et emergentes et negocia emergencia audiatis, examinetis, decidatis et fine debito terminetis et alia faciatis et expediatis ibidem que ad nostrum officium pertinent et incumbunt, quamdiu a judicatura predicta et singulis locis ac eorumdem locorum consistoriis contingerit nos abesse. Nos enim vos nostrum locum tenentem et suffectum constituimus per presentes, et per nostros subditos vobis pareri volumus et jubemus ac vices nostras super hiis vobis duximus comitendas. Datum Vauri, sabato ante festum Penthecostes Domini, anno ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo septimo. »

Actum fuit hoc in dictis loco et assizia, in presentia et testimonio discretorum virorum magistrorum Petri Quirini, Bernardi Guirardi jurisperitorum, Guillelmi Vaca, magistri Poncii de Linariis, Raimundi Ysarni et magistri Petri Barre, publici notarii castri Podii Laurencii domini regis et curie dicti domini judicis Villelonge, qui hanc cartam recepit et in suo prothocollo posuit, die lune post festum b. Nicholay episcopi, anno Domini millesimo CCC° vicesimo septimo, domino Karolo rege Francorum et Navarre regnante, vice cujus, nomine seu mandato, ego, Petrus Antenii de Monteaureolo, Mirapiscensis diocesis, clericus substitutus ejus juratus, hanc cartam scripsi, et ego, Petrus Barra, notarius antedictus, huic presenti instrumento per me recepto, facta prius legitima collatione cum originali, me subscribo et signo. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 391. (des trous dans le parchemin.)

516 Toulouse, *in concistorio aule nove regie, 8 mars 1329.*

Raymond Sartre, des FF. Prêcheurs, procureur du monastère de Prouille, déclare à Bernard, seigneur de *Solempniaco*, sénéchal de Toulouse, que le couvent ne possède en totalité à Ramondens que la basse justice, la haute justice étant exercée en indivis avec le roi.

Original : Arch. de l'Aude, H, 401. (acte lacéré, en fort mauvais état, illisible sur tout un côté représentant presque la moitié de la charte.)

517 Ramondens, mardi avant l'Annonciation, 20 mars 1329.

A la requête de Guillaume Desshalabra, granger de la forêt de Ramondens, le baile de Ramondens, Jordanus Majoris de Saissac, bannit de la forêt le forgeron Pierre Triandi jusqu'à ce qu'il ait payé au monastère la somme de 60 livres tournois; s'il y rentre sans permission, on lui confisquera tous les biens qu'il aura dans la forêt. Notaire : Bernard *Tornerii* de Saint-Félix.

Témoins : *fr. Raimundus Sartoris, fr. Guillelmus Ruffi, fr. Guillelmus Guilaberti, fr. Jacobus Columbi, fr. Giraldus Salvati monasterii predicti, Guillelmus Benedicti de Brugueria.*

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

518-520 Toulouse, 19 septembre 1329.

Les procureurs de Prouille requièrent le sénéchal de Toulouse de mettre en exécution les lettres royales qui déclarent le couvent libre de toute dette envers le Trésor royal.

Noverint universi quod fratres Bernardus Vasconis et Raimundus Sartoris syndici, ut asseruerunt, monasterii de Pruliano et conventus ejusdem, ordinis Predicatorum, constituti personaliter coram nobili et potenti viro domino Bertrando, domino de Solempniaco, milite et senescallo Tholosano et Albiensi, in aula nova regia Tholose, in presentia venerabilis et discreti viri domini Guidonis Rollandi, jurisperiti procuratoris regii generalis dicte senescallie, et mei, notarii, et testium infrascriptorum, presentaverunt dicto domino senescallo quasdam patentes litteras regias sigillo viridi impendenti sigillatas, non viciatas, non obolitas nec in aliqua sui parte suspectas, ut prima facie apparebat, quarum litterarum regiarum tenores per ordinem subsequuntur :

« *Karolus, Dei gratia Francorum rex*, etc. (Cf. acte de Charles IV d'avril 1323, n° 154.)

519 *Paris, 21 juin 1329.*

Défense de lever le droit de foriscape sur les biens acquis par le monastère de Prouille en vertu du privilège précédent de Charles IV.

« *Philippus, Dei gratia Francorum rex, senescallo Tholose et Carcassone ac deputatis super financiis feodorum et retrofeodorum a nobilibus per personas innobiles et religiosas acquisitorum, salutem.* Cum carissimus dominus noster condam rex Karolus religiosis mulieribus priorisse et sororibus monasterii de Pruliano, sub regula fratrum Predicatorum viventibus, concesserit de gratia speciali ut ipse usque ad centum libras parisiensium annui et perpetui redditus per ipsas seu earum gentes acquisitas vel etiam acquirendas, possent tenere perpetuo et posidere, solvendo sibi pro financia hujusmodi sexcentas libras parisiensium, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi aut prestandi sibi seu successoribus suis pro predictis financiam aliam qualemcumque, prout in litteris suis super hoc confectis, plenius dicitur contineri, mandamus

vobis et vestrum omnibus, prout ad ipsum pertinuerit, quatinus si, visis dictis litteris dicti domini nostri super concessione predicta, vobis contiterit ita esse, ipsas mulieres seu earum gentes ad solvendum nobis foriscapium seu aliam financiam qualemcumque pro predictis de cetero nullathenus compellatis nec compelli permittatis, sed si quid de bonis suis propter hoc capta (*sic*) sint, eisdem restituatis indilate ita quod in vestri deffectum ad nos propter hoc de cetero non refferatur querela. Datum Parisius, die vicesima prima junii, anno Domini M° tricesimo vicesimo nono. »

520 *Paris, 11 mai 1328.*

Philippe VI déclare qu'étant donné le reçu ci-inclus des trésoriers royaux, le monastère de Prouille ne doit rien au Trésor pour ses acquisitions.

« *Philippus, Dei gracia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem*. Notum facimus nos infrascriptam cedulam thesaurarii nostri Parisiensis vidisse in hec verba :

« Thesaurarii domini regis Parisienses reddiderunt eidem de sororibus de Prullano in senescallia Tho-
» lose, ordinis b. Dominici, quod pro admortizatione centum libratorum (*sic*) terre ad par. justo titulo ac-
» quisitarum seu acquirendarum per eas seu provisores aut administratores earumdem, quas non teneantur
» ponere extra manum suam, sexcentas libras parisien. Scriptum nona die februarii, anno trecentesimo
» vicesimo quarto. »

« Cum suprascripte cedule et contentis in ea credi volumus et fidem indubiam adhiberi, inhibemus omnibus justiciariis nostris et aliis quorum interest vel interesse potest, ut predictas religiosas aut alium seu alios pro ipsis, occasione sive causa non solute dicte summe pecunie, de cetero molestare vel alias quomodolibet inquietare presumant. Datum Parisius, sub sigillo quo antequam dictum regimen ad nos devenisset, utebamur, die undecima maii anno Domini M° trecentesimo vicesimo octavo. Per cameram compotorum, P. Jul. »

Quibus quidem litteris regiis per dictos syndicos, quo supra nomine, dicto domino senescallo in presentia dicti procuratoris presentatis, dicti syndici, quibus supra nominibus, requisiverunt dictum dominum senescallum ut compleat et exequatur de verbo ad verbum contenta in litteris regiis memorati, prout in eisdem continetur. Et dictus dominus senescallus obtulit se paratum contenta in dictis litteris adimplere et mandatis regiis parere ; de quibus quidem presentatione et responsione predicti syndici nomine quo supra, requisiverunt me, notarium infrascriptum, ut de predictis eisdem conficerem publicum instrumentum. Acta fuerunt hec Tholose, in aula nova regia, die decima nona septembris, regnante domino Philippo Francorum rege et Gailhardo Tholosano archiepiscopo existente, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, in presentia et testimonio venerabilium et discretorum virorum dominorum Johannis Sermentis Villelonge et Raymundi Mascaronis causarum criminalium in senescallia Tholose judicum, et plurium aliorum ibi existencium et Imberti de Saltu, auctoritate regia et curie terre dicti domini senescalli notarii publici, qui requisitus cartam istam recepit, vice cujus et mandato ego, Bernardus de Burgano, auctoritate regia notarius

juratus et substitutus a dicto magistro Imberto. de materia sui originalis cartam istam abstraxi fideliter et grossavi. Ego, Imbertus de Saltu, notarius predictus, hic me subscripsi et signum meum apposui. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 393.

521-524 Ramondens, lundi avant l'Annonciation, 18 mars 1329.

En vertu de lettres royales ci incluses et de la commission que lui a donnée le sénéchal de Toulouse, Humbert de Sault fixe sur plusieurs points de la forêt de Ramondens les fleurs de lys, signes de la sauvegarde royale.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod religiosus vir, frater Raymundus Sartoris, ordinis fratrum Predicatorum, sindicus monasterii Beate Marie de Prulliano et conventus religiosarum dominarum monialium ipsius monasterii, ut michi, Bernardo Tornerii, notario publico infrascripto, constat per publicum instrumentum receptum et confectum per me notarium jamdictum, personaliter existens in foresta de Ramundenchis predicti monasterii, videlicet ante hostium sive portam grangie dicti loci, a parte altani, existente ibidem personaliter discreto viro, magistro Imberto de Saltu, notario regio et curie domini senescalli Tholosani et Albiensis, qui ad dictum locum venerat, ut ibi dictum fuit, ad requisitionem dicti sindici, pro negocio infrascripto, presentavit et exibuit dicto magistro Ymberto quasdam patentes literas regias, sigillo viridi cum filicis ciricis impendenti, et quasdam alias literas regias, sigillo albo regio impendenti, more curie Francie sigillatas, necnon et quasdam alias literas a nobili et potenti viro, domino B. de Sollempniaco, milite, senescallo Tholosano et Albiensi domini nostri Francie regis, emanatis, sigilloque regio dicte senescallie a tergo, ut prima facie apparebat, sigillatas, quarum tenores secuntur in hec verba :

522 *N.-D du Lys, mars 1320.*

Philippe V prend sous sa sauvegarde le monastère de N.-D de Prouille.

« *Philippus, Dei gracia Francorum et Navarre rex.* Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos, attendentes ut quanto dilecte nobis in Christo religiose mulieres, priorissa et conventus monasterii de Pruliano, ordinis fratrum Predicatorum, majori tranquilitate gaudebunt et pace, tanto liberiori poterunt animo debitum continuum reddere Domino famulatum, hiis in considerationem deductis salubrem, ipsas et earum monasterium nec non administratores, servitores, homines et familiam earumdem, cum possessionibus, terris, redditibus et aliis bonis et rebus suis quibuslibet, in nostra protexione regia recipimus et garda speciali; dantes, tenore presencium, in mandatis Tholose ac Carcassone senescallis ceterisque senescallis, vigueriis, baylivis, prepositis, servientibus, officialibus et ministris nostris regnique nostri justiciariis quibuscunque, quatinus predictas priorissam et sorores, in suis dictique monasterii justis possessionibus, libertatibus, franchisiis, juribus et saysinis, sub nostris protexione et garda speciali predictis manuteneant et conservent necnon ab injuriis, violenciis, obprecionibus, gravaminibus, vi armorum, quorumcunque potencia et novitatibus indebitis quibuscunque deffendant faciantque deffendi,

nec permitant contra ipsas, in contemptum dicte nostre gardie, aliquid attemptari seu eciam innovari, sed atemptata seu innovata, si que sint, ad statum pristinum et debitum indilate reducant faciantque reduci. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus literis nostrum fecimus apponi sigillum, salvo jure in omnibus alieno. Datum in abbacia regali Beate Marie de Lilio juxta Melendinum (*sic*), anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, mense martii. »

523 *Paris, 8 mai 1329.*

Philippe VI mande à ses sénéchaux de Toulouse et de Carcassonne, au chatelain de Montréal et au baile de Saint-Denis de défendre contre toute usurpation et toute violence le monastère de Prouille, surtout dans ses possessions de Ramondens.

« *Philippus, Dei gratia Francorum rex, senescallis Tholose et Carcassone, castellanoque Montis-Regalis, ac bajulo Sancti Dionisii, aut eorum locatenentibus, ceterisque justiciariis nostris, ad quos presentes litere pervenerint, salutem.* Ad supplicationem priorisse et conventus monasterii de Pruliano, ordinis Predicatorum, sub salva gardia nostra speciali, cum omnibus bonis, familiis, possessionibus juribusque suis universis, diu est, existencium, asserencium se timere ne injurie, violencie vel impedimenta indebita monasterio, grangiis, ceterisque possessionibus, juribus et bonis suis quibuscunque, et specialiter in grangia et nemore suis, vocatis *de Ramundenchis*, familiis, animalibus, juridictione, juribus, pertinenciis aliisque bonis ejusdem grangie eisdem supplicantibus inferantur, nos, subditos nostros et specialiter sub nostra gardia existentes in pace et tranquilitate manere volentes, vobis et vestrum cuilibet mandamus quatinus ipsas supplicantes et earum monasterium, necnon administratores, familias et servitores earumdem, cum possessionibus, terris, dominiis, redditibus, juridictionibus, rebus et aliis bonis suis quibuscunque, sub nostra salvagardia regia, ut dictum est, existentes, ab omnibus injuriis, violenciis, opprecionibus, vi armorum, potencia, laycorum et aliis indebitis novitatibus quibuscunque, ex parte nostra, deffendatis et deffendi faciatis, non permitentes contra ipsas aut earum bona, ut premititur, aliquas indebitas fieri novitates ; quas si factas esse vel fuisse inveneritis, eas ad statum pristinum et debitum reducatis vel reduci faciatis indilate. Datum Parisius, vicesima octava die maii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono. »

524 *Toulouse, 9 mars 1329.*

Après avoir reçu la lettre précédente de Philippe VI, Bernard de Solempniaco, sénéchal de Toulouse, en confie la mise à exécution à Humbert de Sault, son notaire.

« *Bernardus, dominus de Sollempniaco, miles, senescallus Tholosanus et Albiensis domini nostri Francie regis, dilecto nostro magistro Ymberto de Saltu, notario regio et curie nostre, salutem.* Literas patentes regias nos recepisse noveritis sub hiis verbis :

« *Philippus, Dei gracia Francorum rex, senescallis Tholose* etc. (*Cf. lettre ci-dessus.*)

Quarum auctoritate, vobis committimus et mandamus quatinus contenta in dictis literis regiis compleatis et exequamini diligenter, juxta ipsarum continenciam literarum, mandantes omnibus nobis subditis

ut vobis pareant in premissis, cum occupati pluribus domini nostri regis negotiis, ad predicta intendere nequeamus. Datum Tholose, die nona mensis martii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono. »

Quibus literis sic presentatis et exibitis, ac per me, Bernardum Tornerii, notarium predictum, in presentia dicti magistri Ymberti, comissarii predicti, et testium infrascriptorum perlectis, dictus frater Raymundus Sartoris, nomine sindicario quo supra, requisivit instanter dictum dominum comissarium, ut contenta in prefatis literis adimpleret et exequeretur, juxta continenciam ipsarum literarum ac comissionem sibi factam per dictum dominum senescallum Tholosanum, exibens etiam et hostendens idem sindicus, nomine quo supra, ipsi domino comissario, ad faciendum plenam fidem de dicta salvagardia dudum apposita in dicta foresta et in dicta grangia et pluribus aliis locis ipsius foreste seu nemoris de Ramundenchis, quoddam publicum instrumentum receptum et signatum, ut prima facie apparebat, manu magistri Guillelmi Petri de Vauro, publici notarii domini regis, quod incipit in prima linea : *Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo decimo septimo*, et finit in antepenultima linea : *domini regis*. Et ibidem, dictus magister Ymbertus, notarius et comissarius supradictus qui, ut dixit, ad dictum locum de Ramundenchis venerat, ad requisitionem dicti sindici, pro exequendis contentis in literis supradictis, visis, ut dixit, et intellectis tenoribus dictarum literarum domini nostri regis et domini senescalli Tholosani ac receptis cum reverencia qua decuit, offerens cum reverencia qua decuit, se paratum complere contenta in literis supradictis, juxta comissionem et mandatum sibi factum per dominum senescallum Tholosanum supradictum, volens, ut dixit, domino nostro regi subditos certiorari, ut possint futuris periculis abviari et ne aliquis de cetero possit de appositione et continuatione dicte salvegardie ignorantiam pretendere, dictam salvamgardiam in locis predictis dudum, ut premititur, appositam, continuando et rescencendo, suis manibus propriis in porta predicta dicte grangie, a parte altani seu liminari ipsius porte posuit et clavellavit signa regia, videlicet flores lilii de latone, in signum dicte salvegardie apposite in eodem loco continuate et rescencite. Et deinde accessit una mecum notario et testibus infrascriptis et dicto sindico requirente, ut supra, ad aliam portam dicte grangie, que est a parte circii ipsius grangie, ubi posuit et sua manu clavellavit signa regia, scilicet flores lilii de latone, in signum dicte salvegardie apposite et continuate. Et deinde, accessit una mecum notario et testibus infrascriptis, ad aliam portam dicte grangie, que est a parte meridiey ipsius grangie, ubi posuit et sua manu clavellavit scilicet flores lilii de latone, in signum dicte salvegardie apposite et continuate et rescencite; et ipsam salvam gardiam continuando et rescencendo, notificans idem dominus comissarius, virtute dicte sue comissionis, ex parte domini nostri regis, illis qui ibi erant presentes et omnibus aliis absentibus, se dicta signa regia in portis et locis predictis apposuisse et clavellasse, in signum dicte salve gardie ibi apposite, continuate et rescencite, ne de cetero nullus posset pretendere ignorantiam de predictis; requirens, ex parte dicti domini regis, Petrum de Vaynis, bajulum, ut ibi dictum fuit, de Sancto Dyonisio, pro domino rege, ibidem presentem, ut ipse bajulus, in loco seu districtu de Sancto-Dyonisio, predictam salvam gardiam, in dicta grangia de Ramundenchis et ejus pertinenciis appositam, continuatam et rescencitam, ut est dictum, notificaret et intimaret, aut notifficari et intimari publice faceret suis et dicte sue bajulie subditis, taliter quod nullus posset de cetero pretendere ignoranciam de predictis.

Et deinde, incontinenti, prefatus dominus comissarius, una mecum notario et testibus infrascriptis, dicto sindico requirente, ut supra, accessit personaliter ad locum vocatum *de la Sanhan-Tiro*, situatum intus dictam forestam de Ramundenchis, ubi erat quedam crux antiqua cum signis regiis, vetustate corrupta, positis, ut ibi dictum fuit, pro salvagardia predicta, in quo loco erat fixa quedam alia crux nova, in qua idem dominus comissarius sua manu posuit et infixit et clavellavit signa regia, scilicet tres flores lilii de latone, in signum dicte salve gardie, alias, ut dictum est, ibi apposite, nunc vero continuate et rescencite. Et deinde, requisitus, ut supra, una mecum notario et testibus infrascriptis, accessit ad locum vocatum *al Pas de la Rapio*, situatum intus dictam forestam, subtus pratum vocatum, *pratum Benaseg*, juxta iter quo itur de Saxiaco versus Castras, ubi erat quedam crux lignea antiqua, cum signis regiis, ibi posita, pro dicta salva gardia, ut in instrumento superius consignato videbatur contineri, et in quadam alia cruce lignea nova ibi fixa, dictus dominus comissarius sua manu propria posuit et clavellavit duos flores lilii de latone, dictam salvam gardiam continuando et rescenendo. Et deinde, idem dominus comissarius accessit una mecum notario et testibus infrascriptis, dicto sindico requirente, ut supra, ad quemdam alium locum situm in foresta predicta, de prope passum de Canniseto, de parte altani, per jactum unius baliste vel circa, ubi erat crux lignea antiqua fixa et posita dudum, ut ibi dictum fuit, pro salva gardia predicta, et in quadam alia cruce nova lignea ibi fixa, idem dominus comissarius posuit signa regia, videlicet duos flores lilii de latone, continuando et rescencendo salvam gardiam supradictam. Et deinde, accessit, requisitus ut supra, ad locum vocatum *Passum de Lampa de las plantas de Canniset*, situatum intus dictam forestam, ubi fuerat posita crux ab antiquo, cum signis regiis, pro dicta salvagardia, ut in dicto instrumento superius consignato continebatur, et in quadam cruce nova lignea ibi fixa, dictus dominus comissarius posuit et sua manu clavellavit unum florem lilii de latone, continuando et rescencendo salvam gardiam supradictam. Et deinde, requisitus per dictum sindicum, accessit ad quemdam alium locum situatum in foresta predicta de Ramundenchis, vocatum *Supra fontem Regine*, de prope termeneriam de Orffontibus et de Saxiacho et de Ramundenchis, ubi, in feudo tamen de Ramundenchis, extiterat posita et fixa antiqua crux lignea, ut ibi dictum fuit, cum signis regiis, pro dicta salva gardia, et in alia cruce nova lignea ibi fixa, in feudo tamen et foresta predicta de Ramundenchis, dictus dominus comissarius posuit et sua manu clavellavit signa regia, videlicet duos flores de latone, pro dicta salvagardia, ipsam salvam gardiam continuando et rescencendo, presentibus me notario et testibus infrascriptis. Et deinde, idem dominus comissarius requisitus, ut supra, una mecum, notario, et testibus infrascriptis, accessit ad quendam alium locum vocatum *a la Femna morta*, ubi mandavit et injunxit per grangerium dicte grangie de Ramundenchis poni et infigi crucem ligneam, in terra tamen dicti monasterii, et in eadem apponi et clavellari tres flores lilii de latone, quos idem dominus comissarius in quadam cruce parvula lignea posuit et etiam tradidit grangerio predicto, videlicet fratri Guillelmo Dessh alabra, ibidem presenti, continuando salvam gardiam supra dictam. Item, requisitus ut supra per dictum sindicum, prefatus dominus comissarius accessit ad quendam alium locum dicte foreste de Ramundenchis, vocatum *de Camplebosa*, et in quadam cruce parvula lignea, quam precepit meliorari per dictum grangerium, fixa juxta quandam aliam crucem ligneam antiquam, posuit et fixit et eciam clavellavit, sua manu propria, tres flores lilii de latone, in signum dicte salve gardie apposite, ipsam salvam gardiam continuando. Et deinde, accessit, una mecum notario et testibus infrascriptis, ad quendam alium locum situatum infra dictam forestam, vocatum *ad*

Passum dels Braguels, ubi erat quedam crux lignea antiqua, ibi alias apposita et fixa, cum signis regiis, pro dicta salva gardia, ut in dicto instrumento superius consignato continebatur, et in quadam cruce nova lignea ibidem fixa, dictus dominus comissarius posuit et sua manu clavellavit signa regia, videlicet duos flores lilii de latone, dictam salvam gardiam continuando et rescencendo. Et deinde, dictus dominus comissarius, requisitus per dictum sindicum, ut supra, accessit una mecum notario et testibus infrascriptis, ad alium locum vocatum *de Medio Monte*, ubi intus dictam forestam de Ramundenchis, erat quedam crux antiqua ibi alias apposita, cum signis regiis, pro dicta salvagardia, dudum apposita, ut in dicto instrumento superius exibito et consignato continebatur, et in quadam alia cruce lignea nova ibidem fixa in terra dicti monasterii, dictus dominus comissarius posuit et sua manu clavellavit duos flores lilii de latone, dictam salvam gardiam continuando et rescencendo. Et deinde, requisitus per dictum sindicum, ut supra, accessit personaliter ad alium locum situatum intus dictam forestam de Ramundenchis, vocatum *Garrigua de Malo-Consilio*, ubi erat quedam crux diruta, ibi aliter, ut dictum fuit, apposita, cum signis regiis pro dicta salva gardia, et in quadam alia cruce nova lignea ibidem fixa et erecta, juxta iter quo itur de Monte-Olivo versus Castras, dictus dominus comissarius posuit et sua manu clavellavit tres flores lilii de latone, dictam salvam gardiam continuando et rescencendo, presentibus me notario et testibus infrascriptis. Et deinde, requisitus per dictum sindicum, ut supra, idem dominus comissarius accessit personaliter ad locum vocatum *de Peyras-Blanquas*, situatum intus dictam forestam de Ramundenchis, et ibi in quodam estanco estaleni domus constructe in eodem loco, posuit et sua manu clavellavit signum regium, scilicet unum florem lilii de latone, dictam salvam gardiam continuando, presentibus me notario et testibus infrascriptis. Et deinde, dictus dominus comissarius, requisitus per dictum sindicum, ut supra, accessit personaliter una mecum notario et testibus infrascriptis, ad molinam ferreriam dicti monasterii, situatam intus forestam predictam de Ramundenchis, et in porta domus dicte moline, que est a parte altani, dictus dominus comissarius posuit et sua manu clavellavit signum regium, scilicet florem lilii de latone; et in alia porta, a parte circii dicte moline, alium florem lilii de latone; et in porta domus, in qua faber dicte moline moratur, alium florem lilii de latone, continuando salvam gardiam supradictam. Et deinde, dictus dominus comissarius, una mecum notario et testibus infrascriptis, accessit personaliter, dicto sindico requirente, ut supra, ad quendam locum situatum intus dictam forestam, vocatum *Passum de la Salesa*, ubi erat quedam crux lignea antiqua, cum signis regiis ibi aliter appositis, pro dicta salva gardia, ut in instrumento predicto superius consignato continebatur, et in quadam cruce nova ibi fixa, idem dominus comissarius posuit et sua manu clavellavit signa regia, scilicet duos flores lilii de latone, continuando et rescencendo salvam gardiam supradictam.

Quam quidem salvam gardiam in grangia et nemore seu foresta de Ramundenchis et familiis, animalibus, juridiccione, juribus, pertinenciis, aliisque bonis omnibus ejusdem grangie et dicte foreste, ad dictum monasterium pertinentibus et pertinere debentibus dudum, juxta tenorem et continenciam literarum predictarum et instrumenti predicti, appositam et per eundem dominum comissarium, ut est dictum, continuatam et rescencitam, omnibus personis, cujuscunque status, condicionis aut dignitatis existant, tam presentibus quam absentibus, idem dominus comissarius, virtute dicte sue comissionis et ex parte domini nostri regis, intimavit et intimare voluit et dixit se posuisse dicta signa regia, silicet dictos flores lilii de latone, in locis supradictis dicte grangie et dicte foreste de Ramundenchis, in signum dicte salve gardie ibi apposite,

continuate et resceneite, ut superius continetur, et ne aliquis posset pretendere ignoranciam in futurum de apposicione, continuacione et rescentione salve gardie supradicte, inhibendo dictus dominus comissarius, virtute dicte sue comissionis et ex parte domini nostri regis, omnibus personis cujuscunque status, condicionis aut dignitatis existant, tam presentibus quam absentibus etiam et futuris, ne de cetero dictum monasterium, rectores, familiam, habitatores, animalia seu gubernatores ejusdem monasterii, in premissis seu aliquo premissorum, impediant, molestent, dampnificent, perturbent, violent seu opprimant nec dampnum aliquod in personis ac rebus predictis aut aliis quibuscunque, ad dictum monasterium quoquo modo pertinentibus seu pertinere debentibus, inferant, aut novitates aliquas, directe vel indirecte, aliter faciant seu inferri vel fieri procurent aliquo modo seu presumant, contra tenorem salve gardie supradicte, aut in prejudicium monasterii supradicti, sub pena edita quam possent incurrere erga dominum nostrum regem, in faciendo contra predicta vel aliquid predictorum. De quibus omnibus predictis, prefatus dominus comissarius et dictus sindicus, nomine quo supra, requisiverunt per me, Bernardum Tornerii, notarium infrascriptum, recipi et fieri publicum instrumentum seu plura publica instrumenta, ad opus monasterii supradicti, quociens per sindicum seu sindicos vel alios gubernatores dicti monasterii fuero requisitus. Acta fuerunt hec in locis supradictis dicte foreste de Ramundenchis, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, domino Philippo, rege Francorum regnante, die lune ante festum Annuntiationis Beate Marie Virginis, intitulata XIIII^{a} kalendas aprilis, in presentia et testimonio fratrum Guillelmi Desshalabra, Guillelmi Retroussi, ordinis Predicatorum, Ramundi de Monasterio de Bromio, Arnaldi Vernherie, de Rupeforti, magistri Bernardi de Burgano, notarii domini regis, qui ibat cum dicto magistro Ymberto; Petri Boerii de Carcassona, Petri de Manso, servientis de Sancto-Dionisio, Sicardi Categerii, Castrensis dyocesis, Petri Vituli de Saxiaco.

Postque, anno et die quibus supra, prefatus dominus comissarius, ad requisitionem dicti sindici, accessit personaliter una mecum notario et testibus infrascriptis, ad domum vocatam *Den Grana*, situatam intus forestam supradictam de Ramundenchis, ubi posuit et sua manu clavellavit tres flores lilii de latone, silicet in liminari porte ipsius domus, a parte altani, unum florem; et in liminari alterius porte dicte domus, a parte circii, duos flores lilii de latone, in signum dicte salve gardie apposite, ipsam salvam gardiam continuando et rescencendo. Item, deinde, requisitus ut supra, idem dominus comissarius una mecum notario et testibus infrascriptis, accessit personaliter ad aliam domum dicti monasterii, situatam intus dictam forestam, loco vocato *a Mas Lambert*, et in porta seu liminari ipsius domus posuit signum regium, videlicet florem lilii, in signum dicte salve gardie apposite, ipsam salvam gardam continuando. Que signa regia dictus dominus comissarius dixit se apposuisse in locis predictis, ex causis et rationibus supradictis, notifficando ipsam salvam gardiam in eisdem locis appositam et continuatam, et inhibendo, ut supra, requirentes predictus dominus comissarius et prefatus sindicus, nominibus quibus supra, me Bernardum Tornerii, notarium predictum quod de predictis omnibus reciperem et conficerem unum vel plura instrumenta, et tot quot dicto monasterio erunt nescessaria, ad requisitionem procuratorum et sindicorum dicti monasterii vel alterius eorumdem. Acta fuerunt hec in locis jam proxime dictis dicte foreste, in presentia et testimonio testium predictorum, excepto dicto Petro Vituli, qui non fuit presens in appositione dictorum signorum regiorum appositorum in dicta domo d'En Grana et in dicta domo de Mas-Lambert, et magistri Bernardi Tornerii,

publici notarii castri Sancti-Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis, qui de predictis hanc cartam recepit et in suo protocollo registravit; vice cujus et mandato, ego, Johannes Tornerii, clericus Fanojovis juratus dicti notarii, eandem scripsi. Et in XXVIII^{a} linea, a principio computanda, scripsi *aposita*. Ego vero Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, me subscripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

523 Ramondens, mardi après l'Annonciation, 27 mars 1330.

Erection à Ramondens de fourches patibulaires pour l'exercice du droit de haute justice qui y appartient en commun au roi et au couvent de Prouille.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, existentibus discreto viro magistro Hugone de Ranquo, procuratore regio judicature Villelonge, senescallie Tholose, nomine domini nostri regis, et religioso viro fratre Guillelmo Desshalabra, grangerio grangie de Ramondenchis et pertinenciarum ejusdem monasterii b. Marie de Prolhano, nomine ipsius monasterii et tocius conventus ejusdem, in foresta predicta de Ramondenchis, loco dicto *ad Podium dels Monges*, in presencia mei et Guillelmi Calveti notarii et testium infrascriptorum, dictus procurator regius asserens in dicta foresta et pertinenciis ejusdem dictum dominum nostrum regem habere medietatem alte jurisdictionis et dictus grangerius asserens, nomine quo supra, dictum monasterium habere aliam medietatem dicte alte jurisdictionis pro indiviso cum dicto domino nostro rege, necnon dictam forestam de Ramondenchis cum suis pertinenciis universis ac bassa justitia et exercicio ejusdem ad ipsum monasterium solum et in solidum pertinere et pertinere debere pleno jure, ambo prenominati, videlicet dictus procurator regius, nomine quo supra, pro medietate dicte alte jurisdictionis, et dictus grangerius, nomine quo supra, pro alia medietate ipsius alte jurisdictionis, fecerunt erigere furcas patibularias et justitiarias in loco memorato *de podio* vocato *dels Monges* pro dicta alta jurisdictione, cum locus esset, exercenda. Dictus vero procurator regius dixit et protestatus est quod erexione dictarum furcarum in prejudicium alterius facere non intendebat ymo eas erigere fecit, ut dixit, nomine regio pro dicta medietate dicte alte jurisdictionis, salvo in aliis omnibus jure regio et quolibet alieno; requirentes dictus procurator regius et dictus grangerius, nominibus quibus supra, me Bernardum Tornerii, notarium predictum, quod de predictis reciperem et eis conficerem duo publica instrumenta per alphabetum divisa. Acta fuerunt hec intus dictam forestam de Ramundenchis, in dicto loco *de Podio dels Morgues* (*sic*), anno Domini M°CCC° tricesimo, domino Philippo rege Francorum regnante, die martis post festum Annuntiationis b. Marie Virginis, intitulata sexta kalendas aprilis in presencia et testimonio fratrum Guillelmi Ruffi, Geraldi Salvati monasterii predicti, Raimundi de Monasterio de Bromio, Jordani Majoris, Guillelmi Barnola de Saxiaco, Arnaldi Vernherie de Ruppeforti, Germani Amelii de Payrano, Petri Catalani de Fonciano, Raimundi Martini de Lavineria, Bernardi Fabri de Brugueria, Petri Boerii de Carcassona et magistri Guillelmi Calveti de Vauro, notarii domini regis, qui requisitus de predictis debuit recipere consimile instrumentum, et mei, Bernardi Tornerii castri

S. Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis dicti domini regis publici notarii, qui requisitus hanc cartam de predictis recepi, scripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Archives de l'Aude, H, 402. (4 exemplaires dont un en fort mauvais état.)

526 Ramondens, mardi après l'Invention de la Sainte-Croix, 4 mai 1332.

Bernard Faverii de Cantalerio, habitant de Montolieu, a coupé il y a trois ans dans la forêt « arbores quasdam vocatas *vaysshas* loco dicto *prope fabricas*, pro bridolare » Le juge de Collo devant lequel il comparaît le condamne, sur sa demande, à une amende de 30 sous tolsas. Notaire : Bernard *Tornerii*. (*signet.*)

Témoins : *fratres Arnaldus de Bosco, Guillelmus Desshalabra, Thomas Fortis, Raimundus Guitardi dicti monasterii, magistri Bernardi Bolaroti notarii, Petri Pauci, Bartholomeus Pauci, Jacobus Caminerii de Saxiaco, Bernardus Cabayre, Rogerius Seguini barbitonssor de S. Dyonisio, Petrus Sicredi de Bromio, Petrus Laveti de Ausilione.*

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404.

527 Ramondens, mercredi après l'Invention de la Sainte-Croix, 5 mai 1332.

Amende de 30 sous tolsas infligée par le juge de Prouille à Ramondens à Bernard Cabayre de Saint-Denis qui a enlevé de la forêt des cercles. Notaire : Bernard *Tornerii*. (*signet.*)

Témoins : *fr.* [*Guillelmus*] *Desshalabra, Raimundus Guitardi dicti monasterii, magister Bernardi Bolaroti notarii, Petrus Pauci, ... nerii de Saxiaco, Rogerius Seguini barbitonsor de S. Dyonisio ...... laveti de Ausillione.*

COPIE : (XVIe siècle): Arch. de l'Aude, H, 404. (document en fort mauvais état déchiré sur tout un côté.)

528 Ramondens, mercredi après l'Invention de la Sainte-Croix, 5 mai 1332.

Le juge de Prouille à Ramondens condamne à une amende de 30 sous tolsas Sicard Lautardi de Bruguière, habitant de Escoussens, coupable d'avoir coupé à plusieurs reprises dans la forêt « plures arbores vocatas *vaysshas* pro bastonibus faciendis. » Notaire : Bernardus *Tornerii*. (*signet.*)

Témoins : *fratres Arnaldus de Bosco, Raimundus Guitardi, Thomas Fortis dicti monasterii Pruliani, magister Bernardi Bolaroti* [*notarius*], [*Bartho*]*lomeus Pauci de Saxiaco, Arnaldus Coridii, Bernardus Gabayre, Rogerius Seguini barbitonsor de S. Dyonisio, ... de Ausilione, Petrus Sicredi de Bromio.*

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 404. (incomplète, lacérée sur le côté, avec des taches d'humidité.)

529 Ramondens, mercredi après l'Exaltation de la Sainte-Croix, 18 septembre 1336.

Bernard Misshet, de Saint-Denis, s'engage à payer au monastère une amende de 5 sous tournois, parce que son fils a été surpris taillant des branches de bois vert dans la forêt de Ramondens.

Anno domini M°CCC°XXX° sexto, die mercurii post festum exaltationis Sancte Crucis, Bernardus Mysshet de Sancto [Dyonisio in] grangia de Ramundenchis monasterii Beate Marie de Proliano, coram venerabili

viro domino Arnaldo Helie, judice dicti loci de Ramundenchis pro dicto monasterio, personaliter constitutus, super eo quod inponebatur Bernardo Mysshet, filio suo, quod hoc anno, quadam die, de sua propria auctoritate talhiaverat ligna virida scilicet branchas viridas in foresta dicti loci de Ramundenchis et sibi appropriaverat, absque licentia et concensu alicujus qui potestatem haberet, nolens, sicut dixit, expectare judicium pro premissis, gratis, pro dicto filio suo et tanquam legitimus administrator ipsius, obtulit dicto domino judici se daturum et soluturum dicto monasterio vel suis procuratoribus quinque solidos turonensium de die in die eorum voluntati, sub obligatione bonorum suorum et sub omni renunciatione juris et facti pariter et cautela. quam oblacionem dictus dominus judex, attenta qualitate delicti, admisit et dictum Bernardum Mysshet, licet absentem, J majori pena sexaginta solidorum tolosanorum, in qua insciderat, juxta usum et consuetudinem in dicta foresta diutissime observatam et obtentam, absolvit, retenta voluntate domini prioris monasterii predicti. Acta fuerunt hec in dicta grangia H Guillermi de Barossa de Saxiaco, Guillermi Banassias, bajuli de Sancto-Dyonisio, Arnaldi Ade de Villapicta et mei, Bernardi Tornerii, publici notarii castri Sancti-Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis domini regis et dicte curie de Ramundenchis pro dicto monasterio Beate Marie de Proliano qui hec scripsi de mandato domini judicis predicti. Hec autem copia fuit abstracta de libro curie predicte de Ramundenchis, vice et mandato magistri Bernardi Tornerii, notarii predicti, qui predicta in libro ejusdem curie, de mandato domini judicis predicti, scripsit, ut in eodem libro continetur, per me Robertum Jaqueti, clericum juratum notarii predicti, et in hanc formam publicam redegi; et obmisi scribere in XII^{a} linea a principio computanda, sub tali signo H *in presentia et testimonio* et in nona linea a dicto principio computanda, sub tali signo J *pro emenda et satisfactione dicti excessus*. Ego vero, Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, facta collatione cum originali processu a quo hec sunt assumpta, cum quo conveniunt, hic me subscripsi et signo meo solito signavi. (*signet*.)

Original : Arch. de l'Aude, H, 392.

530 Ramondens, mercredi après l'Exaltation de la Sainte-Croix, 18 septembre 1336.

Procès devant le juge de Ramondens de Pierre Thomas de Saint-Denis, charbonnier, qui a frappé jusqu'au sang Guillaume Marthi.

Anno Domini M°CCC° tricesimo sexto, die mercurii post festum Exaltationis sancte Crucis, fama plurimorum fide dignorum refferente informacioneque refferente, pervenit ad audienciam curie foreste de Ramundenchis monasterii Beate Marie de Proliano quod Petrus Thome, filius Petri Thome de Sancto Dyonisio, carbonerius, hoc anno, quadam die, suo ausu temerario, maligno spiritu inbutus, Deum pre occulis non habendo, contra Guillermum Marthi dicti loci de Sancto-Dyonisio, stantem in foresta de Ramundenchis in quadam carboneria situata in dicta foresta, loco dicto *Alzanel*, se irruit malisiose, cum gladio evaginato, cum quo gladio dictum Guillermum Marthi supra capud percussit magno ictu et vulneravit; ex quo vulnere magna quantitas sanguinis exivit, in magnum prejudicium et dampnum dicti Guillermi Marthi et vituperium et contemptum jurisdictionis curie monasterii predicti. Unde, cum talia, si vera sint, remanere non debeant inpunita, curia predicta, ex suo officio, ad inquirendum de predictis veritatem et puniendum dictum Petrum Thome preven-

tum pena debita et condigna, si culpabilis reperiretur, processit ut sequitur. Postque, eadem die mercurii, venerabilis vir dominus Arnaldus Helie, judex dicte foreste de Ramundenchis pro dicto monasterio, fecit coram se evocare dictum Petrum Thome preventum, et cum idem Petrus esset filius familias, voluit et ordinavit quod dictus Petrus Thome, pater dicti preventi, evocaretur in presenti judicio, prestaturus auctoritatem dicto prevento filio suo standi in judicio et se deffendendi in hac causa et alias faciendi et exercendi in causa presenti que homo sui juris facere potest et debet. Et ibidem, coram dicto domino judice, conparuit dictus Petrus Thome, pater dicti preventi, qui eidem prevento Petro Thome filio suo dedit, tribuit et concessit suam auctoritatem paternalem standi in hoc presenti judicio et se deffendendi in hac causa et totum faciendi et excercendi que homo sui juris facere potest et debet. Deinde fuit dicto Petro Thome prevento perlecta dicta prevencio in romancio sigillatim; cui preventioni dictus Petrus Thome preventus, de auctoritate dicti sui patris litem contestando, respondit et dixit et confessus fuit ut in sua deposicione per ipsum alias facta in dicta curia, per modum informacionis continetur, quam sibi peciit hostendi et perlegi. Que deposicio fuit eidem prevento hostensa et perlecta sub hiis verbis :

« Petrus Thome, filius Petri Thome de Sancto Dyonisio, carbonerius, juratus et interrogatus super predictis, dixit quod cum ipse loquens, die jovis proxime preterita, una cum Guillermo Marthi de Sancto Dyonisio ivisset cum suis animalibus pro carbone ad locum vocatum *al javellum*, infra forestam de Ramundenchis, pro ipso carbone portando ad fabricam ferreriam de Ramundenchis monasterii beate Marie de Pruliano et in quadam carboneria den Charras posuisset in saquis suis de dicto carbone, et cum non sufficeret eis ibidem de dicto carbone, pro saumata facienda, iverunt ad aliam carboneriam sitam ibi de prope in dicta foresta, quam fecerat Thomas frater suus; et cum ipse loquens et dictus Guillermus Marthi de carbone qui erat in dicta carboneria quilibet eorum in saco suo ponerent de dicto carbone, dictus Guillermus Marthi dixit dicto qui loquitur *o tot dia acenes!* et accepit unum rastellum cum quo ipsum qui loquitur percussit supra squinas magnum ictum et ipse loquens accepit quoddam fustum de bayssha parvum, quem projessit contra dictum Guillermum cum quo fusto dictum Guillermum supra muselum percussit ut dixit. Item, Guillermus evaginaverat gladium suum et venerat contra ipsum qui loquitur, cum dicto gladio evaginato, ipsum qui loquitur percussit duos ictus et vulneravit, ut dixit, supra capud, et ipse loquens tunc accepit dictum Guillermum cum brachis amplexatum et stringentem et cecidentem ad terram et per quemdam baus (*sic*) se voludavit, ut dixit; et cum surexissent, vidit, ut dixit, dictum Guillermum Marthi vulneratum et sanguinolentum in capite et nescit, ut dixit, si ipse loquens illud fecit, aut si idem Guillermus fecit cum gladio suo quem in manibus suis portabat evaginatum, dum se voludabat; et quod sanguis de capite ipsius qui loquitur distillabat ratione percussionis eidem facte per dictum Guillermum Marthi cum glàdio suo, sicut supra dixit; et dixit quod nullus erat presens quando se percusserunt, nisi ipse loquens et dictus Guillermus Marthi; et hiis factis ipse loquens, oneravit animalia sua de dicto carbone et cum dictis animalibus sic oneratis recessit a dicto loco, eundo ad fabricam predictam; et cum esset ante cabanas carboneriorum sitas in dicto loco *dalsanel*, vidit ibi, ut dixit, Petrum Marthi portantem in manu sinistra gladium evaginatum et in falda sua cairals; et cum fuit juxta ipsum, dictus Petrus Marthi maliciose se inruit contra ipsum qui loquitur, ut dixit, dicendo, *a trathor ay me mort mo frayre!* et cum uno cairalli ipsum qui loquitur percussit supra muselum juxta spatulam magnum ictum, et ipse loquens traxit se a parte retro ////////////// ab ictibus Petri Marthi et iterato

projessit iterato alium cairalh; tamen non atinxit, cum, ut dixit, et incontinenti exivit cabanam Petrus Thome, pater ipsius loquentis, et posuit se in medio, portando unum baculum; et credit, ut dixit, quod dictum Petrum Marthi cum dicto baculo percussit supra capud et tunc dum ipse loquens auffugit ab ictibus dicti Petri Marthi. Idem loquens projessit contra dictum Petrum Marthi quendam cairalh et ipsum Petrum percussit, ut dixit, tamen nescit in qua parte sui corporis sed bene certus est, ut dixit, quod ipsum percussit, et ignorat, sicut dixit, si excussit sanguinem ab eodem necne. Interrogatus si vidit dictum Petrum Marthi in aliqua parte sui corporis sanguinolentum, dixit quod non. Interrogatus si ipse loquens evaginavit gladium contra dictos Guillermum et Petrum Marthi vel alterum eorumdem dixit quod non; sed bene portabat gladium evaginatum quando habebat bucam cum dicto Petro Marthi cum quo sizerat unam virgam de fau ut dixit. Interogatus de personis que hoc videre potuerint, dixit de se et prenominatis Johanne, filio Petri Auriolli, et uxore den Vidales et quibusdam aliis pueris. ///////////////// »

Qua depositione eidem prevento sic lecta, dictus preventus dixit et confessus fuit ut in ea continetur et in eadem dixit se velle stare. Cetera in dicta preventione contenta negavit fore et dicta preventa fieri non debere. Postque juravit ad sancta Dei IIII^{or} evangelia de calumpnia et de veritate dicenda, post quod juramentum perstitit in responsum et confessatum per ipsum superius. Et ibidem pro jure curie contra dictum preventum fuerunt nominati in testimonio Guillermus Marthi, Petrus Marthi, Petrus Thome, senior, Bernarda, uxor Guillermi Vidalis, et Johannes Auriolli filius Petri Auriolli carbonerii, de quibus incontinenti fuit predictus Guillermus Marthi, qui in presentia dicti preventi juravit ad sancta Dei IIII^{or} evangelia super predictis in dicta preventione contenta dicere veritatem et per consequens dictus preventus dixit se nolle aliquem deffendere propediem sed causam presentem peciit publicam, volens, sicut dixit, quod testimonii superius mominati et per modum informacionis auditi, habeant tantam efficaciam et virtutem quantam haberent si essent in hanc causam producti et in presentia ipsius preventi jurassent et tunc presens causa et testimonii predicti et eorum dicta fuerint ad requisitionem dicti preventi publicati et pro publicatis habiti. Qua publicatione facta, dictus preventus nichil objessit sed in causa presenti renunciavit et conclusit et bone misericordie dicti domini judicis super predictis se submisit. Deinde dictus preventus nolens, sicut dixit, expectare judicium pro predictis, gratis obtulit dicto domino judici se daturum et soluturum dicto monasterio vel suis procuratoribus, pro satisfactione et emenda dicti excessus, triginta solidos turonensium de die in diem voluntati ipsorum procuratorum, supplicans dicto domino judici ut ipsum preventum ad dictam oblationem recipere dignaretur. Quam oblationem dictus dominus judex, attenta qualitate dicti delicti, admisit, et dictum preventum a majori pena si quam incurrebat erga jurisdictionem dicti monasterii in dicta preventione absolvit, retenta voluntate domini prioris monasterii predicti. Pro quibus XXX solidis turonensium dicto monasterio exsolvendis, dictus Petrus Thome, pater dicti preventi, fidejussit et se et bona sua, presentia et futura, dicto monasterio pro hiis /////////// obligavit, me notario infrascripto pro dicto monasterio stipulante. Acta fuerunt hec in dicta curia de Ramundenchis, anno et die prescriptis, in presentia et testimonio Guillermi de Barossa de Saxiaco, Guillermi Bonassias, bajuli Sancti Dyonisii, Arnaldi de Villapicta, Guillermi Latas, donati predicti monasterii, et mei, Bernardi Tornerii, publici notarii castri Sancti-Felicis et tocius senescallie Tholosane et Albiensis domini nostri Francorum regis et dicte curie de Ramundenchis pro dicto monasterio Beate Marie de Proliano, qui hec scripsi de mandato domini judicis

predicti. Hec autem copia fuit abstracta de libro curie predicte de Ramundenchis, vice et mandato magistri Bernardi Tornerii notarii predicti, qui predicta in libro ejusdem curie, de mandato domini judicis predicti, scripsit, ut in eodem libro continetur, per me Robertum Jaqueti, clericum juratum notarii predicti, et in hanc formam publicam scripta; et suprascripsi in prima linea *fidedignorum* et in vicesima octava *suo* et obmisi scribere in XXXII^a linea sub tali signo II *cum dicto gladio evaginato* et *a principio computandis*. Ego vero, Bernardus Tornerii, publicus notarius antedictus, facta collatione de predictis cum originali processu, a quo fuerunt abstracta, cum quo conveniunt, hic me subscripsi et signo meo solito signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 404.

531 Ramondens, mercredi après l'Exaltation de la Sainte-Croix, 18 septembre 1336.

Guillaume Aligre de Saint-Denis comparaît devant Arnaud Helie, juge de la forêt de Ramondens au nom de Prouille, il reconnaît avoir taillé sans permission *vaysshas virides*, au lieu dit *a veninis*; il promet pour cela de payer une amende de 60 sous tolsas. Notaire : Bernard *Tornerii*.

Témoins : *Guillelmus de Barossa de Saxiaco, Guillelmus Bonassias bajulus de S. Dyonisio, Guillelmus Latas donatus dicti monasterii, Arnaldus Ade de Villapicta.*

532 *1336 (date incomplète.)*

Jean Regine vend pour un an, de la Saint-Jean-Baptiste 1336 à la Saint-Jean-Baptiste 1337, ses droits sur la Caunette qu'il a achetés au roi de France.

Anno dominice Incarnacionis millesimo tricentesimo, tricesimo sexto, domino Philippo Dei gracia rege Francorum regnante..... presentis publici instrumenti serie pateat universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum ego, Johannes Regine...... [pre]senti in vesperis Beati Johannis Babtiste, nunc proxime preteriti vendidissem religioso viro fratri Guillermo de Yssalabra, grangerio de R[amundenchis Beate] Marie de Pruliano, et monasterio ejusdem loci simpliciter et de plano, sine instrumento, videlicet omnes redditus et proventus ac jura que et..... in mineriis sitis ad Caunetam, quos ego arrendaveram et proventus eorumdem mineriorum emeram a domino nostro Francorum rege seu [ejus] curialibus..... instrumento recepto per manus magistri Johannis de Jarra, notarii regii Carcassone, dicitur contineri, et nondum dictam vend[itionem]..... fecissem cum publico instrumento, prout facere debebam, nunc vero sponte et certa sciencia pro me et meis, non utique circ[um ventus in] aliquo..... deceptus nec ad hec inductus ulla vi, dolo, metu aut sucgestione vel fraudis machinatione vel sermonum blandiciis persone alicujus, set mea propria, gratuita atque spontanea voluntate, visa in hoc, cognita et pensata utilitate mea et meorum manifestissime promoveri bona fide, remota inde omni fraudis caligine..... notario et testibus infrascriptis ad hoc specialiter convocatis, cum testimonio hujus presentis publici instrumenti firmiter valituri, vendo et per modum vendicionis trado et concedo vobis, venerabili et religioso viro fratri Guillermo de Yssalabra, grangerio de Ramundenchis Beate Marie de Pruliano, et dicto monasterio absenti et tibi, notario publico infrascripto, tanquam persone

publice, pro dicto monasterio absenti stipulanti sollempniter et recipienti, et vestris et suis videlicet omnia jura, actiones reales et personales, mixtas, utiles et directas et omnia omnino jura alia michi et meis conpetentia seu competitura in posterum, que et quas ego habeo et habebam seu habere poteram et debebam in mineriis de Cauneta, que et quas emeram a domino nostro Francorum rege seu ejus curialibus, cum instrumento recepto per manum magistri Johannis de Jarra, notarii regii Carcassone; quod quidem instrumentum vobis et dicto monasterio reddere promito de die in diem, ad vestrum et dicti monasterii mandatum sive missionem vestri et dicti monasterii, in signum dicte vendicionis in omnibus et per omnia vobis et dicto monasterio et tibi notario, nomine quo supra, dicta jura vendo, prout ego a dicto domino nostro rege seu ejus curialibus emeram et prout in dicto instrumento plenius ac lacius continetur. Et hoc pro precio in universo viginti unius librarum turonen. bonorum, quas ego a vobis et a dicto monasterio pro hac presenti venditione habui et recepi, de quibus me a vobis et a dicto monasterio et a te notario, quo supra nomine, teneo perpaccatum pariter et contentum, renuncians inde omni exceptioni peccunie predicte non numerate, non habite et etiam non recepte, et doli mali et in factum. Hanc autem vendicionem et concessionem dictorum mineriorum et jurium eorumdem vobis et dicto monasterio tunc feci et adhuc facio pro premissis de proximo preterito festo Sancti Johannis Babtiste usque ad festum Sancti Johannis Babtiste nunc proxime venturum. Cedo quoque vobis et vestris et dicto monasterio et suis et tibi notario, quo supra nomine, et in vos et vestros et dictum monasterium et suos irrevocabiliter transfero usque ad dictum festum actiones omnes reales et personales, precorias et civiles, mixtas, utiles et directas et omnia omnino jura alia que et quas ego habebam et habere poteram et debebam in dictis mineriis usque ad dictum festum; nam in hiis vos et dictum monasterium veros dominos et speciales procuratores ut in rem vestram propriam et suam facio et constituo meque de dictis mineriis et juribus eorumdem exuo et totaliter denudo et vos et dictum monasterium et te, notarium, pro eodem, investio pleno jure cum hoc publico instrumento firmiter valituro usque ad dictum festum. Et si forte nunc magis valent aut in futurum usque ad dictum festum plus valebunt, totam illam plus valentiam cum plena et irrevocabili donacione, que dicitur inter vivos, vobis et dicto monasterio, absenti, et tibi notario, quo supra nomine, gratis dono et concedo, solvo, libere diffinio in perpetuum et aquito ad habendum et tenendum toto tempore supradicto, promitens guirenciam semper a me et ab universis personis convenientibus quoquomodo usque ad dictum festum. Volens preterea quod, si lis aut questio de premissis vobis et dicto monasterio eveniebat, quod ego incontinenti ad primam vestri et dicti monasterii monitionem, illam questionem meis propriis sumptibus assumam et usque ad diffinitivam sententiam ducam; et si in ea succumbam, vobis et dicto monasterio dictum precium et magis valentiam dictorum mineriorum usque ad dictum festum reddam. Et si aliquod dampnum vos aut dictum monasterium pro premissis passi fueritis, totum illud dampnum et gravamen quod passi eritis, ratione retardationis petre ferralis aut alias ullo modo vobis et dicto monasterio reddam et integraliter emendabo; et ad predicta complenda volo et expresse concedo quod vos et dictum monasterium possitis me et meos compellere et arcere per curiam de Ramundenchis aut de Fanojove, per unam ex ipsis vel per omnes simul, ad vestram electionem, et hoc per bonorum meorum, mobilium et immobilium, pignorum captionem, venditionem et distractionem incontinenti, ad inquantum et per appositionem dominorum servientium curiam de Ramundenchis aut de Fanojovis, per unum ex ipsis vel per omnes simul, tam diu existendo in garnisionem in et super omnibus bonis

meis ad vadia consueta, vendendo et distrahendo de dictis bonis donec vobis et dicto monasterio fuerit plenarie satisfactum in dicto precio aut dampno et expensis, pro quibus omnibus supradictis obligo vobis et dicto monasterio et tibi notario, quo supra nomine, me et omnia ubique bona mea. Et ita tenere, servare, attendere et conplere omnia supradicta et nunquam in aliquo contravenire ad sancta Dei quatuor Evangelia, a me super hoc manualiter tacta, sponte juro, renuncians super hoc scienter et consulte, sub virtute et efficacia a me prestiti juramenti juri dicenti vendicionem deceptam ultra dimidiam justi precii posse venditorem rescindere aut justi precii suplementum et legi dicenti donacionem factam ex causa ingratitudinis revocandam, omnique alii juri, canonico et civili, quo vel quibus aliquo modo possem contravenire. Volens preterea quod hoc presens publicum instrumentum et omnia in eodem contenta possint declarari, scribi, fieri et refici semel, secundo et pluries, tociens quociens per vos aut dictum monasterium notarius infrascriptus fuerit requisitus, ad sapientis vel sapientum noticiam ////////////// facti in aliquo non mutata. Acta fuerunt hec in dicta grangia, in presencia et testimonio religiosi viri fratris Petri Mazeti, Arnaldi Ade de Villapicta, Andree Sira de Sancto Martino-Veteri, Durandi Gervasii de Saxiaco, et mei, Bernardi Guitardi, auctoritate regia publici notarii, qui requisitus hoc instrumentum recepi, scripsi et signavi. (*signet.*)

Original : Arch. de l'Aude, H, 404.

533 Ramondens, 28 janvier 1339.

Nomination d'un notaire pour l'exercice du *merum imperium* à Ramondens.

Anno dominice Incarnationis millesimo trecentesimo tricesimo nono, domino Philippo Dei gracia Francorum rege regnante, videlicet die vicesima octava mensis januarii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod existens et personaliter constitutus in aula grangie nemoris seu foreste de Ramundenchis monasterii Beate Marie de Proliano frater Ramundus Barravi, syndicus et procurator dicti monasterii, fidem de dicto suo syndicatu et procuratione faciens per quoddam in prima facie publicum instrumentum, sumptum et receptum, ut in eadem prima facie legebatur, per magistrum Bernardum Tornerii, publicum Sancti-Felicis notarium, quod incipit in secunda linêa *lo sane* et finit in eadem *de Bra*, in penultima linea incipit *et* et finit in eadem *antedictus*, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et roguatorum, idem frater Ramundus Barravi, ut syndicus et procurator dicti monasterii, attendens et considerans quod dictum monasterium habebat et, retroactis temporibus, ut dixit, habuerat medietatem alte jurisdictionis scilicet meri imperii pro indiviso cum domino nostro Francorum rege in tota foresta de Ramundenchis et ejus pertinenciis monasterii predicti, in qua quidem foresta et loco plures cause ad ipsum merum imperium pertinentes emergunt et de die in diem emergere possunt, confidens, ut dixit, de legualitate et industria discreti viri magistri Guillermi Martini de Mansso-Sanctarum-Puellarum, notarii regii, ibidem presentis, notariam pertinentem pro indiviso dicto monasterio, pro dicto mero imperio solum et dumtaxat, eidem magistro Guillermo, ut syndicus et procurator dicti monasterii, dedit et concessit hinc ad proximo veniens festum Beati Johannis Babtiste et quamdiu prioris dicti monasterii placuerit voluntati, cum litteris in pargameno scriptis, suo sigillo in pendenti sigillatis, quarum tenor inferius est insertus, recepto prius

a dicto notario juramento, modo et forma in ipsis litteris comprehensis, foresta tamen et loco de Ramundinchis predictis cum omnibus suis pertinenciis et omnimoda bassa jurisdictione et exercicio ejusdem ad jus et proprietatem dicti monasterii penitus integre remanentibus et omnino. Et ibidem dictus magister Guillermus Martini, notarius predictus, dictam notariam, modis et formis in dictis litteris comprehensis, gratis recepit et acceptavit juramentumque fidelitatis dicto syndico et procuratori, nomine dicti monasterii recipienti, prestitit sub modo et forma in predictis litteris expressatis.

Tenor vero litterarum per quas dictus magister Guillermus Martini per dictum syndicum et procuratorem monasterii predicti factus et creatus fuit notarius, de quibus supra facta est mencio, sequitur et est talis :

« Noverint universi quod ego, frater Ramundus Barravi, syndicus et procurator monasterii Beate Marie de Pruliano, attendens dictum monasterium habere et habuisse, temporibus retroactis, medietatem alte juridictionis scilicet meri imperii pro indiviso cum domino nostro rege in tota foresta de Ramundenchis et in ejus pertinenciis predicti monasterii, in quo quidem loco plures cause ad ipsum merum imperium pertinentes emergunt, idcirco confidentes de legualitate et industria discreti viri magistri Guillermi Martini de Mansso Sanctarum Puellarum, notarii regii, notariam pertinentem dicto monasterio quoad medietatem pro indiviso pro dicto mero imperio vobis concedimus per presentes, per vos tenendam et gubernandam, nomine dicti monasterii, exercendo omnia et singula que ad officium dicte notarie noscuntur pertinere, hinc ad proxime veniens festum beati Johannis Babtiste, quamdiu prioris dicti monasterii placuerit voluntati, habito a vobis juramento quod vos eritis fidelis et legualis dicto monasterio et tenebitis secreta dicti meri imperii pertinentia, ut predicitur, prefato monasterio pro medietate pro indiviso cum dicto domino rege, et alia excercebitis que solum et dumtaxat ad officium ipsius notarie pertinent et pertinere debent, foresta tamen dicti loci de Ramundenchis cum omnibus suis pertinenciis, territorio, et omnimoda bassa jurisdictione et exercicio ejusdem remanentibus ad jus et proprietatem monasterii predicti.

Et ibidem ego, magister Guillermus Martini, notarius predictus, recipiens a vobis, fratre Ramundo syndico predicto, notariam predictam sub formis et modis supradictis, promitto et juro ad sancta Dei quatuor Evangelia me esse fidelem et legualem dicto monasterio et tenere secreta dicte curie dicti meri imperii pro indiviso pertinencia, ut predicitur monasterio predicto et alias exercere nomine dicti monasterii omnia universa et singula que ad officium dicte notarie noscuntur pertinere. In quorum testimonium nos frater Ramundus Barravi, syndicus et procurator predictus, presentes litteras fieri fecimus sigillo nostro proprio in pendenti sigillatas, die vicesima octava januarii, anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo nono. »

Acta fuerunt hec anno et die et loco predictis in presencia et testimonio Guillermi Barossa de Saxiacho mercatoris, Johannis Fabri servientis regii montanearum de Altopullo, Bernardi Narnauda de Massiavis, diocesis Mirapiscensis, fratris Arnaldi Adzam, fratris Bernardi Guarda donatorum dicti monasterii, Ramundi de Bromio servientis grangie de Ramundenchis, et mei Bertholomei Calveti, publici de Sancto Dionisio auctoritate regia et imperiali notarii, qui hoc instrumentum sive cartam, requisitus et roguatus, recepi, scripsi et signo meo consueto signavi. (*signet.*)

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 402.

XVII. APPENDICES

534 mars 1242.

Les chevaliers de Fanjeaux s'engagent à observer et à faire observer la paix qui a été conclue à Paris entre Louis IX, roi de France, et Raymond VII, comte de Toulouse et marquis de Provence.

Noverint universi quod nos, milites de Fanojovis, videlicet ego Isarnus Bernardi, et ego Petrus de Sancto Michaele, et ego Ugo de Duroforti, et ego Bernardus Ugonis de Festa, et ego Galardus de Vilario, et ego Amelius de Morterio, et ego Raimundus Rogerii de Orsancio, et ego Petrus Rogerii Picarela, et ego Bernardus de Bellomonte, et ego Bernardus de Torrelis, et ego Bernardus de Riuterio, et ego Guillelmus Assaliti, et ego Raimundus Garsias, et ego Poncius de Monte Lauro, et ego Guillermus Raimundi de Sculencs, et ego Petrus Guillermus de Sculencs, et ego Galardus de Festa, nos omnes et singuli, de voluntate et mandato speciali domini nostri R., Dei gratia comitis Tolosani, marchionis Provincie, promittimus domino Ludovico, Dei gratia regi Francie, et tactis sacrosanctis ev[a]ngeliis manibus propriis juramus quod, si comes Tolose vel alius nobiscum habuerit consilium de pace facta Parisius, consillemus eis quod eam servent et nos servabimus eam quantum ad nos pertinet, ⌜pro⌝ posse nostro et dabimus operam eficacem quod comes Tolose servet eam, et si comes Tolose veniret contra, adherebimus ecclesie et domino regi Francie contra ipsum, nisi infra XL dies postquam monitus fuerit, hec emendaverit vel juri steterit coram ecclesia de hiis que ad ecclesiam pertinent, et juri coram domino rege Francie de hiis que ad dominum regem pertinent. Promittimus etiam et juramus quod nos juvabimus ecclesiam contra hereticos credentes, receptatores hereticorum et omnes alios qui ecclesie contrarii existent, occasione heresis vel contemptus excomunicationis in terra ista facte; et dominum regem Francie juvabimus contra omnes. Juramus etiam quod eis faciemus vivam guerram donec ad mandatum ecclesie et domini regis Francie revertantur. Et si comes Tolose moveret guerram domino regi Francie vel heredibus ejusdem, quod absit, adhereremus domino regi Francie et heredibus ejus contra eumdem comitem Tolosanum. In cujus rei testimonium, nos predicti milites, videlicet ego Isarnus Bernardi, et P. de Sancto Michaele, et Bernardus Ugonis de Festa, et Ugo de Duroforti presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Actum est anno Domini M°CC°XL°II°, mense marcii.

ORIGINAL : Arch. Nat. J, 305, 19. (Jadis scellé de quatre sceaux dont l'un, celui de Hugues de Durfort, a été de nouveau, à une époque très récente, suspendu à l'acte.)

535 539 mars 1294.

Interdiction aux gens de Limoux de former entre eux une confrérie.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, domino Philippo rege Francorum regnante, pridie kalendas aprilis. Noverint universi quod frater Guilelmus Johannis, procurator monasterii Beatae Mariae de Prolano, praesentavit Arnaldo de Alanhano, bajulo de Limoso pro domino rege, duas literas patentes, unam domini Petri Effredi, militis, castellani Montis Regalis, et aliam domini Simonis Briseteste, militis, domini regis senescalli Carcassonensis et Bitterris, sigillatas sigillis dominorum predictorum, ut prima facie apparebat, quarum tenores tales sunt :

536

Pierre Effredi, châtelain de Montréal, transmet les lettres suivantes à Arnaud d'Alaigne, baile de Limoux, ou à son lieutenant.

« *Petrus Effredi, miles, castellanus Montis Regalis, directo* (*sic*) *suo Arnaldo de Alanhano, bajulo de Limoso pro domino rege, vel ejus locumtenenti salutem et dilectionem sinceram.* Noveritis nos literas quasdam patentes a nobili viro domino Simone Brisatesta, milite, domini regis senescallo Carcassonae et Bitterris. recepisse sub his verbis :

537 *Montréal, 30 mars 1294.*

Simon Briseteste, sénéchal de Carcassonne, mande au châtelain de Montréal de citer certains citoyens de Limoux devant la cour du sénéchal de Carcassonne pour y entendre les ordres du roi au sujet de la Confrérie.

« *Simon Briseteste, miles domini regis, senescallus Carcassonnae et Bitteris, nobili viro domino Petro* » *Effredi, militi, castellano Montis Regalis domini regis, salutem et dilectionem, ex*[a] (pour *et cetera ?*), quas vobis præcipimus exhiberi; quarum igitur auctoritate vobis mandamus quathinus citetis peremptorie omnes et singulos homines de Limos, quos lator praesentium vobis duxerit nominandos, ut die veneris in literis domini senescalli contenta, per se vel procuratores suos legitime constitutos, apud Carcassonam compareant coram domino senescallo praedicto, super confratria de qua fit mentio in dictis literis domini senescalli, audituri ordinationem curiae domini regis et praeceptum, et alias facturi prout in ipsis literis videbitis contineri. Datum apud Montem Regalem, tertio kalendas aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto. — Reddite literas.

538 *Carcassonne, 30 mars 1294.*

Simon Briseteste, sénéchal de Carcassonne, transmet au châtelain de Montréal la lettre ci-dessous du roi Philippe IV, et il convoque pour le vendredi suivant à Carcassonne les membres de la Confrérie de Limoux, pour leur donner connaissance des ordres du roi.

« *Simon Briseteste, miles, domini regis senescallus Carcassonae et Biterris, nobili viro domino Petro Ef-*

fredi, militi, castellano Montis Regalis domini regis, vel ejus locumtenenti salutem et dilectionem. **Nuper de novo literas domini regis nostri recepimus sub hac forma :**

539 *Fontainebleau, 11 juillet 1293.*

Philippe IV ordonne la dissolution de la Confrérie instituée à Limoux.

« *Philippus, Dei gratia Francorum rex, senescallo Carcassonensi vel ejus locumtenensi salutem.* Man-
« damus vobis quathinus, si apud villam de Limoso confratriam vel aliam inhitam [1] aut illicitam conjura-
« tionem factam fuisse inveneritis, sicut datur nobis intelligi, eam tolli et amoveri penitus faciatis, illos
« etiam quos in hoc deliquisse inveneritis, prout ad vos pertinere noveritis, punientes juxta ordinationem
« in nostra curia olim factam, [qua]m inter alias vobis misimus, contrasigillo nostro clauso ; quam [2] in
« vestra senescallia praecepimus observari. Datum apud Fontembleaudi [3] die sabbati post octabas apostolo-
« rum Petri et Pauli. »

« Cum igitur super dicta confratria dudum fuerit quaestio coram nobis, et nos expresse inhibuerimus hominibus de Limoso, qui in dicta confratria dicebantur ad invicem colligati, quorum nomina in quadam cedula quam vobis mitimus, videbitis contineri, ne, quaestione pendente hujusmodi, dicta confratria, quia poterat esse latens occasio moliendi, interim uterentur, et, sicut intelleximus, nostra inhibitione contem[p]ta, dicta confratria usi fuerint et milites admiserint ad eandem, ideo vobis mandamus quathinus ex parte nostra citetis omnes contentos in cedula supradicta, ut die veneris proxima per se vel per procuratores suos legitime constitutos, apud Carcassonam compareant coram nobis, super dicta confratria audituri ordinationem nostrae curiae et praeceptum, et emendaturi transgressionem illicitam inhibitionis nostrae, quam utendo dicta confratria temere [4] fecisse dicuntur [5]. Datum Carcassonae, tertio kalendas aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto. — Reddite literas. »

Hujus prsentationis literarum sunt testes : frater Guillelmus Gauberti, de ordine fratrum Praedicatorum, Guillelmus de Campolibero, clericus, Arnaldus de Alanhano junior de Limoso, et Arnaldus Raymundi, clericus de Malveriis, et magister Guillelmus de Flaciano, notarius publicus de Limoso, qui hoc recepit, morte tamen praeventus in formam publicam non redegit. Post cujus decessum, ego Johannes de Avenariis de Quilhano, notarius publicus, hanc cartam a nota inserta prothocollo sive interprothocollo dicti quondam notarii, vice et nomine magistri Guillelmi Brugayrolli, notarii publici de Limoso domini regis, substituti ab eodem quondam notario, auctoritate judiciaria, fideliter sumpsi, scripsi, nihil addito vel remoto, quod sensum mutet vel viciet intellectum, anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, die lunae ante festum Vincula sancti Petri. Ego idem Guillelmus Brugayrolli, notarius praedictus, subscribo hoc et signo. (*signet*).

Copie : Bibl. Nat. fonds Doat t. 58, f° 463 « Extrait et collationé sur une copie originale en parchemin trouvée aux archives de l'abbaye de filles de saint Dominique, à Prouille. »

---

1. Sans doute pour *inhibitam*. — 2. Le ms. porte *quas*. — 3. Ms : *Fat in Leon.* — 4. Ms : *tenere*. — 5. Ms : *dicitur*.

540 août 1314.

Philippe IV confirme la fondation d'un monastère de 20 sœurs de Prouille à Ayrosville, qu'a faite par son testament Honors de Marcafalba.

Philippus et cetera. Notum facimus universis presentibus et futuris quod, cum defuncta Honors de Marcafalba in ultima sua voluntate ordinaverit, fondarique et construi mandaverit unum monasterium in loco suo de Ayrosvilla, in quo quidem monasterio poni voluit et statuit viginti moniales seu sorores de Prulhano, ordinis Beati Dominici, ibidem Altissimo perpetuo servituras, pro cujus monasterii dotatione et sustentatione monialium predictarum, dictum locum de Ayrosvilla cum omnibus suis pertinenciis, necnon omnes redditus et proventus quos habebat et qui ad eam pertinebant in locis de Coronsaco, de Claromonte, de Revigano, de Espanesto et pertinenciis eorumdem, sub certis condicionibus infrascriptis, legavit, prout hoc in ipsius testamento plenius contineri vidimus in hec verba :

« Item, testatrix, predicta voluit, statuit et ordinavit quod in loco de Ayrosvilla fiat monasterium dominarum de Prulhano ad expensas ipsarum dominarum, et quod in dicto monasterio ponentur viginti moniales ibidem perpetuo remanentes et Domino famulantes, de quibus decem sint de genere dicte testatricis et de genere Poncii de Prinhaco olim filii sui, ex parte patris ipsius Poncii ; pro quo monasterio ibidem faciendo et pro alimantandis dominabus seu monialibus predictis imperpetuum, dicta domina legavit eisdem dominabus et monialibus omnes redditus et proventus quos dicta domina habet apud Ayrosvillam, Coronsacum, Claromontem, Reviganum, Espanestum et in pertinenciis locorum predictorum, et totum hoc quod pertinebat vel pertinere poterat ad dictum locum de Ayrosvilla, prout dominus Aldricus de Prinhaco illud habebat et possidebat et Poncius ejus filius, tempore quo vivebant. Ita tamen et sub tali condicione legavit predicta dominabus predictis, si a priore majori de Prulhano, qui nunc est vel pro tempore fuerit, amortizatio, afranquimentum seu licentia, libertas sive auctoritas faciendi ibidem dictum monasterium a domino nostro rege Francorum, qui nunc est vel fuerit pro tempore, impetrata fuerit seu optenta, et de ejus concessione, auctoritate et licentia per patentes dicti domini nostri regis litteras heredi suo infrascripto fuerit facta fides; alias autem vel ante dictam amortizationem seu afranquimentum per dictum priorem vel alium ejus nomine impetratum, et fidem factam de hoc dicto heredi, predictus prior seu dicte domine vel alius pro eis possessionem dictorum locorum seu rerum non possint accipere, nec sibi in eisdem jus aliquod vendicare, nec heres suus predicta loca et redditus eisdem tradere teneatur. Immo voluit quod interim, donec predicta amortizatio fuerit impetrata, heres suus predictus predicta teneat et possideat pacifice et quiete, et fructus suos interim faciat, et ut verus dominus in omnibus interim habeatur. Impetrata autem amortizatione predicta et eidem heredi, ut superius dictum est, facta fide, teneatur dictus heres loca predicta et res ac redditus libere tradere dominabus predictis seu priori predicto de Prulhano, ad construendum ibidem monasterium predictum. »

nobisque per dictum priorem de Prulhano, dictarum sororum nomine, fuerit supplicatum ut dicte testatricis ordinacioni premisse consentire velimus et eam approbare, nos, zelo Domini cultus quem ex hoc conspicimus ampliandum, predicte testatricis ordinationem predictam laudabilem in omnibus approbantes, volumus et ob nostre ac inclite recordationis Johanne, quondam regine Francie et Navarre,

consortis nostre carissime, animarum remedium et salutem, mediantibus mille octingentis libris turonensium, inde, dictarum sororum nomine, ultro pro financia nobis oblatis et integre persolutis, ipsis sororibus, pro se et suis successoribus, de gratia concedimus speciali quod ipse in dicto loco de Ayrosvilla dictum monasterium, sicut predicitur, construere, ipsumque locum cum dicto monasterio et ipsius loci pertinenciis omnibus ac aliis locis et reddibus premissis, qui et ut in dicti testamenti prescripta clausula continentur, libere valeant in perpetuum retinere, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi seu prestandi nobis aut successoribus [nostris] aliquam aliam financiam pro eisdem. Quod ut perpetuo stabile perseveret, nostrum presentibus litteris fecimus apponi sigillum, salvo in aliis jure nostro et quolibet in omnibus alieno. Actum Parisius anno Domini millesimo trecentesimo quarto decimo, mense augusti.

Per dominum regem : Guido.

Collatio fit.

Copie : Arch. Nat. JJ, 50, f° 28 v°, n° 40.

541 N.-D. du Lys, mars 1320.

Philippe V prend le monastère de Prouille sous sa sauvegarde.

Philippus, Dei gracia Francie et Navarre rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos attendentes ut, quanto dilecte nobis in Christo religiose mulieres priorissa et conventus monasterii de Prulhano, ordinis fratrum Predicatorum, majori tranquillitate gaudebunt et pace, tanto liberiori poterunt animo debitum et continuum reddere Domino famulatum [1], hiis in consideracionem deductis salubrem, ipsas et earum monasterium necnon administratores, servitores, homines et familiam earumdem cum possessionibus, terris, redditibus et aliis bonis et rebus suis quibuslibet, in nostra protectione regia recepimus et gardia speciali, dantes tenore presencium in mandatis Tholose ac Carcassone senescallis, ceterisque senescallis, vigeriis, baillivis, prepositis, servientibus, officiariis et ministris nostris regnique nostri justiciariis quatinus predictas priorissam et sorores in suis dictis monasterio, justis possessionibus, libertatibus, franchisiis, juribus et saisinis, sub nostris protectione et gardia speciali predictis manuteneant et conservent, necnon ab injuriis, violenciis, oppressionibus, gravaminibus, vi armorum, quorumcumque potencia et novitatibus indebitis quibuscumque defendant faciantque deffendi nec permittant contra ipsas, in contemptu[m] dicte nostre gardie, aliquid attemptari seu eciam innovari, sed attemptata seu innovata, si que sint, ad statum pristinum et debitum indilate reducant faciantque reduci. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum, salvo jure in omnibus alieno. Datum in abbacia regali Beate Marie de Lilio juxta Meledunum, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, mense marcii.

Per dominum regem : Barr.

Copie : Arch. Nat. JJ, 60, fol. 22, n° 49.

---

1. Le texte porte *facultatum*, ce qui est évidemment une erreur du scribe.

542 9 avril 1326.

Testament de Roger d'Anduze.

Anno Nativitatis Christi millesimo trecentesimo vicesimo sexto, domino Karolo, rege Francorum et Navarre regnante, nona die aprilis, universis et singulis, tam presentibus quam futuris, clareat evidenter, quod, quia sacra scriptura dicit : *nemo est qui semper vivat, ut qui hujus rei habeat fiduciam,* et quia Job dicit : *nescio quamdiu subsistam et si post modicum tollat me factor meus,* et quoniam ea que sunt salutis anime, debent pre aliis ordinari, idcirco ego Rogerius de Andutia, domicellus, filius quondam nobilis viri domini Beraudi de Andusia, dominus in parte castri de Sallela, volens, desiderans et intendens animam meam ponere in celestibus regnis, ut in ipsis constituta omnipotenti Deo sueque Matri piissime deservire valeat, cui servire nihil aliud est quam regnare, dum, Domino presta[n]te, plena et integra fruor memoria, ne de bonis meis sive rebus inter propinquos meos questio fiat sive oriatur, testamentum meum et ultimam voluntatem divisionemque seu ordinationem omnium bonorum et jurium meorum facio, quod seu quam, sicut hic scriptum seu scripta reperietur, volo et mando perpetuo teneri et inviolabiliter observari, nisi forte adhuc plus vivens, aliud fecero testamentum vel mutare voluero seu etiam ordinare, crescendo scilicet vel minuendo cum testamento vel codicillis.

Primo igitur reddo et offero me ipsum corpore et spiritu Domino Deo et Beate Marie Virgini, Matri ejus, eligens in sepulturam, si me mori contingerit in diocesi Narbonensi, in cimiterio domus fratrum Predicatorum Narbone, et volo sepeliri cum domino avo meo; si vero me mori contingerit in diocesi Tholosana, eligo in ea sepulturam in cimiterio domus fratrum Predicatorum Tholose, et ibi sepeliri volo cum domino patre meo, et accipio[1] pro anima mea salvanda et in remissionem peccatorum meorum, de bonis meis mille libras turonenses bone et fortis monete; de quibus quidem mille libris turonensibus facio legata que sequntur : lego videlicet mense ecclesie Beate Marie de Salella viginti solidos turonenses.

Item, lego vicario dicte ecclesie de Salella viginti solidos turonenses.

Item, lego monacho in dicta ecclesia existenti decem solidos turonenses.

Item, lego clerico in dicta ecclesia servienti quinque solidos turonenses.

Item, volo et mando ac districte precipio quod quinque altaribus, que sunt infra dictam ecclesiam Beate Marie de Sallela emantur quinque palia meo signo signata, videlicet cuilibet altari unum, juxta et secundum decentiam cujuslibet eorumdem et facultatem, ad cognitionem gadiatorum meorum infrascriptorum, que quidem palia lego altaribus supradictis.

Item, lego operi dicte ecclesie de Sallela decem solidos turonenses.

Item, lego hospitali pauperum dicti castri de Sallela viginti solidos turonenses.

Item, lego pannis pauperum dicti loci de Salella decem solidos turonenses.

Item, lego luminarie ecclesie Beati Martini de Aquis-vivis site in territorio dicti castri de Sallela, decem solidos turonenses.

---

1. Sans doute pour *excipio*.

Item, lego luminarie ecclesie Beati Quirici site in territorio castri predicti de Sallela, decem solidos turonenses.

Item, lego luminarie ecclesie Sancte Fidei de Ampara decem solidos turonenses.

Item, lego candele Beate Marie in ecclesia dicti castri de Sallela conburi consuete, et cereo Corporis Christi dicte ecclesie cuique quinque solidos turonenses.

Item, volo et ordino districteque precipio atque mando quod heres seu heredes mei infrascripti et sui successores, imperpetuum successive usque in finem mundi, teneant unam lampadem, suis propris sumptibus et expensis, sicut ego teneo. que ardeat et conburat continue de die et de nocte coram et ante altare Beati Michaelis in ecclesia predicta de Sallela.

Item, lego operi ecclesie Beate Marie de Malhaco viginti solidos turonenses.

Item, lego operi Sancti Pauli dicti loci de Malhaco decem solidos turonenses.

Item, lego rectori ecclesie dicti castri de Malhaco decem solidos turonenses.

Item, lego decem libras turonenses, de quibus emantur panni pro induendis pauperibus de Salella, et distribuantur in dicto castro per gadiatores meos infrascriptos ad cognitionem eorumdem.

Item, lego decem libras turonenses, de quibus emantur panni pro induendis pauperibus de Malhaco, et distribuantur in Malhaco per ipsos gadiatores meos ad cognitionem eorum.

Item, lego conventui fratrum Predicatorum Narbone, si me ibi sepeliri contigerit, viginti libras turonenses, et aliter non, nisi ibi sepultus fuero. Si vero me sepeliri contigerit in cimiterio domus Predicatorum Tholose, lego in casu illo conventui dicte domus Predicatorum Tholose viginti libras turonenses supradictas, et aliter non, nisi sepultus fuero in cimiterio domus predicte.

Item, si contingat me sepeliri in cimiterio domus fratrum Predicatorum Narbone, ut est dictum, lego conventui fratrum Minorum Narbone centum solidos turonenses.

Item, lego conventibus fratrum Augustinorum, Carmelinorum, Captivorum, sororum Sancte Clare, sororum Augustinarum de Narbona, et omnibus domibus hospitalium et leprosorum Narbone cuique quinque solidos turonenses.

Item, lego Beraudo. filio Johannis Blanchi de Sallela, centum solidos turonenses.

Item, volo et mando et districte precipio quod mei gadiatores emendam faciant seu fieri faciant competentem de bonis meis heredibus et legatariis Guillelmi Peregrini, quondam habitatoris de Sallela, si cognoverint eam fore faciendam.

Item, volo et mando quod emendam faciant, seu fieri faciant competentem filio et heredi Johannis Raynaudi quondam de Sallela, si eam decreverint fore faciendam.

Item, volo, ordino, mando et precipio quod heres seu heredes mei infrascripti, si masculi fuerint, et sui successores provideant et providere teneantur Perroto, nutrito meo, filio Guillelme Monderie de Salella, bene et decenter in victu et vestitu in tota vita sua, et quamdiu vixerit, et eodem modo bene et decenter provideant et providere teneantur et debeant dicti heredes mei et eorum successores Beraudo et Rogerio, nutritis meis, filiis Ermeniardis, filie quondam Petri Martini de Narbona, in tota eorum vita. De residuo vero dictarum mille librarum volo, mando ac jubeo et districte precipio quod omnes querimonie que de me fient seu fieri contingent, exsolvantur et restituantur per gadiatores meos seu hujus mei testamenti executores

infrascriptos, quas restitui volo sub hac forma, quod si aliquis homo vel homines aliqui sive mulieres, qui seu que sint vel senceantur fidedigni, de me aliquo modo formaque aliqua seu conditione conquerantur, quod ego ipsos injuste dampnificaverim vel injuriaverim, volo quod ea omnia et quibus conquesti fuerint eis, infra tempus per me inferius statuendum seu assignandum, exsolvantur, et volo quod eis credatur simpliciter solo simplici verbo eorum sine testibus et sacramento et aliquo alio probationis genere. Si tamen aliquis seu aliqui homines seu mulieres simplices, cujuscumque conditionis existant, de me aliquo modo sive casu conquerantur, videlicet quod ob culpam mei ipsi vel aliqui ex ipsis in personis vel bonis suis dampnum aliquod vel injurias sustinuerint, volo quod, prestito per eosdem juramento super sancta Dei Evangelia, ea omnia de quibus conquesti fuerint, eisdem infra dictum tempus per me, ut dictum est, statuendum, exsolvantur per gadiatores meos predictos, quibus et eorum cuilibet credi volo et mando, juramento primitus prestito, ut dictum est, per eosdem.

Item, lego Johanne, uxori Aymerici, domini de Bociassis, filie mee, jure hereditarie institutionis, et pro sua legitima decem libras turonenses, cum quibus et his que sibi dedi in dotem sit contenta de omnibus bonis meis; ita quod nihil aliud petere possit, quia in eis tantum eam heredem instituo, cum ipsa diffiniverit bona mea Nicholine, uxoris quondam mee, ejus matris, prout continetur in instrumento diffinitionis per eam de dictis bonis meis et Nicholine, ejus matris quondam, facto, cui instrumento per presentem actum in aliquo derogare non intendo, ymo ipsum semper in suo valore persistere volo.

Item, lego Gaucerande, uxori Hugonis de Bello-Podio, filie mee, jure hereditarie institutionis et pro sua legitima, decem libras turonenses, cum quibus et cum his que sibi in dotem dedi, sit contenta de omnibus bonis meis, ita quod nihil aliud petere possit in eisdem, quia in eis tantum ipsam heredem instituo, cum ipsa diffiniverit bona mea et Nicholine, uxoris quondam mee ejusque matris, prout continetur in instrumento diffinitionis per eam de dictis bonis meis et Nicholine, ejus matris, quondam facto, cui aliquo modo derogare non intendo, imo ipsum semper in suo valore persistere volo.

Item, volo et mando quod de illis mille libris solvatur tota resta quam debeo dicto Hugoni de Bello-Podio de dote Gaucerande filie mee.

Item, si contingat me sepeliri in domo fratrum Predicatorum Narbone, ut supra dictum est, lego viginti libras turonenses pro reparando monumento dicti domini avi mei, in quo ego tunc sepeliri volo, ut est dictum. Si autem omnes mille libre turonenses supradicte non fuerint necessarie ad solvendum omnia legata mea et querimonias et restam etiam dotis dicte Gaucerande, filie mee predicte, volo quod de illo residuo predicto, si quod fuerit, una cum viginti solidis turonensibus, quos superius legavi hospitali pauperum de Salella, ematur unus lectus pannis bonis et sufficientibus munitus et cohopertura ejusdem signo meo signata, ad opus dicti hospitalis ad servicium pauperum Christi, quo empto totum residuum quod restabit de dictis mille libris distribuatur tam pro missis celebrandis in castris de Salella et de Malhaco, quam pauperibus hominibus et mulieribus dictorum castrorum per gadiatores meos infrascriptos, ad cognitionem eorumdem.

Item, lego jure hereditarie institutionis et pro sua legitima, Guillelme, filie mee, mille libras turonenses et vestes suas nubtiales ydoneas cum suo arnesio et unum lectum de cirico sufficientem, juxta decentiam dotis et statum meum et suum.

Item, confiteor quod Bedocia, uxor mea, attulit mihi in dotem triginta quatuor milia solidorum turonensium, de quibus restant adhuc ad solvendum mihi per Bernardum, ejus fratrem, decem et octo milia solidorum turonensium.

Item, lego Guillelmo de Albenatio centum solidos turonenses.

Item, Guillelmo Catalani et Petro Belfortis cuique viginti solidos turonenses.

Item, lego Guillelmo de Sancto Justo, sororio meo, triginta libras turonenses ad opus unius roncini.

In omnibus vero aliis bonis et juribus ac dominationibus meis, quecumque sint et ubicumque et quocumque nomine senceantur et quibuscumque modis sive titulis mihi pertineant et pertinere possint aut debeant, heredem meum universalem facio et instituo Guillelmum de Andusia filium meum. Si vero Bedocia, uxor mea, pregnans est, et pregnatus ille ad lucem venerit et masculus fuerit seu masculi, volo et mando quod dictus filius meus et heres provideat et providere teneatur alii seu aliis filiis meis, fratribus suis, bene et sufficienter et honorifice, donec aptus seu apti fuerint ad studendum, et quod tunc faciat eum vel eos erudiri litteris et doceri, donec sint quilibet eorum etatis viginti quinque annorum.

Item, volo et ordino quod dictus filius et heres meus teneatur dare, annis singulis, et solvere dictis filio seu filiis meis et dicte Bedocie fratribusque suis et eorum cuilibet, dum in scolis morabuntur, tam pro eorum provisione quam pro libris, donec etatis fuerint viginti quinque annorum aut redditus ecclesiasticos obtinuerint vel religionem intraverint, viginti quinque libras turonenses, et hec lego ei vel eis jure hereditarie institutionis et pro ejus vel eorum legitima, et in his ipsum aut ipsos heredem seu heredes facio et instituo.

Si vero pepererit filiam vel filias, lego cuilibet ipsarum filiarum mearum, jure hereditarie institutionis et pro earum legitima, centum libras turonenses et earum victum in hospicio meo, donec intraverint religionem, et quod nihil aliud petere possint in bonis meis supradictis.

Volo tamen ac districte precipio atque mando, quod heres meus supradictus et sui heredes et successores imperpetuum teneant unum capellanum, quem Pulla, uxor mea prima, instituit in suo ultimo testamento, et unum alium capellanum, quem domina mater mea quondam ordinavit et instituit in suo ultimo testamento; volo etiam et ordino quod dominus Bernardus Marie presbiter sit unus ex dictis capellanis, quamdiu vixerit, si ibi esse voluerit et dictum officium tenere, et quod teneatur et debeat morari in dicto loco de Salella et in ecclesia dicti loci ac diocesi et singulis diebus celebrare divinum officium pro anima illius, pro qua ibi esse voluerit, scilicet pro anima dicte domine matris mee vel dicte prime uxoris mee et suorum, juxta ordinationem per eam in suo testamento factam et ordinatam, et quod habeat de bonis meis et sibi solvatur per heredem seu heredes meos pro ejus pentione, annis singulis, decem libras turonenses, et quod ipse dominus Bernardus Marie teneatur providere sibi ipsi, vel quod habeat et solvantur sibi centum solidi turonenses et victum suum habeat cum dicto meo herede, si premaluerit stare cum eodem; tamen volo quod sit in electione dicti heredis mei, si filius fuerit, solvendi sibi vel dictas decem libras, vel centum solidos et victum, quod maluerit.

Item, volo, ordino et districte precipio et mando quod si filium aut filios atque filiam et filias me habere contingat, ut predixi, ex pregnatu dicte Bedocie, uxoris mee supradicte, et predictos filium vel filios meos legatarios aut filias meas predictas seu alterum ipsorum decedere seu mori contigerit, infra

pupillarem etatem, vel post quandocumque, sine liberis legitimis de se ex legitimo matrimonio susceptis, procreatis et natis, quod omnia bona que lego et dimito eisdem filiis vel filiabus meis, quos vel quas sic mori contigerit, ad dictum filium et heredem meum incontinenti libere revertantur. Si tamen dictus filius et heres meus decederet infra pupillarem etatem, vel post quandocumque sine liberis legitimis ex ipso de legitimo matrimonio susceptis, procreatis et natis, volo quod omnia bona mea, in quibus ipsum meum heredem facio et instituo, ad alium filium meum fratremque suum secundo natum ex dicta Bedocia, si fuerit, et, si non fuerit, et tertio natus fuerit et vixerit, ad illum tertio natum integr[al]iter et libere revertantur, et in predictis bonis dictum filium meum ex dicta Bedocia secundo natum, si fuerit, si vero non fuerit, dictum tertio natum eidem substituo. Si autem dictus filius meus ex dicta Bedocia, uxore mea, secundo natus, post substitutionem predictam, infra pupillarem etatem vel post decesserit, absque liberis suis legitimis ex se de legitimo matrimonio natis et procreatis, volo quod omnia supradicta bona mea ad alium filium meum et dicte Bedocie, uxoris mee, tertio natum libere et integr[al]iter revertantur. Et si aliter filius meus et dicte Bedocie, uxoris mee, non fuerit, volo quod predicta omnia bona mea revertantur integr[al]iter et libere ad dictam Guillelmam, filiam meam, et aliam seu alias filias ex me et dicta Bedocia natam sive natas, et in ipsis omnibus eandem seu easdem filias meas dicto filio meo substituo. Si vero omnes liberi mei, scilicet filii et filie ex me et dicta Bedocia, uxore mea, nati, infra pupillarem etatem vel post sine liberis legitimis ex matrimonio legitimo natis et susceptis, sic decederent, in casu illo omnia bona et jura, dominationes et jurisdictiones et alia universa et singula, tam mobilia quam immobilia, que habeo et habere possum et debeo, et que mihi pertinent et pertinere possunt et debent quocumque jure, titulo, modo, ratione vel causa in castro de Salella et loco de Ampara, diocesis Narbonensis, et eorum terminiis et appendiciis, cum omnibus juribus ad ea pertinentibus, ad Johannam, filiam meam, uxorem Aymerici, domini de Bociassis, libere revertantur, et in his aliis filiis meis eam substituendo, in predictis ipsam Johannam, filiam meam, heredem meam facio et instituo, dum tamen ordinationem per me superius factam tenere et servare voluerit et contra eam in aliquo non venire.

Item, volo, ordino, precipio et mando quod in casu illo, dicta Johanna, filia mea teneatur providere Beraudo et Rogerio, nutritis meis supradictis, eo modo, forma et conditione quibus superius per me dictum est et ordinatum.

Item, quod dicta Johanna, filia mea, et sui heredes et successores teneant et teneantur tenere imperpetuum dictam lampadem superius per me specificatam, prout ego teneo, que semper comburat ante altare sancti Michaelis in ecclesia de Salella.

Item, volo, precipio, ordino atque mando quod ipsa Johanna, filia mea predicta, et sui successores aut heredes teneant et tenere debeant imperpetuum unum capellanum, illum videlicet quem dicta Pulla, uxor mea prima, in suo testamento instituit, qui semper celebret et celebrare teneatur divina officia in ecclesia de Salella supradicta, prout superius dictum est et expressum.

Item, in casu predicto, omnia bona et jura, dominationes et alia universa et singula, tam mobilia quam immobilia, que habeo et habere possum et debeo et que mihi pertinent et pertinere possunt et debent quocumque jure, titulo, modo, ratione vel causa in castro de Malhaco, diocesis Narbonensis, et ejus terminiis et appendiciis, et etiam totum jus quod habeo et habere debeo et possum, et que mihi pertinere possunt et

debent in castro et jurisdictione de Sayssis, diocesis Tholosane, cum omnibus juribus, ad predicta pertinentibus, ad Gaucerandam, filiam meam, uxorem Hugonis de Bello-Podio revertantur libere, et in his dictis filiis meis eam substituendo in predictis, ipsam Gaucerandam, filiam meam, heredem meam facio et instituo, dum tamen ordinationem per me superius factam, tenere et servare voluerit, et in aliquo non venerit contra eam.

Item, volo et ordino, precipio atque mando quod ipsa Gauceranda, filia mea predicta, et heredes sui ac successores teneant et tenere teneantur et debeant imperpetuum unum capellanum, illum scilicet quem domina mater mea supradicta instituit in suo ultimo testamento, qui semper celebret et celebrare teneatur divina officia in ecclesia de Malhaco supradicta.

Item, volo, mando et districte precipio quod dicta Bedocia, uxor mea, teneat in omni vita sua, dum tamen bene et honeste viduitatem suam tenere et servare voluerit, omnia bona mea supradicta, quecumque sint et ubicumque, et in eis ipsam Bedociam, uxorem meam, facio usuffructuariam et procuratricem, ut propriam in rem suam, et quod non teneatur reddere compotum et rationem alicui de predictis, nec inventarium facere de eisdem, imo scienter et expresse, et [illegible] faciendi inventarium, et compotum reddendi remito eidem tamquam vere usuffructuarie bonorum predictorum. Si vero viduitatem suam non servaret dicta uxor mea bene et honeste, ut superius dictum est et expressum, vel si forte ipsam mori contingeret, tunc in quolibet dictorum casuum, volo quod incontinenti omnia dicta bona mea predictus heres et heredes mei percipiant vel sui, et teneant dicta bona mea et sua faciant, prout per me dictum est et ordinatum superius, restitutis dicte Bedocie, uxori mee, tam pro dote sua quam mihi atulit, tempore nuptiarum nostrarum, quam pro lucro suo nupciali, quam etiam pro legato quod eidem facio, duobus mille et quingentis libris turonensibus, vel suis.

Item, volo et ordino mandoque et precipio quod, si contingat dictam Johannam, filiam meam, dictam ordinationem plene servare et contra meam voluntatem et ordinationem aliquo modo non venire, et sic aliquo ex dictis casibus dicta bona ad eandem pervenire, et dicta Johanna filia mea decederet sine liberis legitimis ex se de legitimo matrimonio susceptis, procreatis et natis quandocumque, volo quod tunc eo casu omnia dicta bona predicta ad eam sic deventa, Gaucerande, predicte filie mee, sorori sue, et suis libere revertantur. Si vero dicta Gauceranda in casu simili etiam decederet vel moreretur sine liberis legitimis ex se de legitimo matrimonio procreatis, susceptis et natis quandocumque, volo quod tunc eo casu omnia dicta bona predicta ad eandem Gaucerandam sic deventa, Johanne, filie mee predicte, sorori sue, et suis libere revertantur.

Si autem dictus heres meus et omnes dicti filii mei et filie sic omnes decederent sine liberis legitimis, quod Deus avertat, de se ex legitimo matrimonio, ut dictum est, susceptis, procreatis et natis, volo, ordino et mando ac districte precipio, quod statim incontinenti, mortuis et decessis omnibus predictis liberis et heredibus meis, et aliis pro eis substitutis sine liberis legitimis, ut dictum est, vel quamvis Johannna et Gauceranda, filie mee supradicte, viverent, et dictam meam ordinationem tenere et observare nollent, seu aliquo modo contra ipsam meam ordinationem venirent seu venire facere attemptarent, in quo casu ipsas et earum quamlibet exheredo, et nolo quod habeant jus ex successione de his eis per me facta, quia in hoc casu dictam subtitutionem revoco, mando et volo quod tunc in casu predicto, in hospicio meo de Salella vel in loco meo de Ampara, fiat unum monasterium dominarum monialium,

seu monacharum de regula et ordine dominarum de Proliano et edificetur ad honorem Dei et Beate Virginis Marie, ejus matris, que domine monache semper in dicto monasterio morentur, et stent secundum quod domine monache de Proliano in monasterio de Proliano stant et stare consueverunt et secundum regulam earumdem.

Item, volo quod in ecclesia que fiet in monasterio supradicto, stent semper usque in finem mundi et esse debeant decem capellani qui in dicta ecclesia celebrent et celebrare tenantur, diebus singulis, missas, matutinas, vesperas et alia divina officia, ad honorem Dei omnipotentis et Beate Marie virginis, matris ejus, et in remissionem peccatorum meorum et benefactorum meorum. Quod quidem monasterium et dicte domine monache et dicti presbiteri seu capellani sint et semper stent sub correctione monasterii de Proliano, seu illorum qui regunt et regere debent monasterium de Proliano supradictum; quibus dominabus in casu predicto lego omnia bona supradicta dominationesque et jura quecumque, et quocumque nomine senceantur, pro dicto monasterio faciendo; et quod dicte domine moniales seu prior de Proliano, aut illi sub quorum correctione morabuntur, solvant et solvere teneantur cuilibet dictorum decem presbiterorum seu capellanorum decem libras turonenses de redditibus bonorum meorum predictorum, que lego pro monasterio predicto faciendo; tamen volo et mando quod in dicto casu dictum monasterium fiat et edificetur in altero dictorum duorum locorum, scilicet in hospicio meo de Salella vel in loco de Ampara, ad cognitionem domini Narbonensis archiepiscopi et prioris de Proliano et prioris conventus fratrum Predicatorum Narbone, prout eis aut duobus ex eis utilius et melius esse videbitur faciendum.

Constituo autem gadiatores meos et hujus mei testamenti exequtores dominum Bernardum Cardini, decanum Sancti Pauli Fenoledesii, priorem conventus fratrum Predicatorum Narbone quemcumque tunc esse contigerit, fratrem Bernardum Guiraudi, dicti ordinis fratrum Predicatorum, ac etiam dominum Bernardum Massac presbiterum, rectorem ecclesie de Malhaco, dans et concedens, auctoritate hujus mei publici et autentici testamenti, eisdem gadiatoribus seu executoribus meis plenam et liberam potestatem et licentiam aut dicto priori conventus fratrum Predicatorum Narbone, vocato tamen secum uno ex dictis exequtoribus, et etiam vocata cum eis Bedocia, uxore mea predicta, de dictis bonis meis mobilibus solvendi complete omnes querimonias, que de me fient modo aliquo, juxta ordinationem per me factam a die obitus mei ad unum annum et infra unum annum, et etiam cetera omnia alia legata mea a dicta die obitus mei ad duos annos, et infra duos annos legitime computandos. Si tamen dicta bona mea mobilia non sufficiant ad solutionem predictorum, volo quod dictus prior conventus Predicatorum Narbone, vocato tamen altero dictorum gadiatorum meorum et etiam dicta Bedocia, uxore mea, cum eisdem, vendant de bonis meis inmobilibus usque ad concurrentem summam seu complementum mille librarum predictarum, dans dictis gadiatoribus meis et concedens licentiam et eorum cuilibet aut dicto priori fratrum Predicatorum Narbone, vocata et consenciente dicta uxore mea, dicta bona mea vendendi, distrahendi et alienandi usque ad complementum dictarum mille librarum turonensium et de pretio eorum dictas mille libras turonenses solvendi, et de dictis venditionibus ea occasione factis, instrumenta faciendi et, ratione earumdem venditionum, omnia bona mea obligandi et omnia alia faciendi, que in predictis necessaria fuerint ac etiam opportuna; et ipsas alienationes et venditiones ea occasione factas seu faciendas ego per me et meos ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc laudo, ratifico et confirmo ac si statim per me et me presente facte essent, cassans

et anullans, tenore presentis mei testamenti et voluntatis mee ultime, omnia alia testamenta et codicillos, si que vel qui appererent alias per me esse facta usque in hunc presentem diem, et istud testamentum tantum valere volo et mando plenam obtinere firmitatem. Hoc est testamentum meum et ultima mea voluntas, quod seu quam valere volo jure testamenti seu ultime mee voluntatis ; et si non valent jure testamenti seu ultime voluntatis, valeant saltem jure codicillorum vel epistole aut aliis quibuscumque modis, quibus ultima voluntas valere potest et debet. Horum omnium fuerunt testes vocati et de dicto testatore rogati frater Bernardus Guiraudi, frater Rogerius Salas, ordinis Predicatorum conventus Narbone, dominus Bernardus Massac, rector ecclesie de Malhaco, Petrus Druidui de Trulharibus, Petrus Lancerii, Guillelmus Martini de Agenno, Bernardus Gayraudi de Salella, Johannes Rubei, apothecarius de Oviliano, et ego Johannes Rogerii, publicus domini regis notarius, qui requisitus hec omnia in nota recepi, scripsi et signo meo signavi, et addidi quod superius obmiseram in trigesima sexta linea a principio in tali signo Jo. (*signet.*)

Copie : Bibl. Nat. fonds Doat, t. 42, f° 289. « Extrait et collationné sur une copie en parchemin trouvée aux Archives de l'abbaye de Fontfroide, de l'ordre de Cisteaux, au diocèse de Narbonne, par l'ordre et en la présence de messire Jean de Doat, conseiller du Roy en ses conseils, président en la chambre de comptes de Navarre et commissaire député par lettres patentes de Sa Majesté des premier avril et vingt-troisième octobre mil six cent soixante sept, pour faire recherche des titres concernant les droits de la Couronne et qui peuvent servir à l'histoire, dans tous les trésors des chartres de Sad^e Majesté et dans toutes les Archives des villes et lieux, Archeveschés, Evesches, Abbayes, prieurés, commanderies et autres communautés ecclésiastiques et séculières des provinces de Guienne et Languedoc et du pais de Foix et dans les Archives des Archevêques, Evesques, Abbés, prieurs et commandeurs qui en pourroient avoir été séparées de leurs chapitres, faire des extraits de ceux qu'il jugera nécessaires et les envoyer au garde de la Bibliotéque Royalle par moy, Gratian Capot, prins pour grefier en la dite commission soubz signé, fait a Lisle en Albigeois le vingt deuxième novembre mil six cens soixante huit. »

543-544 — **Fanjeaux, 30 avril 1348.**

Testament de Raymond Terreni, qui fait plusieurs legs au monastère de Prouille et crée le couvent des Frères Prêcheurs de Fanjeaux.

Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo [1] octavo, domino Philippo, rege Francorum, regnante, die ultima mensis aprilis, noverint universi quoniam tanta est fragilitas et humanae naturae decursio quod praeventi incertae mortalitatis eventu, in ipsius naturae vana et fragili stabilitate decepti, nullarum rerum sive bonorum suorum confacto judicio, plures vita defficiunt, credentes vivere tempore longiore ; idcirco, ego, Raymundus Terreni, filius quondam Raymundy Terreni, domicellus de castro Fanijovis, aeger corpore et suffragante Dei virtute efficacissima, mentis meae sanus existens et bono perfruens intellectu, futurum, quod saepius evenit, volens periculum evitare et ut meum ultimum testamentum authentico moderetur consilio et ne de bonis quiescat quaestio, elogium seu meum ultimum testamentum et meam ultimam voluntatem dispono et ordino in hunc modum :

in primis igitur, offero corpus meum et animam meam Altissimo Domino nostro Jesu Christo et glorio-

1. Ms : *Quadragentesimo.*

sissimae beatae Mariae Virgini, ejus matri, et ejus curiae caelesti et lego omnia circa opera humanitatis et misericordiae videlicet quae sequuntur :

primo, eligo meam sepulturam infra monasterium b. Mariae Pruliani et lego sororibus monialibus dicti monasterii, pro obitu sive [1] pitantia, centum solidos turonenses;

item, lego operi ecclesiae beatae Mariae castri Fanijovis quinquaginta solidos turonenses;

item, lego rectori dictae ecclesiae decem solidos turonenses;

item, lego servientibus in dicta ecclesia de Fanojove, quinque solidos turonenses;

item, lego clerico dictae ecclesiae duos solidos turonenses;

item, lego confratriae b. Mariae castri Fanijovis, cujus Dei gratia sum confrater, decem libras turonenses, semel de bonis meis dictae confratriae Fanijovis[et]ejus bajulis exsolvendas ad manum (*sic*) emendi unum sextarium frumenti censualem, cum dominiis dominatoris, laudaminiis et foriscapiis;

item, lego operi ecclesiae b. Mariae Magdalenae castri Fanijovis viginti solidos turonenses et unum bonum lectum de pluma ornatum, in quo infirmi leprosi qui nunc sunt in domo dictae ecclesiae b. Mariae Magdalenae et qui pro tempore erunt, cubant et recipiantur [2];

item, lego hospitali Christi unum pannum, videlicet b. Jacobi castri de Fanojove, unum lectum plumae garnitum, in quo pauperes infirmi in dicto hospitali cubant et recipiantur;

item, lego operi ecclesiae b. Mauritii Mirapiscis quinque solidos turonenses;

item, lego quatuor hospitalibus generalibus principalibus, videlicet de Sancto Spiritu Montispessulani, de sancto Joanne Jerosolimitano, de beata Maria Roscidevallis [3] et de Sancto Jacobo de Altopassu, cuilibet eorum tres solidos turonenses;

item, lego conventui fratrum Praedicatorum Aquensium viginti solidos turonenses;

item, lego conventui fratrum Minorum Mirapicis viginti solidos turonenses;

item, lego conventui fratrum S. Augustini de Limoso viginti solidos turonenses;

item, lego conventui b. Mariae de Carmelo [4] castri veteri.... viginti solidos turonenses;

item, lego Germanae, uxori Guilhelmi Rofiaci de Limoso, sorori meae, decem libras turonenses;

item, lego Raymundae, uxori Constantii de Fenolheto, de castro Fanijovis, sorori meae, decem libras turonenses;

item, lego dominae Rixendi, uxori domini Raymundi Bels militis, sorori meae, decem libras turonenses;

item, dicta autem legata facio praefatis sororibus meis jure hereditario, instituentes et ipsas in eis mihi haeredes, volens et mandans quod cum praedictis a me pro legatis denominatis aliis bonis meis omnino convenerint, ita quod nihil amplius petere possint in eisdem; [5]

item, lego operi ecclesiae b. Jacobi et Christophori prope fontem.... viginti solidos turonenses;

item, lego operi ecclesiae S. Vincentii de Villagrussas decem solidos turonenses;

item, lego operi ecclesiae b. Saturnini de Insula quinque solidos turonenses;

---

1. Ms : *sine*. — 2. Ms : *recipiant*. — 3. Ms : *Roncidevallis*. — 4. Ms : *Carmeli*. — 5. Ce membre de phrase semble avoir été mal lu par le copiste.

item, lego operi ecclesiae b. Mariae Pruliani viginti solidos turonenses;

item, lego operi ecclesiae b. Mariae de Podio decem solidos turonenses;

item, lego operi ecclesiae b. Mariae de Monteguardia de Fuxo, quinque solidos turonenses;

item, lego operi ecclesiae b. Saturnini de Insula quinque solidos turonenses;

item, lego Veziatae, filiae quondam Arnaldi Terreni de castro Fanijovis, decem libras turonenses ad suum[1] maritagium;

item, lego fratri Comlimo.... majori diebus, ordinis Praedicatorum, centum solidos turonenses;

item, lego fratri Jordano Vitalis, ordinis Praedicatorum, viginti solidos turonenses;

item, lego fratri Jordano Villarzelli et fratri Raimundo Villarzelli, ordinis fratrum Praedicatorum, cuilibet eorum viginti solidos turonenses;

item, lego fratri Jordano Sicardi, ordinis Praedicatorum, quadraginta solidos turonenses;

item, lego fratri Hugoni Chanardi, ordinis b. Mariae de Carmelo, viginti solidos turonenses;

item, lego domino Guilhelmo Tornerii presbitero viginti solidos turonenses;

item, lego domino Raymundo Stim (*sic*) presbitero viginti solidos turonenses;

item, lego domino Johanni Boerii presbitero viginti solidos turonenses;

item, lego domino Raymundo Arnaldi de.... presbitero quinque solidos turonenses:

item, lego fratri Guilhelmo Mathei et fratri Arnaldo Orthesii, ordinis fratrum Minorum, cuilibet decem solidos turonenses;

item, lego domino Jordano Rocha, presbitero, quinque solidos turonenses;

item, lego Sane, filiae Stephani Guiraudi, domini de Balbianis, viginti quinque libras turonenses ad suum maritagium, alias non;

item, lego fratri Giraldo[2] Barte et fratri Raymundo Baronis et fratri Bernardo d'Escalono et fratri Bernardo Salvonis[3], ordinis Praedicatorum, cuilibet eorum viginti solidos turonenses;

item, lego fratri Geraldo Salvati et fratri Jordano Salvati, fratribus commorantibus monasterii Pruliani, cuilibet eorum decem solidos turonenses;

item, lego omnibus fratribus clensis (*sic*) religionis qui in mea sepultura in monasterio Pruliani intervenerint, cuilibet eorum decem denarios vocatos *Joanetz* communes;

item, lego omnibus capellanis saecularibus qui in dicta mea sepultura intervenerint, cuilibet eorum quatuor denarios vocatos *Joannets*;

item, lego omnibus clericis superpelliciis praesentibus in dicta mea sepultura, cuilibet eorum duos denarios vocatos *Joannets;*

item, lego Raimundo Guilhelmi de Balbiano, scutifero meo, viginti quinque libras turonenses;

item, lego Christi pauperibus castri Fanijovis et in eodem castro habitantibus viginti modia bladi, medium frumenti et medium ordei, et viginti modia vini puri et sine aqua et centum tunicas et centum camisias; quod bladum et vinum, tunicas et camisias volo, mando, ordino, jubeo et praecipio dari et erogari et

1. Ms : *viri.* — 2. Ms : *Geraldi.* — 3. Ms : *Salnonius.*

distribui parfectis (*sic*) pauperibus et aliis personis extraneis seu privatis ad distributionem, cognitionem, voluntatem et declarationem et ordinationem tutorum [1] liberorum meorum infrascriptorum, videlicet intra et infra quatuor annos a tempore mortis meae, in antea computando, saltem quolibet anno quartam partem;

item, lego, ordino ac etiam deputo et instituo unum presbiterum in ecclesia b. Mariae castri Fanijovis qui celebret perpetuo et celebrare teneatur [2] in dicta ecclesia vel ubi haeredes voluerint, pro anima mea, missas et alia divina officia, cui quidem presbytero de bonis meis in perpetuum provideatur, annis singulis, in sua competenti pensione, prout necessarium fuerit seu etiam opportunius;

item, lego sorori Geraldae de Fenolheto, sorori Geraldae Gayraudi, sorori Sorambis, monialibus monasterii de Vallenova, cuilibet earum viginti solidos turonenses;

item, lego sorori Giranzio Guiraude, sorori moniali monasterii b. Mariae Pruliani, et sorori Orpays [3] Gayrauda, ordinis Minoritarum conventus Carcassonnae, cuilibet earum triginta solidos turonenses;

item, lego omnibus filiolis meis masculis et femellis, die mei obitus viventibus, cuilibet eorum tres solidos turonenses;

item, lego Richardae, uxori quondam Guilhelmi Drucis, de castro Fanijovis, centum solidos turonenses;

item, lego Petro Isarni de Prato, de dicto castro Fanijovis, centum solidos turonenses;

item, lego, causa pietatis, mulieribus pauperibus puellis maritandis, habitantibus in castro Fanijovis, centum libras turonenses, dandas, solvendas et distribuendas ad agnitionem, voluntatem et distributionem tutorum [4] et terminis infrascriptis;

item, lego pauperibus puellis mulieribus maritandis in villa de Anchiora habitantibus, decem libras turonenses;

item, lego pauperibus puellis mulieribus de S. Amantio maritandis decem libras turonenses;

item, lego pauperibus puellis mulieribus maritandis [5] de Fortia Raymundi Ferrandi decem libras turonenses;

item, ego Raymundus Terreni, testator praedictus, gratis et ex certa scientia, recognosco et in veritate confiteor fore veniri Aladaïci, uxori meae filiaeque Stephani Gayraudi, domini de Balbianis, ibidem praesenti, me habuisse et in bona pecunia numerata [6] recepisse ab ipsa seu ejus patre, praedicta ratione et ex causa dotis suae, ducentas libras turonenses fortis monetae et de valore monetae nuptiarum quod sibi [7] assignavi in meis matrimonialibus instrumentis, quas quidem ducentas libras turonenses de dicto sponsalitio praedictae uxori de moneta et valore praedicta lego atque dono ad omnem suam suorumque voluntatem perpetuo faciendam, in vita pariter et in morte, sive matrimonium contrahat sive non;

item, lego eidem uxori meae condecentia sua alimenta de bonis meis honorifice in perpetuum, ad ejus vitam, dum tamen vitam vidualem servaverit et honestatem et steterit sine viro juxta statum et conditionem ejus personae et amicorum (*sic*) [8] meorum facultatem, videlicet in hospitio meo in quo habitare consuevi in castro Fanijovis, una cum liberis meis atque suis infrascriptis; in casu vero in quo dicta uxor mea non posset concordare cum liberis meis atque suis et cum eisdem nollet permanere et vellet se separare ab eis-

---

1. Ms : *sutores*. — 2. Ms : *tenuerit*. — 3. Ms : *Dipays*. — 4. Ms : *totius*. — 5. Ms : *manentibus*. — 6. Ms : *Mandada*. — 7. *tibi*. — 8. Ce passage est sans doute altéré.

dem, lego eidem uxori meae usum fructum et integram habitationem hospitii mei, in quo major (*sic*) cum toto viridario sibi contiguò et omnium aliorum hospitiorum ibi circumcirca contiguorum, ad totam ejus vitam vidualiter vivendo et non aliter fruitorum, infra castrum Fanijovis, prout concludunt[ur] juxta confrontationes quae sequuntur, primo videlicet dicta hospitia et viridarium affrontantur ex austro in via publica, a circo in briculerio (*sic*), a meridie in via publica et in tenentia Joannis Colomani, quae fuit olim maritale uxoris quondam Guilhelmi Dominici, ab aquilone in tenentia domini Raymundi Bels, militis;

item, lego praefatae uxori meae atque dono totum usumfructum omnium agreriorum et reddituum meorum quorumcumque, quae percipere consuevi apud Bellaplana et ejus pertinentiis pro indiviso cum aliis dominis agreriorum praedictorum et partem me contingentem omnium laudimiorum et foriscapiorum reddituum et agreriorum praedictorum, dum tamen vitam duxerit vidualem;

item, lego atque dono praefatae uxori meae, ad ejus vitam, vidualiter vivendo (ut supra), totum usumfructum triginta unius[1] sextariorum[2] frumenti vel circa censualium, cum suis dominiis directis, laudaminiis et foriscapiis inde provenientibus, quae percipio et percipere consuevi a diversis personis in castro Fanijovis, pro feudis quae a me et sub meo dominio in amphiteosim tenentur loco vocato *ad Comam Tolsanam*, alias vocato *ad Vineam Rodomam*;

item, lego atque dono dictae uxori meae totum usumfructum cujusdam malioli mei sciti infra pertinentias Fanijovis, loco vocato *ad passum Ricaudi* et nemoris sibi contigui;

item, lego atque dono eidem uxori meae totum usumfructum septem sextariorum, minus una quarta frumenti censualium, cum feudis, dominiis, directis, laudaminiis et foriscapiis quae percipio et percipere consuevi a diversis personis in castro Fanijovis, annis singulis, in festo Assumptionis beatae Mariae Virginis, pro feudis quae a me et sub meo dominio in amphiteosim tenentur, loco vocato *ad Clausum Pelissa*; quae omnia universa et singula supradicta, prout superius exprimuntur, praedicta uxor mea habeat, teneat, possideat et expleat, annis singulis, quantum ad usumfructum, cum suis dominiis, directis, laudimiis et foriscapiis, cum casus evenerit, ad suum commodum et utilitatem commutandis; et dictos proventus ac habitationem hospitiorum praedictorum, redditus et proventus pacifice percipiat, expleat et de toto usufructu omnium praedictorum suam faciat omnimodam voluntatem in perpetuum, stando in sua honestate et [dum] praedictam vitam duxerit vidualem;

item, volo, ordino atque mando quod praedicta uxor mea laudet et concedat, ex parte dominii et temporibus quibuscumque quascumque venditiones et alienationes quas fieri contigerit de feudis supradictis, et quaelibet eorumdem et foriscapia inde recipere et ad commodum suum et utilitatem ad ejus voluntatem, dum vixerit, et convenientiam;

item, lego eidem uxori meae atque dono ultra praedicta, stando vel non stando cum liberis meis atque suis, servando tamen et tenendo vitam vidualem, videlicet usumfructum et habitationem duorum hospitiorum meorum, in quorum uno morabatur Arnaudus Manentis postprius, et in alio morabatur Arnaldus Salas, quorum primum affrontatur ex austro in mea tenentia, a circio in batalheria, a meridie in via publica;

---

1. Ms : *mei.* — 2. Ms : *sextarii.*

aliud vero affrontatur ex austro in batalheria, a circio in tenentia Arnaldi de Fonte, a meridie in via publica;

item, lego dictae uxori meae usumfructum cujusdam nemoris sciti infra pertinentias castri Fanijovis, loco vocato *ad Nemora de Podialibus*, prout affrontatur de austro in mea tenentia, a circio in tenentia Comelli Joannis, a meridie in via;

item, lego eidem uxori meae usumfructum cujusdam terrae scitae infra dictas pertinentias, loco vocato *ad Maleolum Na Blancha*, prout affrontatur ex austro et aquilone in tenentia domini Raymundi Bels, a circio in tenentia Jacobi de Vallibus et Germani de Fenolheto, a meridie in tenentia Jordani Bernardi: praedicti fundi vero usumfructum [et] omnium praedictorum lego memoratae uxori, quamdiu vitam duxerit in humanis et steterit sine viro, de quo usufructu suam voluntatem faciat omnimodam. Post mortem vero ipsius uxoris meae vel si matrimonium contraheret, in quolibet casu praedictorum, perdet possessiones [quae] ad haeredem meum infrascriptum revertentur in plena proprietate et usufructu;

item, lego atque dono dictae uxori meae vasa argentea ponderis quatuor marcharum argenti, pro suis voluntatibus perpetuo faciendis;

item, lego atque dono dictae uxori meae duos lectos plumae bonae munitos et sufficienter ornatos ultra suos lectos dotales quos mihi attulit, pro suis voluntatibus perpetuo faciendis;

item, lego atque dono eidem uxori meae quatuor mapas, sex manutergia, unum tebetem, unam bonam concham de aram, ad omnem suam voluntatem perpetuo faciendam;

item, in casu in quo dicta uxor mea vellet stare per se vidualiter vivendo et nollet stare cum liberis meis atque suis, vel ipsi nollent stare cum ipsa, in eo casu lego ipsi uxori meae usumfructum trium doliorum tenentium quodlibet duo modia vini vel circa et usumfructum unius tineae ad vitam suam, dum steterit sine viro, volens et mandans quod praedicta uxor mea tanquam usufructuaria teneat, possideat et expleat ea omnia de quibus sibi legavi usumfructum ad totam vitam suam, dum autem vitam servabit vidualem et de usufructu praedicto suam voluntatem faciat omnimodam, modo et forma quibus supra. Et volo et mando quod dicta uxor mea non teneatur aliquam praestare cautionem de utendo, fruendo ad arbitrium boni viri, quoniam dictam cautionem ex certa scientia eidem remitto;

item, lego Stephano Andreae clerico de tunc (*sic*) quadraginta solidos turonenses;

item, lego Joannae, filiae quondam Petri Propis de Limoso, viginti quinque libras turonenses ad suum maritagium, alias non:

item, lego Guilhelmo Gimberti granifero meo, viginti solidos turonenses;

item, lego Caeciliae, uxori quondam Guilhelmi Novelha, quadraginta solidos turonenses;

item, lego Arnaldo Isarni seniori de castro Fanijovis quadraginta solidos turonenses;

item, lego dicto Bernardo de Amatis, presbitero de Bellisplanis, centum solidos turonenses;

item, lego Alpaychi, filiae meae, jure haereditariae institutionis, ducentas quinquaginta marchas argenti justi ac recti ponderis Tolosae ad suum maritagium et suum arnesium nuptiarum bene munitum [1] et orna-

1. Ms. *Min.*

tum. Si vero expediens videatur tutoribus et tutrici infrascriptis vel eorum alteri, volo, praecipio atque mando quod dicti tutores infrascripti et eorum quilibet per se possint augmentare de bonis meis dictam filiam meam, ultra praedicta de quinquaginta marchis argenti : et ita a me trecentas marchas argenti in quibus dictam filiam meam mihi haeredem instituo, volens et mandans quod dicta filia mea nihil plus possit petere in bonis meis, imo volo quod cum praedictis omnino contentetur de aliis bonis meis. Verum, si dicta filia mea decederet infra pupillarem aetatem vel sine matrimonio vel infra vicesimum annum sine libero vel liberis, in quolibet casu praedictorum haeredem meum infrascriptum eidem substituo:

item, lego Bernardo Raymundi Terreni, filio meo, jure haereditariae institutionis, ducentas libras turonenses in pecunia numeranda [1] eidem de bonis meis, semel solvendas per haeredem meum infrascriptum;

item, lego eidem filio meo, jure haereditariae institutionis, duos lectos plumae bene munitos et omnia bona mobilia et supellectilia ac omnia animalia quae erunt in boaria mea de Belloforti, die obitus mei, pro suis voluntatibus perpetuo faciendis;

item, lego dicto filio meo, jure haereditariae institutionis, quandam domum scitam infra castrum Fanijovis, loco vocato *ad portam Aymerici*, prout confrontatur ex austro in via publica et in tenentia Arnaldi Vasthonis barberii, a circio in tenentia Jordani Pulchrioculi, a meridie in batalheria, ab aquilone in via publica et in tenentia Arnaldi Vasthonis praedicti, pro suis voluntatibus perpetuo faciendis;

item, lego eidem filio meo, jure haereditariae institutionis, totum usumfructum boeriae meae de Belloforti et omnium ejus pertinentiarum et omnium redditiuum quos habeo et percipere consuevi in locis de Amancio, de Lauracobuco, de Anthioca, de S. Amancio et de fonte Yrcio inferiori et superiori. Et post mortem uxoris meae, si dictus Bernardus Terreni, filius meus, ei supervixerit, lego dicto filio meo usumfructum agreriorum meorum de Bellisplanis, quos quidem ususfructus idem filius meus habeat, percipiat et expleat ad ejus vitam, quousque habeat beneficium ecclesiasticum, quod valeat in redditibus annis singulis centum quinquaginta libras turonenses, dicto casu in quo habeat dictum ecclesiasticum beneficium et nisi habeat, post mortem suam, praedicta boaria et alii redditus praedicti ad haeredem meum infrascriptum vel ejus haeredes revertantur in plena proprietate et usufructu, volens et mandans quod dictus filius meus de omnibus aliis bonis meis cum praedictis omnino contentetur: nam ipsum in praedictis mihi haeredem instituo;

item, lego posthumo vel posthumis masculis, uni vel pluribus, si quem vel quos praefata uxor mea nunc gestat in ventre vel gestabit, tempore mortis meae, si ad lucem pervenerit vel pervenerint, cuilibet eorum, jure haereditariae institutionis, ducentas libras turonenses bonae et fortis monetae, computando prout supra declaratur, semel duntaxat eis eorum cuilibet de bonis meis exolvendas, et etiam totum usumfructum omnium proventuum agr[er]iorum mihi pertinentium in feudo meo seu boaria mea de Villagrassas, volens et mandans quod posthumus vel posthumi, unus vel plures praedicti, si ad lucem pervenerint, habeant, teneant et expleant dictum usumfructum agreriorum et proventuum de Villagrassas ad ejuslibet ipsorum vitam, cum suis dominiis, directis, laudamiis et foriscapiis ad eorum utilitatem et commodum committendis.

---

1. Ms. *Mandata.*

Si vero posthumus vel posthumi unus vel plures non apparuerint, praedictae ducentae librae turonenses et ususfructus praedictus ad haeredem meum, si vixerit, libere, revertentur ac etiam expedite in plèna proprietate et usufructu.

Si vero dicta uxor mea nunc est pregnans vel erit in futuro, tempore praedicto, de posthuma, supplico humiliter et devote religiosos viros dominos magistrum ordinis Praedicatorum, priorem provincialem presentem (*sic*) et dominam priorissam monasterii Pruliani qui nunc sunt vel pro tempore erunt, et omnes alios quorum interest vel interesse potest, ut dictam posthumam, si ad lucem pervenerit, cum erit aetatis ordinem religionis intrandi, in sororem monialem habitu beati Dominici indutam, in dicto monasterio Pruliani recipere et induere dignentur; et in eo casu in quo induta erit monacha dicti monasterii, lego eidem posthumae, si ad lucem pervenerit et ordinem praedictum intraverit, jure haereditariae institutionis, centum libras turonenses fortis et bonae monetae, praedictae eidem semel exsolvendas per haeredem meum infrascriptum et viginti solidos turonenses pro sua pensione annuali, quamdiu vixerit in dicto ordine, quolibet anno habendos et percipiendos, volens et mandans quod dicta posthuma in casu praemisso, cum praedictis omnino contentaretur de cœteris bonis meis, ita quod nihil plus petere possit in eisdem; nam in praedictis posthumam mihi haeredem instituo. Si vero, quod absit, praefati domini, quos humiliter supplicavi et adhuc devote supplico, praedictam posthumam in sororem monialem dicti monasterii Pruliani nollent acceptare et recipere recusarent vel ipsa dictum ordinem intrare nollet, in eo casu lego dictae posthumae, si ad lucem pervenerit, jure haereditariae institutionis, centum libras turonenses bonae et fortis monetae praedictae et... cum quibus alium intret ordinem et eo casu pro sua pensione centum solidos turonenses ad vitam, in quibus dictam posthumam mihi haeredem instituo, et sic de aliis bonis meis contentetur modo et forma quibus supra.

Et quia haeredis institutio est caput et origo ac totius testamenti fundamentum et ut in hoc meo ultimo ac solemni testamento nil substantiae desit, idcirco in omnibus aliis bonis et juribus meis, mobilibus et immobilibus, quaecumque sint et ubicumque, Ludovicum Terreni, filium meum legitimum et naturalem, mihi haeredem universalem facio et instituo. Verum, si dictus Ludovicus, filius et haeres meus, decederit (*sic*) infra pupillarem aetatem vel post infra viginti quinque annos absque libero vel liberis, uno vel pluribus, masculis ex suo corpore et de legitimo matrimonio procreatis, in quolibet casu, praedictum Bernardum Raymundum Terreni, filium meum fratremque suum eidem substituo, et volo quod sit et haeres; et si dictus Ludovicus filius meus, in quolibet casu praedictorum descederit cum filia vel filiabus, una vel pluribus, ex suo matrimonio procreatis et natis, eidem superstitibus, dictae filiae vel filiabus, uni vel pluribus, si in quolibet casu superstiterint, lego, jure haereditariae institutionis, cuilibet earum ducentas marchas argenti justi et recti Tolosae ponderis, ad earum maritagium et suum arnesium maritale. Si autem dictus Bernardus Raymundus Terreni, filius meus, dicto Ludovico, filio et haeredi meo, succedet vigore substitutionis praedictae et idem Bernardus Raymundus Terreni infra pupillarem aetatem decederet, vel aliquandocumque infra viginti quinque annos, absque libero vel liberis masculis, in eo casu posthumum masculum, si vixerit, fratri eidem, in quolibet casu praedictorum, substituo et volo quod sit sibi haeres; et nisi sit posthumus, Arpays, filiam meam eidem substituo. Et si idem Bernardus Raymundus Terreni decedat infra terminum supradictum, superstitibus sibi una [vel] pluribus filiabus ex suo legitimo matrimonio recta linea descendentibus, in

quolibet casu praedictorum dictae filiae vel filiabus, cuilibet earum, lego ducentas marchas argenti boni et recti ponderis Tolosae, ad ejus maritagium et arnesium nuptiale. Insuper, ordino atque mando quod, si dictus posthumus vel posthumi vel ille qui de dicta substitutione in casu praemisso gauderet, ut est dictum, cum liberis vel sine liberis, masculis vel femellis, decederet infra viginti quinque annos vel alias quomodocumque, quod ille ultimus qui gaudebit de dicta substitutione, possit ordinare in testamento vel alias de haereditate praedicta, prout suae placuerit voluntati.

Si vero praefati Ludovicus, Bernardus Raymundus Terreni, filii mei et posthumus vel posthumi et eorum quilibet descederent infra pupillarem aetatem et ab intestato sine liberis, in eo casu eis et eorum cuilibet substituo Raymundum Terreni, filium quondam Bernardi Terreni, pro tertia parte, et Petrum de Duroforti majorem diebus pro alia tertia parte et eorum liberos ex suo corpore procreatos masculos, et in alia tertia parte Christi pauperes castri Fanijovis, videlicet boariam meam de Villagrassas et territorium ejusdem et in omnibus pactionibus, dominiis, directis, laudiminiis et foriscapiis et aliis juribus ad dictam boariam meam de Villagrassas modo quolibet pertinentibus et pertinere debentibus quovismodo, in quibus praenominatos et eorum quemlibet, prout superius declaratur tertio mihi haeredes facio et instituo in casu praemisso [1].

Et insuper in eodem casu in quo omnes praedicti filii mei et posthumus vel posthumi decederent modo praemisso, ut est dictum, et post finem dictae uxoris meae et finito usufructu a me sibi per modum praedictum superius legato, volo, mando ac etiam ordino quod in meis hospitiis de castro Fanijovis in quibus moror, et aliis et viridario meis sibi contiguis, post finem dictae uxoris meae, construatur et aedificetur, ad honorem Dei et beatae Virginis Mariae, ejus matris, et Omnium Sanctorum unum monasterium et conventus ordinis fratrum Praedicatorum, et pro [2] construendo et aedificando dictum monasterium infra dictas domos meas et viridarium, cum omnibus suis pertinentiis, lego ad adjutorium dictae constructionis et aedificationis ejusdem, videlicet totum capmasium meum de Belloforti, cum omnibus hospitiis, castris, pratis, vineis, terris cultis et incultis, serviciis, jurisdictionibus, dominationibus, laudaminiis et foriscapiis, omnibus aliis juribus et pertinentiis suis undique, necnon et breviter omnia alia generaliter, quaecumque sint et ubicumque, quae percipio et percipere consuevi longe vel prope in et infra decimarium b. Joannis de Belloforti, dumtaxat in quibus domibus, viridario et capmasio et aliis juribus praedictis Ordinem Praedicatorum, qui nunc est et pro tempore erit, praefatis filiis meis et posthumo seu posthumis praedictis et eorum cuilibet substituo, in casu praemisso in quo omnes decederent sine liberis infra pupillarem aetatem vel alias quandocumque infra terminum praedictum, quo casu dictum Ordinem Praedicatorum in praedictis mihi haeredem substituo, sub tali tamen ordinatione et facto et conditione [3] hoc facio quod fratres Praedicatores, qui tunc erunt, in casu praemisso, infra unum annum post casum praedictum deventurum, ad requisitionem consulum castri Fanijovis, qui eo tempore erunt, incipiant facere aedificare et construere dictum monasterium et conventum intra dictas domos et viridarium et infra confrontationes superius expressatas. Quod si dicti Praedicatores hoc facere et incipere distulerint seu neglexerint unum annum post dictum casum deve-

---

1. Ce passage est sans doute altéré. — 2. Ms : *quod.* — 3. Dans l'interligne : *cancellavi « cum prænominatis conditione etc. »*

nientium, praedictam substitutionem, institutionem ac legatum praemissorum eisdem aufero et omnino eximo. Et in eo casu. praedictum monasterium et conventum fieri volo, jubeo atque mando per ordinem fratrum Minorum, post alium annum ex quo Praedicatores distulerint incipere, quo casu ordini fratrum Minorum dicta hospitia. viridarium, capmasium de Belloforti cum aliis supra proximo expressatis lego atque dono ex causis praemissis, Si vero etiam ordo fratrum Minorum, post alium annum praedictum, dictum monasterium et conventum non inciperent, ut est dictum, totum praedictum legatum eis aufero et dictum monasterium et conventum fieri volo, praecipio atque mando, [modo] et forma quibus supra, per ordinem beati Augustini, ad eorum usum, post alium annum ex quo fratres Minores incipere distulerint, requisiti per dictos consules modo ut est dictum. Et si ordo b. Augustini, infra annum eidem praefixum, incipere distulerint dictum monasterium et conventum, praedictum legatum eis aufero omnino. quo casu dictum monasterium et conventum fieri volo, jubeo atque mando per ordinem b. Mariae de Monte Carmelo, post alium annum ex quo ordo b. Augustini incipere distulerint in antea computandum. Volo [1] insuper, ordino atque mando quod ille ordo omnium praedictorum qui diligens fuerit in praemissis monasterio et conventu construendis et aedificandis, unus ordo post alium, prout superius declaratur, quod habeat. teneat perpetuo et expleat omnia et singula supradicta et ibi missas et alia divina officia in perpetuum celebrent pro anima mea et parentum meorum et totius mei generis, quoniam in casu praedicto dictum ordinem sic aedificatum, ut est dictum, in praedictis haeredem meum mihi facio et instituo dictisque filiis meis in casibus praedictis substituo.

Verum tamen, si omnes filii mei et Orpays, filia mea, et posthumus et posthumi et eorum quilibet, unus post alium decederit infra pupillarem aetatem, vel alias quandocumque infra dictum terminum sine liberis, substituo dictos ordines, unum post alium, ut supra declaratum, et in residuis aliis bonis Christi pauperes Fanijovis, scilicet in medietate reliquorum bonorum meorum, et in alia medietate Germanam, Raymundam et Rixendim. sorores meas praedictas vel earum liberos aequis portionibus inter ipsas vel earum liberos dividendis. Quantum ad medietatem praedictam, quo casu pars dictae Germanae post mortem suam revertatur Raymundae praedictae vel suis liberis, quo casu lego Raymundo Bobis de Castro Fanijovis viginti quinque libras turonenses. Quos quidem pauperes Christi pro medietate et dictas sorores meas vel earum liberos pro alia medietate. in casu praemisso. mihi haeredes universales facio et instituo.

Item, dono et deputo praefatis filiis meis et posthumo seu posthumis praedictis et eorum cuilibet in tutores et bonorum meorum et personarum gubernatores, videlicet Aladaicim, uxorem meam praedictam, et nobilem Bernardum Raymundi de Duroforti, domicellum majorem diebus praesentes et Raymundum Terreni, absentem de castro Fanijovis et tutelam hujusmodi in se suscipientes, quibus quidem tutoribus dono ac plenariam tribuo potestatem omnibus simul et duobus ex ipsis concordantibus, tertio contradicenti maxime [2] vocato vel etiam expectato, praedictos liberos meos et bona mea gubernandi, regendi et etiam ministrandi et etiam faciendi, dicendi et exercendi et generaliter omnia alia universa et singula cum officio

---

1. Ms : *Volens.* — 2. sans doute pour *Minime.*

tutelae praedictae dicendi, faciendi et exercendi quae ad officium tutelae pertinent et pertinere dignoscuntur, volens, mandans et ordinans omnia universa et singula acta, gesta, gubernata vel alias ordinata per dictos tutores omnes tres simul vel duos ex ipsis, contradicente tertio maxime [1] vocato vel alias expectato, valere ac si per me personaliter actum foret. Item, volo, ordino atque mando quod dicti tres tutores vel duo ipsorum concordantes, ut est dictum, solvant de bonis meis omnia legata a me superius facta, prout superius sunt distincta, locis et personis per me superius expressatis, videlicet inter et infra quatuor annos a tempore mortis meae in antea computandos. Et insuper, volo et mando ac etiam ordino quod praedicta uxor mea possit laudare ex parte dominii pro se, ut tutrix, aliis tutoribus praedictis maxime [1] vocatis nec etiam expectatis, omnes venditiones et alienationes quas de feudis meis fieri continget et foriscapium recipere ut tutrix de illis tamen de quibus non est usufructuaria et etiam alias quascumque venditiones et alienationes ad suum commodum et utilitatem ut usufructuaria, sicut superius declaratur, in quolibet casu superius nominatorum et expressorum. Et licet pro universis manumissionibus et legatis bona cujuslibet testatoris de jure sint tacite obligata, Raymundus ego, testator praedictus, expresse obligo et hypoteco omnes res meas et bona mea omnia pro omnibus et singulis manumissionibus et legatis etiam et relictis et vobis, Guilhelmo Thoulouze, publico notario infrascripto, pro omnibus universis et singulis personis et locis, quarum et quorum interest vel interesse potest seu poterit in futurum, ut publicae personae recipienti dictam obligationem et hipotecam ac solemniter stipulanti.

Hoc igitur esse volo meum ultimum testamentum seu mea voluntas ultima, quod vel quam valere volo et jubeo jure mei ultimi testamenti. Et si non valet jure testamenti, quod saltem valeat nomine codicillorum vel donationis causa mortis vel cujuslibet alterius suam voluntatem ultimam declarantis. Haec enim est mea ultima voluntas quam nunquam mutabo, revocaturus nihil, cassans et annullans omnia alia testamenta et codicillos per me hactenus facta sive factos, aut modo quolibet ordinatos et quos [pro] nullis, irritis et cassis habere jubeo nunc et semper, isto instrumento in sua plenissima firmitate perpetuo remanente, concedens etiam de praemissis per vos, notarium subdictum, cum omni juris solemnitate fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta, unum vel plura de praedictis, juxta consilium ac dictimam (*sic*) per te meis sumptibus requirendum, testamento in formam publicam jam scripto vel etiam non scripto, producto in judicium vel extra vel non producto, cujusvis volueris sapientis praesentis instrumenti sententia reservata et in aliquo non mutata et cuique legatario et loco factum publicum instrumentum de legato sibi facto sive ordinatione de clausula sibi pertinente vestra propria auctoritate requisitus per ipsos, absque alicujus superioris auctoritate, licentia vel consensu [2].

Actum fuit hoc testamentum in domo habitationis Raymundi Terreni, testatoris praedicti, anno et die quibus supra, in praesentia et testimonio testium infrascriptorum ad haec specialiter vocatorum et rogatorum per dictum testatorem, videlicet Arnaldi Vastonis, Joannis Vastonis, ejus filii, barberiorum, Joannis de Lauraco, servientis, Arnaldi Belha Quindecim-linguarum, Raymundi Bobis, Bernardi Scuderii de castro Fanijovis, Stephani Andreae Clerici de Cruce, habitatoris in dicto castro, et magistri Guilhelmi Thoulouze, de dicto

---

1. sans doute pour *Minime*. — 2. Cette fin de phrase est obscure peut-être parce que la copie est fautive.

castro Fanijovis, publici auctoritate regia notarii. qui requisitus de praemissis hanc chartam recepit et in suo prothocollo registravit.

Quam quidem chartam ego, Petrus de Salariis de Rupeforti, habitator dicti castri Fanijovis, publicus authoritate regia notarius, eodem magistro Tolosa defuncto, per venerabilem et discretum virum dominum Joannem de Rogerio, licentiatum in legibus, judicem ordinarium Tolosae ac procuratorem venerabilis et discreti viri domini magistri Jordani Blancheti, dicti domini nostri regis secretarii, subrogatus de nece dicti notarii defuncti [1], licet cancellata facto per venerabilem et discretum virum dominum Bernardum Fagusi (*sic*) baccalaureum in legibus, judicem Lauragesii domini nostri Francorum regis, cujus quidem mandati tenor talis est:

544 *Castelnaudary, 19 septembre 1365.*

Le juge du Lauraguais ordonne au notaire de Fanjeaux, Pierre de Salariis de donner à Rixende, copie du testament de son frère, Raymond Terreni.

« *Bernardus Fuguoi* (sic), *baccalaureus in legibus, judex Lauragesii domini nostri Francorum regis, magistro Petro de Salariis, notario regio Fanijovis, salutem.* Ex parte nobilis Rixendis, uxoris relictae nobilis Bernardi Daura cohaeredisque nobilis Raymundi Terreni, domicelli quondam dicti loci Fanijovis, nobis propositum extitit quod dictus Raymundus Terreni, frater suus, quondam suum condidit ultimum testamentum per magistrum Guilhelmum Tolosae, notarium quondam dicti loci, receptum, cujus libri et rotuli vobis collati dicuntur. Sane, cum dicta proponens asserueratse valde indigere copia dicti testamenti tam pro conservatione juris seu quo ad sciendum quae legata et alia bona, praetextu dicti testamenti, solvere et supponere teneretur, quae facere minime [2] potest, ut asserit, nisi prius habita copia antedicta, dataque fuerit potestas, ut dicitur, dicto notario defuncto per dictum quondam testatorem quod posset facere unum et plura publica instrumenta de eodem et cuilibet legatario de clausulis ejusdem sibi pertinentibus modo super iis remedio implorato, vobis mandamus quatenus solvat [3] et notulas dicti quondam notarii defuncti in manus, licet cancellatas, si quas habetis, videatis, inspiciatis et intra easdem dictum testamentum perquiratis et indagetis ; et si illud intra easdem reperire poteritis, copiam a nece ejusdem, sive fuerit cancellata sive non, assumatis et in mundum redigatis et eidem proponenti, si et prout sibi pertinere noveritis, restituatis, satisfacto vobis de vestro salario moderato habitoque a dicta proponente corporali juramento per ipsam super sancta quatuor Evangelia prestito, quod dictam copiam pacis [4] ex causis praedictis, et fraude et dolo et malitia cessantibus quibuscumque. Datum Castrinovi, die decima nona septembris anno Domini millesimo trecentesimo, sexagesimo quinto... probatio fideli habito primitus de dicta proponente corporali juramento per ipsam supra sancta Dei quatuor Evangelia praestito quod dictam copiam pacis non quod conservaretur juris

1. Ce passage est inintelligible sans doute parce que le copiste l'a altéré. — 2. Ms : *maxime.* — 3. Dans plusieurs de ces passages le texte est certainement altéré. — 4. Même observation que plus haut.

sui quam ad sciendum quae legata praetextu ejusdem testamenti solvere et supponere teneretur [1], sumpsi, scripsi in duabus pellibus [seu potius] pergameni, simul conjunctis et conglutinatis una cum alia, quarum prima petia dicti pergameni incipit in secunda linea *talitatis* et finit *in eadem* : in penultima linea dicta prima petia dicti pergameni incipit *eodem* et finit in eodem *et*; in secunda vero petia dicti pergameni incipit in secunda linea *nuptiale* et finit in eadem *viginti quinque*. Et in septuagesima sexta linea a principio computando, post illud verbum *gestat*, omisi scribere *in ventre*. Et in centum et nona linea a principio computanda, post illud verbum *pacto*, cancellavi *cum praenominatis et conditione*, et in centum et nona linea ab ista praesenti superius computando, post illud verbum *quandocumque*, cancellavi *cum praenominatis vel alias quandocumque*. Et in principio tricesimae sextae lineae ab ista praesenti superius computanda, post illud verbum *casu*, cancellavi *cum praenominatis et in eo casu*. Et in decima octava linea ab ista praesenti superius computanda, post illud verbum *Fanijovis*, omisi scribere *publicus authoritate regia notarius signoque meo consueto signavi*.

Copie : (du 18e siècle) en notre possession [2].

545-548 1426-1427.

Enquête faite au nom du roi Charles VII sur les revenus du monastère de Prouille.

[3]..... Tenores vero dictarum litterarum articulorumque predictorum et depositionum testium supramencionatorum seriatim suo ordine subsequuntur :

546 *Bourges, 27 février 1425-1426.*

Charles VII ordonne a ses généraux des finances de faire une enquête sur les revenus de Prouille et de taxer le monastère d'après ses revenus actuels.

« *Charles, par la grâce de Dieu roy de France a nos amez et feaulx les generaulx conseillers sur le fait et gouvernement de noz finances en nostre pais de Languedoc, salut et dilection.* Humble supplication des pauvres religieuses de Prolha, en diocèse de Saint Papol, en nostre senechaucié de Tholouse, avons receue contenants que elles sunt recluses, gentils femmes servans à Dieu solitairement, sans partir de leurs selles ou cloistre qui anciennement, pour leur vie avoir en leur dit cloistre, furent fundées, bian logées ou doutées de belles rentes selon la situacion du pais ; mais pour les grans mortalités qui sont esté ou pais ou sont assises leurs revenues, ont esté par tout tems et entierement, leurs dittes revenues et rentes sont moult diminués et tellement que a peines ont elles eu, depuis certain temps en çà, de quoy avoir leurs robes ne soutenir leurs

1. Même observation que plus haut. — 2. A la dernière page de cette copie se trouve ce résumé : *Fanjaux, liasse première*, n° 2. *Copie des actes d'achat de la maison de Durfort et du testament de M. de Terré, portant fondation du couvent de Fanjaux.* — 3. Le commencement de l'acte fait défaut.

habitations, maisons et manoirs a eulx appendans, et combien que ja pieça par noz sains pères les papes et aussi par nos processors roys de France et par expres privileges a celles octroiez, elles feussent exemptées et afranchies de tous desiesmes, toutesfoiz depuis certain temps en ça, depuis lequel a nostre feu seigneur et père, auquel Dieu pardoint, et a nous ont esté octroiez plusieurs desiesmes, icelles poures supplicans pour iceulx ont esté plusiers foiz imposées aulx disiesmes entiers, selon leur fondacion et dotacion ancienne, sans avoir regart aux diminutions de leurs dittes rentes; et de présent et pour ce darrenier disiesme ou équivalent avons octroié par les gens deglise de nostre pais de Languedoc, sont imposées ou doubtent d'estre imposées ou dit taux ancien. sans ce que on ait regart a la diminution de leurs dites rentes qui sont ainsi diminuées que dit est; pour laquelle chose, se paier leur failloit icellui disiesme ainsi imposé ne ceulx que au temps avenir on leur pourroit imposer audit ancien taux, il leur fauldroit partir leurs selles et mendier ou vioure comme seculières aval le monde, qui leur est deffendu, en nous requérant sur ces choses noz grâce et provision. Nous, ces choses consideries, desirant la perfection du bien et la complissement du bien pour lequel icelles supplicans sont ainsi recluses, et afin que nous soions participans en leur bienfaiz et oiraisons, vous mandons et pour ce que a vous apartient de ce la cognoissance, commandons et estroitement enjoingnons que vous vos informez bien et diligemment de et sur la diminution des rentes et revenues dicelles supplicans et ce fait, eue par vous consideration et regard a leur ancienne fundacion, a la charge quelles ont tant du divin service que autrement, tauxez et imposez icelles supplicans pour leur quote et portion du dit dixiesme ou esgualement a celle somme que vous verrez estre a faire: lequel taux vous leur notifierez et a icellui paier et non autre les contraignez ou faites contraindre, ainsi que en tel cas est acoustumé de faire; et lequel taux est impost par vous ou vous commis mis et imposé ausdiz supplicans, nous voulons valer et tenir pour le temps presant et avenir, sans ce que a cause dicellui disiesme ou disiesmes mis ou a mettre sus pour le temps avenir, elles soient tenues de payer autre ne plus grand quote ou impost que celle que par vous ou vos diz commis, la dicte informacion par vous veue, leur sera tauxée et ordonnée. Et par ces presentes voulons le receveur ou receveurs desdits Xme ou X^mes^ mis ou a mectre sus, en reportant ces persentes au vidimus dicelles, fait soubs scel real ou auctentique, en rendant compte et recevant dicelles supplicans le taux que tauxé vous aurez, estié et demaniez quittes et descharges dudit Xme ou X^mes^ a icelles supplicans imposées, quelque au temps ancien leur ait esté imposé par noz amez et feaulx gent de nous comptes, auxquels nous mandons que ainsi le facent sans contradition, difficulté aucune, non obstant quelconques ordonnances, mandemens ou deffenses et lettres subreptices a ce contraires. Donné a Burges le xxviie jour de fevrier, lan de grâce mil CCCC vingt-cinq et de nostre règne le quart. »

Par le roy a la relation du conseil,

POUSY.

547 *12 juin 1427.*

Les généraux des finances du Languedoc chargent de l'enquête Pierre de S. André, procureur du roi dans la sénéchaussée de Carcassonne.

« *Les généraux conseillers du roy nostre sire sur le fait et gouvernement de toutes les finances au pays de Languedoc a mestre Pierre de Saint-Andrieu, procureur du roy nostre dit sire en la senechaucié de Carcassonne, salut.* Par nous veues les lettres du roy nostre dit sire ausquelles ces presentes sont attachées soubs lun de nos signez, faisant mention des religioses de Prolha, ou diocese de Saint Papol, vous mandons que sur le contenu en icelles vous informez bien au vray et, ce fait, nous renvoiez feablement cloz et scellé soubs vostre seing manuel ce que fait et trouvé en aurez pour pourvevoir ausdites religieuses comme il appartiendra : pour raison de ce fere, vous donnons povoir, mandons et comandons a tous les justiciers, officiers et subgiez du roy nostre dit sire que avons en ce //////, obeissent et entendent diligemment. Donné soubs nos signez le XIIe jour de juing, lan MCCCCXXVII. »

TOSSET.

Ad conformandum animum vestrum metuendorum dominorum generalium consiliariorum super facto Mémoire du s dic de Prouill
et gubernatione financiarum regiarum in patria lingue Occitane per dominum nostrum Francorum regem ordinatorum commissorumque in hac parte, auctoritate regia depputatorum seu cujuscunque alterius in hac parte per metuendas dominationes vestras subrogaturorum, ut evidenter et manifeste constet et appareat literas regias per vos et vestrum quemlibet fore exequendas, taxacionemque decime seu decimarum de qua seu quibus in eisdem literis fit et habetur mentio, de novo fore faciendam et ut vobis constet animique vestri sint informati de paupertate et diminutione reddituum et proventuum et aliorum jurium et emolumentorum quos et que nobiles et honeste religiose sorores, moniales monasterii b. Marie de Prulhiano, diocesis S. Papuli, infra senescalliam Tholosanam situati, antiquitus solebant recipere ad causam fundacionis dicti earum monasterii inclinarique debeatis ad anichilationem seu saltem congruam diminutionem taxationis decime de presenti currentis et aliarum decimarum pro tempore futuro cursum habiturarum, si que concedi debeant vel apparebunt in futurum concedi per prelatos et alias gentes ecclesiasticas patrie lingue Occitane dicto domino nostro regi, et alias per vos seu vestros commissarios et subrogatos dicte littere regie debeant intimari et exequi, secundum mentem formamque et tenorem ipsarum, pars sindici dicti monasterii et sororum monialium ejusdem monasterii, sub regimine et gubernatione ordinis fratrum Predicatorum existencium, ad fines predictos et alios meliores quos potest et debet, dicit que sequuntur :

I Et primo dicit quod a fundacione dicti monasterii citra et per ipsum tempus, a qua fundacione citra sunt lapsi ultra IIcL anni, dicte sorores moniales semper fuerunt et sunt solite esse et fuisse ordinis sancti Augustini et regi et gubernari secundum instituta et sub cura fratrum Predicatorum vivere.

II Item, dicit quod dicte sorores moniales pro majori parte sunt nobiles et de nobili genere procreate, que secundum eorum votum et secundum instituta et ordinationes dicti monasterii dicte sorores fuerunt et sunt solite esse recluse et murate infra dictum monasterium et nunquam a claustro vel reffectorio dormitorioque

et ecclesia et aliis hedifficiis, infra ceptra eisdem assignata, exeunt neque exire consueverunt, ymo usque ad finem mundi de dicto monasterio non exient donec venerit illa vox : « *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* »

III Item, dicit quod dicte sorores sic infra predicta ceptra dicti monasterii sub cura et doctrina dictorum fratrum Predicatorum degentes, semper vel quasi nocte et die continue serviunt et servire et famulari consueverunt Domino nostro Jhesu Xristo et ejus b. Marie genitrici et aliis sanctis paradisi orationibus et aliis divinis officiis continue et sine aliquali intermixcione vaccando multum sanctimonialiter et devote.

IV Item, dicit quod, attentis continuis orationibus et aliis divinis officiis quibus dicte sorores preterite et que de presenti in dicto monasterio sunt recluse et immurate, vacant et vacare consueverunt, domini nostri summi pontifices qui retrolapsis temporibus fuerunt, ut melius et favorabilius Domino nostro Jhesu Xristo servirent et famularentur, plures redditus spirituales et ecclesias eisdem dederunt et concesserunt perpetuo per eas tenendas et possidendas sub regimine et cura dictorum fratrum Predicatorum.

V Item, dicit quod inter ceteros redditus et proventus spirituales et ecclesias quos et quas dicti domini nostri summi pontifices eis in perpetum dederunt et concesserunt, sunt et fuerunt ac esse consueverunt ecclesie parrochiales b. Marie Virginis loci de Villafrancha Lauraguesii, b. Marie de Forcia Ferrandi et eciam b. Martini loci de Fenolheto et sanctorum Juliani et Basilisse loci de Bromio.

Item, dicit quod redditus et proventus spirituales dictarum ecclesiarum antiquitus solebant valere omnes insimul ultra summam II^{m} librarum turonensium, de quibus redditibus et proventibus spiritualibus dicte sorores et alii in dicto monasterio degentes et servientes, honoriffice vivere solebant, seque induere, calciare et salaria servitoribus et nuntiis et mancipiis et aliis personis eis necessariis solvere et satisfacere.

VII Item, dicit quod, attentis laboribus quos dicte sorores continue exhibere consueverunt in deserviendo orationibus et aliis divinis officiis, domini nostri summi pontiffices, specialiter sancte memorie dominus Benedictus papa XI, eisdem sororibus, presentibus tunc et futuris, indultum concesserunt ut ad prestandum decimas de quibuscumque possessionibus et aliis omnibus earum bonis, que tunc habebant et in futurum adquirerent, vel subventionem quamcumque aut ad contribuendum in exhactionibus vel collectis aut decimis seu subsidiis aliquibus per litteras sedis apostolice aut legatorum vel ordinariorum aut nunciorum ipsorum seu rectorum terrarum vel regionum quascumque impetratas vel etiam impetrandas, minime tenerentur, nec ad id cogi possint, etiamsi in hujusmodi sedis ejusdem contineatur litteris quod ad quevis exempta vel non exempta loca vel monasteria se extendant ; quod privilegium dictus dominus Benedictus papa XI eisdem sororibus concessit Laterani, ydus marcii, pontifficatus sui anno primo.

VIII Item, dicit quod ex post bone et sancte memorie dominus Clemens papa VII predictum privilegium, indultum et concessionem predicta rata et grata habens, illa auctoritate apostolica, ex sui certa scientia, confirmavit, inhibendo districtius omnibus et singulis legatis et nunciis dicte sedis, presentibus et futuris, et locorum ordinariis necnon collectoribus et subcollectoribus per eedem ipsam aut legatos et nuncios predictos vel alios quoscumque ad levandas, petendas vel exhigendas a personis ecclesiasticis provincie Tholosane decimas, tallias, collectas aut subventiones seu subsidia quecumque deputatis et deputandis, ne a dictis priorissa et sororibus vel monasterio earum seu priore, administratoribus et procuratoribus suis decimam de dictis bonis et possessionibus ac rebus aliis que tunc possidebant et possiderent in futurum, aut tallias, col-

lectas, subventiones vel subsidia quecumque petere, exhigere, levare aut imponere, contra tenorem indulti dicti domini Benedicti pape XI, predecessoris sui, et concessionis tenorem quomodolibet presumant aut ipsas vel priorem, administratores aut procuratores predictos, occasione decimarum, procuracionum, talliarum, collectarum, subvencionum, subsidiorum per ipsum dominum Clementem septimum et successores suos Romanos pontiffices seu legatos et nuncios predictos aut alios quoscumque in dicta provincia impositarum vel imponendarum inquietent, molestent seu perturbare presumant et quidquid in contrarium fieret, irritum decrevit et inane; alioquin, si quis in contrarium attemptare presumeret, indignationem Omnipotentis [Dei] et beatorum Petri et Pauli incurreret; quam confirmationem idem dominus Clemens VII dictis dominabus priorisse et sororibus concessit apud Castrum novum, Avinionensis diocesis, nono kalendas octobris, pontifficatus sui anno quinto.

IX Item, dicit quod eciam expost sancte memorie dominus Benedictus papa XIII, in hobediencia sua, existens in Saona, nona februarii pontifficatus sui anno XII, dictis dominabus priorisse et sororibus indultum sive privilegium eis concessum per dictum dominum Benedictum XI et confirmatum per dictum dominum Clementem VII, confirmavit, et de novo eis indulsit ut ad prestationem decimarum de quibuscumque possessionibus et omnibus aliis bonis earum, que in presenti haberent et in futurum acquirerent, seu ad exhibendum annuum redditum sive censum diocesanis episcopis necnon pedagia, tholonea et alias exhactiones quibusvis regibus seu aliis personis secularibus, et etiam ad dandum et solvendum procurationes aliquas legatis vel nunciis apostolice sedis sive ad decimam vel aliam portionem aut subventionem aliquam de earum proventibus cuiquam exhibendas, vel ad contribuendum in exhactionibus vel collectis seu subsidiis aliquibus minime tenerentur, nec ad id per litteras sedis ejusdem vel legatorum ejus vel quorumcumque aliorum, etiamsi in eisdem literis contineatur expresse quod quevis exempta vel non exempta ipsius sedis indulgentie non obsistat, nullathenus compelli valeant.

X Item, dicit quod recolende memorie dominus Johannes papa XXIII predicta indulta et alia per summos pontiffices, predecessores suos, data et concessa, auctoritate apostolica confirmavit et ea rata et grata habuit, Rome apud S. Petrum, quarto kalendas julii, pontifficatus sui anno tertio.

XI Item, dicit quod inclite recordacionis illustrissimus et christianissimus princeps, dominus Philipus, condam Dei gratia Francorum rex, promotus divine pietatis inthuitu et pro sue et progenitorum suorum animarum remedio et salute, concessit dictis religiosis, priorisse et conventui sororum monasterii de Proliano quod ipse, racione bonorum suorum decimalium vel aliorum quorumque ad dictum monasterium pertinencium, ubicumque consistencium, vel alia ratione, ad contribuendum, solvendum vel exhibendum aliquid in talliis, financiis, subvencionibus vel collectis pro ipso vel successoribus suis in regno Francie in antea faciendis, occasione exercitus vel etiam cavalcate aut alias quoquomodo minime compellerentur, sed ipse cum gentibus suis a talibus de cetero essent immunes, prout in litteris suis super hoc concessis apud Bitteris, anno Domini M°CCC° tertio, mense februarii, continetur.

XII Item, dicit quod etiam inclite recordationis et bone memorie dominus Karolus, Dei gratia Francorum rex, pater domini regis moderni, cujus animam parradisus possideat, dictas literas dicti domini Philipi, condam predecessoris suis, et contenta in eisdem, ratas et gratas firmaque et rata habens, eas et ea voluit et laudavit et confirmavit, mandans senescallis Carcassone, Tholose et Bellicadri necnon electis super facto

juvaminum per guerram cursum habentium ceterisque justiciariis et officiariis suis modernis et posteris, aut eorum loca tenentibus et cuilibet ipsorum quatenus dictas priorissam et sorores monasterii prefati de Prulhiano gratia et confirmatione predictis uti et frui paciffice faciant et permittant, ipsas in contrarium nullathenus molestando aut a quoquam molestari permittendo, prout in litteris super hoc per dictum condam dominum regem concessis Parisius, mense octobris, anno Domini M°CCCC°VIII°, continetur.

XIII Item, dicit quod expost concessionem dictarum litterarum tam apostolicarum quam regiarum concessarum, mencionem de dictis indultis et privilegiis facientium de non solvendo dictas decimas et alias exhactiones impositas et imponendas per dictos summos pontifices eorumque legatos et nuncios et etiam per dictos dominos Francorum reges, occasione decimarum eis concessarum super gentes ecclesiasticas per prelatos dicti regni Francie, dicte domine priorissa et sorores monasterii predicti de Prulhiano earumque prior, procuratores, sindicus et administratores sunt et fuerunt et esse consueverunt quiti et immunes a solucione predictarum decimarum per prelatos regni Francie dicto domino nostro regi concessarum super gentes ecclesiasticas patrie lingue Occitane; et si apparere possit ipsas seu earum sindicum seu administratores ad dictas decimas solvendas fore compulsos per legatos vel nuncios sedis apostolice vel alias gentes regias, tales compulsiones fuerint revocate et ad nichilum redacte, pignoraque occasione dictarum decimarum capta fuerint, eisdem priorisse et sororibus seu earum priori, sindicoque vel admininistratori restituta tam vigore litterarum dictorum dominorum legatorum vel nunciorum sedis apostolice quam eciam vigore litterarum aliorum exequtorum auctoritate regia ad exhigendas prehensasque decimas deputatorum.

XIV Item, dicit quod a tempore citra et per ipsum tempus quo dicte religiose priorissa et sorores dicti monasterii de Prulhiano fuerunt ibi assignate per beatum Dominicum, ordinis ipsarum fundatorem ac etiam ordinis dictorum fratrum Predicatorum, sub regula b. Augustini, dicte sorores religiose, ut predictum est, fuerunt et sunt ab una parte dicti monasterii murate et, ad verius dicendum, perpetuo incarcerate taliter quod secundum fundacionem, votum et regulam ipsarum, nunquam usque in finem mundi possunt ac valent a dicto monasterio exire, ymo perpetuo sunt et esse consueverunt et erunt ibi murate, ab alia vero parte dicti monasterii et extra muros dictarum sororum manent et mansionem habitacionemque habent et habere consueverunt religiosi viri prior, confessores et alii fratres Predicatores, servitores et alie persone necessarie ad regimen et gubernationem personarum et bonorum dictarum priorisse et sororum religiosarum infra partem dicti monasterii muratarum et incarceratarum perpetuo, ut predictum est.

XV Item, dicit quod dicti religiosi prior et fratres Predicatores a parte alia dicti monasterii residere et habitare consueti, habent eorum ecclesiam, claustrum, reffectorium et dormitorium et alia officinia pro ibi morando necessaria, infra quam ecclesiam ipsi fratres prior et alii religiosi, qui sunt et esse consueverunt communiter numero sexdecim personarum, consueverunt dicere et celebrare matutinas, missam, vesperos completoriumque et alia divina officia, prout et quemadmodum dicte religiose priorissa et sorores consueverunt infra earum ecclesiam et ceptra singulis diabus et noctibus, horis tamen condecentibus secundum ritum et solempnitatem aliarum ecclesiarum infra Romanum pontifficatum, ad honorem D. N. J. X. et ejus sancte fidei catholice constructarum.

XVI Item, dicit quod infra claustrum domosque et ceptra dictarum sororum antiquitus solebant esse pro divino cultu celebrando ultra centum sorores de nobili genere procreate pro majori parte earum, hodiernis

vero temporibus adhuc ibi sunt et vivunt honeste casteque et debite sexaginta tres sorores et si adhuc plures reperirentur,qui sic dictum monasterium vellent ingredi,ibi reciperentur ad vivendum et ad cultum divinum celebrandum et faciendum regulam b. Augustini, sub cura tamen et doctrina dictorum fratrum Predicatorum, sicut fieri est solitum.

XVII Item, dicit quod, ultra numerum dictarum sexaginta trium sororum et aliorum religiosorum fratrum Predicatorum, qui, ut predictum est, cum venerabili priore dicti monasterii sunt et esse consueverunt, numero sexdecim personarum, morantur et morari consueverunt infra dictum monasterium, pro negotiis et operibus dicti monasterii peragendis, quadraginta homines et ultra, computatis fratribus, donatis et aliis personis laycis ad opera et negocia dicti monasterii necessariis.

XVIII Item, dicit quod eciam infra alias grangias, boriasque et domos extra dictum monasterium situatas in diversis partibus tam senescallie Tholosane quam senescallie Carcassonensis nomine dictarum priorisse et sororum, pro negociis et operibus et terris vineisque et campis cultivandis et laborandis, morantur et morari consueverunt, expensis dictarum priorisse et sororum religiosarum, ultra quam quinquaginta persone layce, prout hoc est notorium et manifestum.

XIX Item, dicit quod ad causam dictorum operum et negociorum dicti monasterii grangiarumque et boriarum et aliarum domorum et habitacionum ejusdem, dicte domine priorissa et sorores solverunt et solvere consueverunt, singulis annis, personis conducticiis in dictis monasterio, grangiis et boriis morantibus, ultra panem et vinum lignaque et alia pro eorum victu necessaria, pro salariis eorum summam octingentarum librarum turonensium et ultra.

XX Item, dicit quod ad causam spiritualitatis ecclesie parrochialis de Fanojove, cujus ipse patrone existunt, pro cura animarum dicte parrochialis ecclesie, ipse domine priorissa et sorores habent dare et solvere, singulis annis, vicario perpetuo dicte ecclesie nonaginta et sex sextaria bladi et triginta novem sarcinatas vini, medietatemque lucri sepulturarum in eadem ecclesia provenientes et omnes alias oblaciones in eadem ecclesia provenientes, licet redditus quos ibi recipiunt ad causam dicte spiritualitatis, non valeant ultra tres centas (*sic*) libras tur. vel circa.

XXI Item, dicit quod ad causam spiritualitatis ecclesie b. Martini ville Limosi, dicte domine priorissa et sorores, pro cura animarum dicte ville, habent et habere consueverunt ibi vicarium perpetuum qui, annis singulis, percipit ab eisdem priorissa et sororibus pencionem valentie viginti duarum librarum ac etiam ultra dictum vicarium et ejus servitores, habent ibi tenere propriis expensis septem sacerdotes et quatuor alias personas pro celebrandis ibi nocte et die divinis officiis, quorum expense assendunt singulis annis summam ducentarum librarum tur. vel circa, licet redditus quos ibi recipiunt non valeant ultra summam quadringentarum librarum tur.

XXII Item, dicit quod ad causam spiritualitatis ecclesie parrochialis b. Marie loci de Villafranca Lauragnesii, dicte sorores habent et tenentur ibi tenere vicarium perpetuum pro cura animarum dicti loci, qui singulis annis recipit a dictis priorissa et sororibus summam sive valorem centum librarum turonensium, licet redditus quos ibi percipiunt de presente non valeant ultra valorem ducentarum librarum tur. vel circa.

XXIII Item, dicit quod eciam ad causam spiritualitatis ecclesie b. Marie loci de Forcia Ferrandi, dicte priorissa et sorores habent et tenentur ibi habere et tenere unum vicarium perpetuum pro cura animarum parrochia-

norum dicti loci, qui annis singulis percipit et percipere consuevit pencionem valentem XXV libras tur. vel circa, licet redditus et proventibus quos ibi percipiunt ad causam dicte spiritualitatis non valeant ultra summam XL^a librarum tur. vel circa.

XXIV Item, dicit quod eciam ad causam spiritualitatis ecclesie parrochialis b. Martini loci de Fenolheto, dicte domine priorissa et sorores habent et tenentur ibi tenere unum vicarium perpetuum pro cura animarum parrochianorum dicti loci, qui singulis annis recipit quasi omnes redditus spirituales pertinentes ad ipsas et earum monasterium de Prulhiano, et vix ad partem ipsarum redditus spirituales dicti loci valent XVI sol, XX sestaria frumenti, soluta pencione que annis singulis debetur dicto vicario.

XXV Item, dicit quod eciam ad causam spiritualitatis ecclesie Sanctorum Juliani et Basilisse loci de Bromio, diocesis S. Papuli, dicte domine priorissa et sorores habent et tenentur ibi habere et tenere unum vicarium perpetuum pro cura animarum parrochianorum dicti loci, qui, annis singulis, percipit et percipere consuevit pencionem valentem sex viginti libras turonensium vel circa, licet redditus et proventus quos ibi percipiunt ad causam spiritualitatis, non valeant summam ducentarum librarum tur. vel circa.

XXVI Item, dicit quod, licet antiquitus dicte religiose, priorissa et moniales dicti monasterii de Prulliano, perciperent ad causam spiritualitatis dictorum locorum et ecclesiarum parrochialium eorumdem, in redditibus et proventibus valentibus ultra summam duorum millium librarum turonensium, hodie tamen, deductis pensionibus vicariorum perpetuorum predictorum et aliis expensis que necessario sunt fiende ad recollectionem et perceptionem dictorum proventuum et reddituum, ipsi redditus seu proventus non valent summam mille librarum turonensium, prout eciam reperiri poterit per libros compotorum et racionum dicti monasterii, quos libros offert se paratum exhibere vobis, dominis generalibus seu comissariis per vos deputatis.

XXVII Item, dicit quod, licet antiquitus et antequam dicti domini summi pontifices et domini Francorum reges supranomitati concessissent dictis religiosis priorisse et sororibus privilegium et indultum de non solvendo decimas aliquas, impositas super gentes ecclesiasticas patrie lingue Occitane, ipse religiose tenerentur solvere pro qualibet decima imposita secundum quotam et portionem ipsas tangentem, juxta valorem reddituum dictarum ecclesiarum parrochialium, quorum patrone existunt, C libras tur., tamen, hodiernis temporibus, tam propter mortalitatem gentium et pestilentias et sterilitates fructuum, quam propter guerras et alia infinita inconvenientia que in partibus lingue Occitane et potissime in partibus in quibus dicte ecclesie et redditus sunt fundati, eveniunt et contingunt de anno in annum, propter quod dicti redditus et proventus sunt valde diminuti, ipse priorissa et sorores, attentis etiam expensis quas necessario habent facere pro victu, calciatu, vestitu ipsarum et salariis aliarum personarum morancium in dicto monasterio et aliis grangiis et boriis, et propter reparationes necessario, annis singulis, fiendas in hedificiis dicti monasterii et aliarum grangiarum, boriarum, domorum ejusdem, assendentes, una cum alia, ad summam C librarum turonensium et ultra, et propter salaria et pentiones advocatorum, procuratorum, notariorum et aliorum curialium que necessario habent solvere, annis singulis, pro litibus quas habent in diversis curiis spiritualibus et temporalibus, pro deffensione et thuitione jurium et reddituum dicti monasterii, assendencium, anno quolibet, summam centum librarum turonensium et ultra, non possunt ac non valent tantam summam, sicut est summa C librarum turonensium, pro decima de presenti currenti et aliis decimis in futurum, si que contingant, solvere ac dare.

Item, dicit quod, si contingeret, quod absit, ipsis priorisse et sororibus dictam decimam de presenti currentem et alias in futurum contingentes ex integro solvere, necessario oporteret eas dictas ecclesias et alias earum grangias et habitationes deserere, et sic non possent earum victum et vitam sustentare, et necessario haberent desistere a celebratione divinorum officiorum et ibi infra dictum monasterium, infra quod sunt perpetuo murate et incarcerate, fame perire, quod absurdissimum esset, et non reperiretur aliquis qui filiam vel sororem vel alias mulieres de genere suo vellet in dicto monasterio ponere, pro divino servicio faciendo et celebrando, et oporteret dictum monasterium funditus destruere, quod est evitandum. XXVIII

Item, dicit quod dicta priorissa et sorores et religiosi viri fratres prior et alii degentes infra dictum monasterium, habentes regimen et gubernationem bonorum dictarum sororum et monasterii, videntes et considerantes quod, si oporteat easdem solvere tantam summam centum librarum turonensium pro presenti decima nunc currenti, et tantumdem pro aliis decimis, si que contingant per gentes ecclesiasticas concedi dicto domino regi, recursum habuerunt ad dictum dominum nostrum regem, eidem humiliter supplicando ut vellet eisdem sororibus suam gratiam et misericordiam impertiri et providere supradictis de remedio opportuno. XXIX

Item, dicit quod dictus dominus rex modernus, audita humili supplicatione dictarum pauperum sororum et religiosarum, litteras suas superius insertas concessit, vobis eas dirigendo, ut de et super paupertate et impotentia ipsarum velletis vos informare per vos vel per commissarios a vobis et secundum informacionem per vos vel a vobis commissos fiendam, velitis eisdem taxationem competentem facere, secundum facultatem reddituum et proventuum quos de presenti tenent et possident pro dicta decima de presenti currente et pro aliis, si que in futurum contingant concedi, quam taxationem supplicant vobis et vestris metuendis dominacionibus facere competenter et moderate, taliter quod in earum orationibus et divinis officiis, que per ipsas et alios fratres religiosos in dicto monasterio degentes fient et dicentur, dictus dominus noster Francie rex et vos sitis participes et merito valeant se tenere obligatos dicto domino nostro regi et vestris dominationibus, quam maxime cum secundum dicta indulta et privilegia eis concessa per dictos dominos summos pontifices et alios predictos dominos reges Francie, ipse ex toto sint et debeant esse immunes et quitte a solutione et exhactione dictarum decimarum per quosvis concessarum, de quibus quidem indultis et privilegiis promptam fidem faciunt vobis, ne ignorantiam prethendere valeatis. Que premissa omnia dictus sindicus, nomine dictarum dominarum priorisse et sororum religiosarum dicti monasterii, petit, requiritque et supplicat humiliter benigne fieri et concedi per vos, metuendos dominos generales super facto financiarum auctoritate regia in patria lingue Occitane depputatos. » XXX

« Johannes Junchas, mercator oriundus et habitator loci de Fanajove, etatis, ut dixit, LXX[a] annorum et ultra, memorie vero LX[a] vel circa, cujus bona valere dixit mille librarum tur. et ultra, testis productus per partem sindici ac procuratoris monasterii de Prulhiano, receptusque per discretum virum magistrum Petrum de S. Andrea, in legibus baccallarium, procuratorem regium generalem senescallie Carcassone et commissarium subrogatum per honorabiles dominos generales consiliarios domini nostri regis super facto et gubernatione omnium financiarum in patria Occitana, commissos super contentis in quibusdam litteris regiis ad supplicationem dicti sindici impetratis deputatos, juratusque ad Sancta Dei quatuor Evangelia manu sua dextra corporaliter tacta, puram, meram deponere quam noverit veritatem, et ipsum dominum commissa- Déposition de Jean Junchas

rium informare de et super contentis in dictis literis regiis, super quibus literis regiis et super quibusdam articulis per partem predictam supplicantem traditis, quorum tenor superius est insertus, dictus testis interrogatus deposuit ut sequitur :

Et primo, super secundo articulo, primo omisso de voluntate partis supplicantis, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quum ipse lo[quens] a tempore dicte sue memorie citra et per ipsum tempus ita vidit usitari et observari ut in articulo continetur, et contenta in dicto articulo sunt ita et in tantum notoria quod nullo modo possunt negari; que quidem moniales de quibus in dicto articulo fit mentio, vivunt et vivere consueverunt sub regimine et gubernatione ac cura et sollicitudine fratrum Predicatorum, ordinis S. Dominici, et istud est notorium et manifestum.

Super tertio articulo et contentis in eodem, dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quia ipse vidit ipse [loquens] a tempore dicte sue memorie citra et per ipsum tempus multociens et frequenter conversando in dicto monasterio et aliis causis et rationibus a se superius dictis.

Super quarto articulo, dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera et pro eo se scire, quia a tempore sue memorie et per ipsum tempus vidit quod gentes dicti monasterii Prulhiani percipiebant ac recipiebant redditus spirituales plurium et diversarum ecclesiarum situatarum tam in senescallia Tholosana quam in senescallia Carcassonensi. Interrogatus quas ecclesias tenent dicte moniales et quarum ecclesiarum redditus percipiunt, dixit quod recipiunt redditus spirituales ecclesiarum villarum Fanijovis, Limosi, Villefranche, de Bromio, de Forcia Ferrandi et de Fenolheto.

Super quinto articulo dictus testis interrogatus dixit contenta in articulo fore vera per ea que supra dixit et deposuit in proximo precedenti articulo.

Super sexto articulo, dictus testis interrogatus dixit se credere firmiter contenta in dicto articulo fore vera et ex eo se credere dixit quia, tempore sue juventutis, et exposita ut in articulo continetur, dici audivit pluries et frequenter a pluribus et diversis personis fidedignis, signanter et dominis prioribus fratribus, sindicis procuratoribus et aliis ministris dicti monasterii et scit ipse [loquens] quod in decimario dicti loci de Fenolheto dicte moniales recipiebant centum viginti sextaria bladi et ultra, modo vero non recipiunt ultra viginti. Et pro eo se scire dixit quia ipse sic loquens fuit alias firmarius et arrendator dictorum fructuum decimarum et ob hoc credit quod etiam alii fructus decimales seu redditus spirituales aliarum ecclesiarum predictarum sint diminuti, causantibus mortalitatibus pestiferis, fructuum sterilitatibus et guerris que, retroactis temporibus, viguerunt et adhuc interdum vigent in provincia presenti; unde ad mortalitatem et diminutionem personarum sequitur diminutio bonorum et culture agrorum eorumdem, prout ipse loquens per experienciam vidit et videt omni die: et in tantum sunt dicti redditus spirituales diminuti quod dicte sorores moniales, deductis oneribus et pencionibus quas faciunt pro divino cultu in ecclesiis parrochialibus supradictis, vix habent unde earum vitam valeant sustentare. Quin ymo credit firmissime quod, nisi esset ruralis cultura agrorum et ceterorum prediorum rusticorum, quam culturam multum diligenter exercere facit reverendus dominus prior dicti monasterii Prulhiani, ejus studio, ingenio et prudencia interne mentis, quod dicte moniales non haberent earum vitam necessariam pro medio anno seu usque ad medietatem victualium eis necessariorum, ymo forsan opporteret eas mendicare, nec haberent aliquid de quo possent earum habitationem reparare seu reparationes necessarias in eadem fieri facere.

Super XIIII° articulo et contenta in eodem, aliis omissis de voluntate partis supplicantis, quia dixit illos velle probare per literas et documenta, dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera tam per ea que supra deposuit, quam ex eo quia cuilibet inthuenti apparere potest quod dicte sorores moniales sunt ab uno latere dicti monasterii recluse et incarcerate, et ab alio latere ejusdem monasterii est claustrum, ecclesia et habitatio dictorum dominorum prioris, confessorum et aliorum fratrum Predicatorum atque fratrum laycorum et servitorum dicti monasterii ita quod non est ///// accessus vel aspectus inter eos, prout notorium est loco ecclesiis subjecto.

Super XV° articulo, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera tam per ea que supra deposuit quam ex eo quia ita vidit et audivit ipse loquens pluries et frequentissime conversando in dicto Prulhiani monasterio, cum locus sue ville Fanijovis, in qua ipse loquens habitat et habitare consuevit tempore nativitatis sue citra, non distet a dicto monasterio Prulhiani nisi solum et dumtaxat per quartam vel quintam partem unius leuce; unde sic conversando vidit et audivit ipse loquens, prout in dicto articulo continetur.

Super XVI° articulo, dictus testis loquens interrogatus dixit se credere firmiter contenta in dicto articulo fore vera et ex eo se credere dixit quia, duo anni sunt lapsi vel circa, ipse [loquens], una cum nonnullis aliis ejus in hac parte consortibus tam loci de Fanojove quam loci de Villapicta, fuit firmarius et arrendator jurium et emolumentorum dicti monasterii et habuit providere in duobus annis quibus dictum arrendamentum duravit, dictis monialibus in earum vestiario et alio victu necessario, et scit bene quod tunc erant sexaginta quinque moniales, modo vero audivit dici a dictis dominis priore, confessoribus et aliis personis fidedignis quod solum sint in dicto monasterio sexaginta tres moniales, prout in dicto articulo continetur.

Super XVII° articulo et contentis in eodem, dictus testis loquens interrogatus dixit se scire contenta in dicto articulo fore vera, quia, temporibus firmarum seu arrendamentorum de quibus supra deposuit, ita vidit ipse loquens ut in dicto articulo continetur; interrogatus dictus loquens de quo serviunt dicte persone in dicto articulo mentionate, dixit quod aliqui sunt ortolani, aliqui furnerii, aliqui sutores sive semellatores, aliqui bubulci et agricultores, alii saumaterii seu traguerii, qui vadunt quesitum ligna, blada et vina et alia necessaria et aliqui alii qui preparant cibaria et nonnulli alii quadriguarii et quidam alii pastores et alii servitores, famulantes continue dicto domino priori et reffectorio, necnon aliqui fabri et alii lignifabri et aliqui alii molendinarii gubernantes molendina bladi et aliqui porterii qui custodiunt portas dicti monasterii, et aliqui alii reparant tectum et tegulas dicti monasterii et sic de singulis.

Super XVIII° articulo et contentis in eodem, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera quia ita vidit per experienciam ipse loquens, duo anni sunt elapsi vel circa, quo tempore erat et fuit arrendator seu firmarius, ut predixit, emolumentorum dicti monasterii per duos annos tunc continuos, de qua firma seu arrendamento ipse loquens et ejus predicti consortes seu confirmarii sunt plurimum dampnifficati et depauperati, ex eo quia credebant dicta emolumenta et redditus preffati monasterii plus valere de multo quam valeant; in quo quidem arrendamento ipse loquens et ejus socii predicti amiserunt mille et ducentos scutos auri et ultra.

Super XIX° articulo et contentis in eodem, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto arti-

culo fore vera, quoniam, dicto tempore arrendamenti et firme de quo supra deposuit, ita vidit et cognovit per experienciam prout in ipso articulo continetur.

Super XX° articulo, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quum, tempore arrendamenti et firmarum de quibus supra deposuit, ipse loquens et alii socii sui firmarii predicti solverunt onera de quibus in dicto articulo fit mentio, et etiam tunc reperiit per experienciam quod jura et emolumenta dicte ecclesie, que ad causam dicte ecclesie percipiunt dicte domine moniales, non valent ultra trescentas libras turonenses vel circa, prout in dicto articulo cavetur.

Super XXI° articulo, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera et pro eo se scire dixit quia ita vidit per experienciam ipse loquens, tempore dicti arrendamenti, prout in dicto articulo continetur.

Super XXII°, XXIII°, XXIIII° et XXV° articulis et contentis in eisdem, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dictis articulis fore vera, causis et rationibus a se superius dictis et depositis, et quia ita ipse [loquens] vidit et per experienciam cognovit, temporibus firmarum et arrendamentorum de quibus supra deposuit.

Super XXVI° articulo, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera tam per ea que supra dixit et deposuit, quam ex eo quia ita reperiit ipse loquens in rei veritate. temporibus arrendamentorum et firmarum de quibus supra deposuit, et etiam ex eo quia, considerata quam maxima diminutione dictorum reddituum, ipse loquens et alii sui socii confirmarii predicti crediderunt pervenire ad totalem depauperationem et destructionem bonorum suorum et in veritate ad inopiam et perpetuam egestatem penitus devenissent. si arrendamentum quod per sex annos tunc fecerant, durasset et fuisset continuatum. sed videntes quod in duobus annis supradictis in quibus tenuerunt dictum arrendamentum, fuerunt dampnifficati de eorum proprio, in periculo anime sue, de summa predicta mille et ducentorum scutorum auri, ut supra dictum est, ideo supplicarunt dictis monialibus et dicto domino priori ut a dicto arrendamento seu firma eos liberare vellent, quod facere recusarunt a primordio, tandem compascientes eorum destructioni et exhederationi predicte, ad preces et intercessiones etiam multorum notabilium virorum et signanter legati domini nostri pape, tunc in presenti patria existentis, dictum loquentem et alios ejus socios a dicta firma et arrendamento liberavit, quod nisi factum extitisset, hodiernis temporibus opporteret ipsos satis, ut est dictum, divites, per mundum mendicare, ut credit, quamvis ab inhicio dicti arrendamenti spem haberent de superfluo seu de eo quod superesset in fine dicti arrendamenti, de recepta jurium dicti monasterii Prulhiani per eos facta, ultra expensam et post deductionem ipsius expense, multum fructum et quam maximum comodum obtinere, de quo contrarium eis contigit occasione diminutione jurium et reddituum dicti monasterii, ut dictum est supra.

Super XXVII° articulo, dictus testis loquens interrogatus dixit se credere firmiter contenta in dicto articulo fore vera, causis et racionibus in eodem articulo descriptis et aliis a se superius dictis et depositis.

Super XXVIII° articulo, dictus testis loquens interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera, considerata diminutione reddituum et emolumentorum de quibus supra deposuit ; que quidem diminucio est multum notoria in partibus ipsis, taliter quod dicte moniales de earum redditibus non possent vivere, nisi esset dicta ruralis cultura agrorum ; guerra cessante, credit firmissime, stantibus terminis predictis, quod

de facto inconvenientia in articulo designata, necessario haberent evenire, quod Deus avertat ! et nisi ex bona provisione atque remedio et auxilio domini nostri Francie regis, pro quo et pro conservatione boni status sui et ejus regni dicte sorores moniales et etiam dicti fratres religiosi ibi residentes et expressas preces et orationes Altissimo fundere ab antiquo solite et soliti sunt, in melius refformetur et provideatur in premissis.

Super XXIX° et XXX° articulis dictus testis fuit omissus interrogari de voluntate partis supplicantis.

Interrogatus ipse loquens si doctus, instructus, rogatus, subornatus, prece, precio, precibus, peccunia corruptus, amore, timore, favore, ira, odio vel rancore aut inordinata affectione alicujus predicta deposuit, et si fuit aliquid sibi datum, promissum, quittatum vel remissum, ut ita in presenti causa deponeret, dixit quod non; interrogatus ipse loquens si est officiarius, familiaris, domesticus, servitor, pencionatus dictarum dominarum monialium dixit quod non : interrogatus ipse lo[quens] si prediligeret quod ipse domine moniales obtatum in hac causa haberent, quam non haberent, dixit se refferre ad id quod racionis est, ut ait.

Dictus testis fuit examinatus per prenominatum dominum commissarium subrogatum, die prima mensis martii, anno Domini M°IIII^cXXVI°, illustrissimo principe domino Karolo, Dei gracia rege Francorum, regnante, et in romancium repetitus per me Michaelem Saffontis, notarium regium, presente dicto domino commissario, perseveravit. »

« Guillelmus de Cortaulino, mercator, oriundus et habitator loci de Fanojove, etatis, ut dixit, LX° annorum vel circa, memorie vero L annorum vel circa, asserens in bonis suis possidere ducentas libras turonenses et ultra, testis productus per partem sindici monasterii de Prulhiano, receptus et juratus puram deponere quam noverit veritatem, super quibus productus est et interrogabitur, et ipse lo[quens] fuit examinatus super contentis tam in literis regiis quam articulis preinsertis per partem dicti sindici traditis, super quibus, medio juramento, deposuit ut sequitur : Déposit Guilla de Cort

Super secundo articulo dictorum articulorum, primo articulo omisso de consensu partis producentis, dictus testis loquens interrogatus dixit se firmiter credere per famam publicam quod dicte moniales sunt nobiles et de genere nobili procreate, saltem pro majore parte ; cetera vero in dicto articulo contenta sunt verissima taliter quod sunt notoria cuilibet de dicto monasterio notitiam habenti.

Super tertio articulo dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera et pro eo se scire dixit quia cum villa Fanijovis, ubi moratur, non distet a dicto monasterio Prulhiani nisi per quartam partem unius leuce vel circa, ipse loquens sepissime fuit conversatus in dicto monasterio et sic conversando vidit et audivit contenta in dicto articulo continere veritatem.

Super quarto et quinto articulo dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dictis articulis fore vera, quum ipse loquens fuit arrendator seu firmarius reddituum et emolumentorum dicti monasterii de Prulhiano una cum aliquibus aliis confirmariis, et ad causam dicti arrendamenti seu firme, vidit et cognovit per experientiam contenta in articulis predictis esse vera, que sunt adeo notoria in presenti patria quod nullo modo possunt occultari.

Super sexto articulo dictus testis loquens interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera et pro eo se credere dixit quia ita dici audivit palam et publice a pluribus et diversis personis antiquis, majoribus et predecessoribus suis, et aliis et de contentis in dicto articulo convolavit et convolat vox et

fama publica in dicto monasterio de Prulhiano et villa Fanijovis et aliis locis circumvicinis et alibi inter scientes veritatem premissorum.

Super XIIII° articulo et contentis in eodem, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera et notoria ; nam situatio dicti monasterii oculis hominum subjecti ita evidenter demonsat sicut in dicto articulo continetur et super hoc ignorantes non restat aliud nisi quod locum oculis corporalibus subiciant et exinde de contentis in dicto articulo erunt plene eruditi.

Super XV° articulo et contentis in eodem, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera quum conversando in dicto monasterio sepissime et frequenter, tam ad causam dicte firme quam alias, pro suo libito voluntatis, ex opportunitate locorum supradictorum vidit et audivit contenta in ipso articulo usitari et observari prout in eodem continetur.

Super XVI° articulo et contentis in eodem, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quum ipse loquens et alii sui socii confirmarii, tempore dicte firme, solverunt dictis monialibus, pro eorum vestiario, usque ad numerum LXIIII vel LXV sororum monialium, et audivit dici a personis fidedignis in dicto monasterio residentibus quod, hodiernis temporibus, ibi solum sunt LXIII moniales viventes honeste, caste et debite, prout in dicto articulo recitatur.

Super XVII° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quoniam de numero personarum, de quibus in dicto articulo fit mentio, negotia dicti monasterii facientium seu peragentium, sibi loquenti innotuit, tempore arrendamenti seu firme de quibus supra deposuit, quorum hominum aliqui sunt ortolani, aliqui quadriguarii, alii agricultores, alii autem pastores, alii lignifabri et unus faber, alii sutores sive semellatores, alii sartores, alii ministerio coquine intendentes et cibaria preparantes, alii vero molendinarii et sic de singulis aliis mecanicis artibus similibus.

Super XVIII° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quoniam ipse lo[quens] ita vidit ut in dicto articulo continetur, durante dicto arrendamento seu firma.

Super XIX° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in eodem articulo fore vera et proeo se scire dixit, quoniam, tempore firme seu arrendamenti de quibus supra deposuit, ipse lo[quens] et alii sui socii confirmarii non poterant nec potuerunt sufficere solvere dictis mercenariis et aliis personis in dictis monasterio, grangiis et boriis commorantibus de emolumentis dicti monasterii, quin ymo eorum proprio ita quod, omnibus computatis, ipse loquens et alii sui socii habuerunt solvere de proprio mille et ducentos scutos auri et ultra et ulterius amiserunt omnes labores personales, quos adhibuerunt in duobus annis, quibus dictam firmam seu arrendamentum tenuerunt.

Super XX°, XXI°, XXII°, XXIII°, XXIIII°, XXV° articulis et contentis in eisdem, dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, ymo, quod est pejus, tempore dicte firme et arrendamenti subportati, oneribus dictarum ecclesiarum suportari solitis, non superfuerunt ipsis firmariis seu arrendatoribus de residuo summe in dictis articulis descripte, ymo multominus eis defecit quam in dicto articulo exprimatur.

Super XXVI° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quoniam cum ipse loquens fuit firmarius et arrendator dictorum redituum et emolumentorum dicti monasterii, deductis pencionibus, salariis, mercedibus et aliis expensis necessario fiendis ad recollectionem et exceptio-

nem fructuum et reddituum predictorum, ipsi redditus et emolumenta non valuerunt summam mille librarum turonensium, quin ymo ipsi arrendatores non potuerunt habere altero duorum annorum per quos dictum arrendamentum tenuerunt, de residuo reddituum spiritualium in articulis mencionatorum summam octingentarum librarum turonensium ; cum quibus eciam non potuerunt providere necessitatibus dictarum monialium, ymo longe ultra de proprio expenderunt de bonis suis propriis, usque ad dictam summam mille ducentorum scutorum auri et ultra.

Super XXVII° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera tam ex causis et rationibus in dicto articulo contentis quam ex eo quia tanta fuit et est diminutio dictorum reddituum, quod comode non possunt onera ordinaria dictarum monialium subportari et per consequens non videt nec videre potest unde possint seu valeant dicte decime et alia onera extraordinaria exsolvi : nam bene recolit ipse loquens quod, cum ipse loquens et ejus socii confirmarii, tempore dicti arrendamenti, arrendassent seu ad firmam recepissent dictos redditus seu emolumenta dicti monasterii, spacio sex annorum, et jam in solo biennio dampnifficati fuissent de summa mille et ducentorum scutorum auri, ut dictum est, ipse et ejus socii confirmarii, fuissent totaliter depauperati, si dictum arrendamentum fuisset continuatum, sed, ad preces seu intercessiones plurium et diversarum notabilium personarum, fuit dictum arrendamentum eisdem firmariis relaxatum, id est quod ipsi firmarii fuerunt liberati a dicto arrendamento et continuatione ejusdem, maxime ex intercessione legati domini nostri pape tunc in presenti patria existentis, qui erat rector loci de Lauraco, prope dictum monasterium Prulhiani, qui taliter instavit apud dictas sorores et dominum priorem dicti monasterii, quod fuerunt ipsi loquens et alii arrendatores a dicto arrendamento relaxati.

Super XXVIII° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera per ea que supra deposuit, et quia vidit per experienciam, temporibus retrolapsis, quod exhactio dicte decime quamplurimum gravavit dictas moniales et ipsos loquentem et alios suos socios arrendatores et majora gravamina eis intulit quam aliud negocium quod agere haberent, quia, cum non possent solvere nec haberent unde solverent, ut patet ex predepositis, multas et varias exequutiones et compulsiones paciebantur et passi fuerunt ac sustinuerunt ipsi arrendatores et moniales predicte, et nisi super hoc per regiam magestatem aut suos officiarios ad hoc potestatem habentes de salubri et congruo remedio provideatur, credit quod inconvenientia in articulo descripta, quod absit, necessario habebunt evenire ut ex prepositis per ipsum loquentem quilibet animadvertens /////// potest.

Interrogatus ipse loquens que sunt dictis monialibus necessaria pro earum alimentis, dixit quod pro solo vestiario annuo ipsarum, tempore dicti eorum arrendamenti, fuerunt eis necessarii sedecim panni laney et tantumdem solverunt ipse loquens et alii sui socii memorati : et ultra hoc, sunt eis necessaria victualia de blado seu pane, vino, carnibus, piscibus seu ovis, oleo, sale, candelis, calciamentis et pluribus aliis que prolixa essent enumerare. Et ulterius, ad vestitum dicti domini prioris et aliorum religiosorum opportuit solvere octo pannos laneos et victum, calciatum et cuncta alia eis necessaria, tempore dicte firme. Et ultra, mercedes, salaria atque penciones personarum in dicto monasterio et ecclesiis grangiisque et boariis supradictis habitancium et mansionem facientium : et ultra expensam et sumptus quos faciunt animalia aratoria, alia videlicet bovina, mulina et equina ; et ultra, expensas quasi innumerabiles quas sustinent dicte

moniales ad causam eorum parentum et cognatorum et aliorum de earum genere eas visitancium, et ad causam dicte visitacionis in dicto monasterio hospitancium cum eorum equitaturis, non sine magnis sumptibus et expensis dicti monasterii; et eciam ultra, expensas et sumptus quasi importabiles quos sustinere necessario habent ad causam licium quas persequuntur in pluribus et diversis curiis et auditoriis, spiritualibus et temporalibus, senescalliarum Tholose et Carcassone, quas persequi necessario habent contra malitiosos emphiteotas dicti monasterii recusantes sensus annuos vel alios redditus solvere, etiam contra multos earum debitores nolentes vel etiam plus debito differentes earum jura decimarum et alia solvere : necnon ultra, penciones, patrocinia et sportulas earum advocatorum, procuratorum, notariorum, relatorum et aliorum exequtorum et aliorum justitie ministrorum; et etiam ultra, multimodas reparationes frequenter et quasi omni die necessario faciendas in domibus et monasterio earumdem monialium jam dictarum, que omnia onera predicta sunt cotidana et necessaria pro sustentatione earum vite.

Interrogatus ipse lo[quens] quantum assedunt communiter dicti redditus spirituales, omnibus oneribus ipsarum occasione necessario fiendis subportatis, dixit quod octingenta scuta auri vel octingentas libras tur. aut circiter, prout dixit superius super XXV° articulo.

Item, cum dicte moniales et dicti religiosi fratres cetereque gentes dicti monasterii non possent vivere de dictis octingentis scutis, cum non essent sex scuta pro qualibet persona, ideo fuit petitum ab ipso loquente si dicte domine moniales habent aliquos alios redditus spirituales vel temporales. Qui dixit quod nullos alios habent redditus spirituales que ipse sciat, nisi prout supra deposuit, sed bene habent aliquos alios redditus temporales in aliquibus locis. qui redditus temporales non subiciuntur solutioni dicte decime nec pro illis consuevit dicta decima solvi, et ulterius habent et habere consueverunt grangias et laborancias, ex quarum agricultura, mediante industria et exhactissima diligencia dicti domini prioris moderni, vivere consueverunt. Et credit firmiter quod, nisi esset dicta agricultura, quod de earum redditibus spiritualibus et temporalibus comode vivere non possent, quia ita veraciter cognovit, tempore dicte firme seu dicti arrendamenti.

Interrogatus dictus loquens quantum valent dicti redditus temporales, dixit quod dicti redditus temporales concistunt in blado et in pecunia et non in vino, nisi proveniat ex redditibus spiritualibus; unde credit ipse loquens quod omnes redditus temporales in quocumque existant, non assendunt ultra summam sexcentarum librarum tur. neque, ut credit, usque ad ipsam summam.

Interrogatus ipse loquens si doctus, instructus, rogatus, subornatus prece, precio, precibus, amore, timore, favore, ira vel odio alicujus, predicta deposuit, dixit quod non. Interrogatus ipse loquens si fuit aliquid sibi datum, promissum, quittatum, remissum aut alias renuntiatum, ut ita in presenti causa deponeret, dixit quod non. Interrogatus ipse lo[quens] si est familiaris, domesticus, officiarius aut pencionatus dicti monasterii de Prulhiano, dixit quod non. Interrogatus ipse loquens si mallet dictas moniales supplicantes seu earum sindicum ad supplicata admitti et obtinere quam non admitti nec obtinere, dixit ad neutrum declinare sed cum eo quod rationis est, velle concordare, ut ait.

Dictus testis fuit examinatus per dictum dominum commissarium subrogatum infra monasterium Prulhiani, die prima martii anno Domini M° IIIIc XXVI°, serenissimo principe domino Karolo, Dei gratia rege Francorum regnante, et in romancio repetitus perseveravit.

...osition ...mond Terreni.

Ramundus Terreni mercator oriundus et habitator loci de Fanajove, etatis, ut dixit, XL annorum vel

circa, memorie vero XXX[a] annorum et ultra, dixit quod in bonis possidet II[c] libras tur. vel circa, testis productus, receptus et juratus ad Sancta Dei evangelia puram quam noverit deponere veritatem et ipsum dominum commissarium bene et vere informare super contentis in literis regis atque articulis premissis, super quibus ipse lo[quens] deposuit ut sequitur :

Et primo, dictus testis interrogatus super secundo articulo, omisso primo articulo de voluntate partis ipsum producentis, dixit contenta in dicto articulo fore vera et pro eo se scire dixit quoniam locus Fanijovis, unde ipse loquens trahit originem et in quo ipse loquens habitat et habitare consuevit, non distat a dicto monasterio de Prulhiano ultra quartam vel quintam partem unius leuce, ob quod, propter opportunitatem propinquitatis predicte, et alias ex devocione propter honestatem dictarum dominarum monialium, ipse loquens sepissime fuit conversatus in dicto monasterio et sic conversando vidit et habuit notitiam de hiis que in dicto articulo continentur.

Super tertio articulo dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quia ita vidit et audivit frequentissime ut in articulo describitur et alias ex aliis rationibus supra recitatis.

Super quarto et quinto articulis dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dictis articulis fore vera, ymo verissima, quia sunt valde notoria inter scientes merita et emolumenta monasterii prelibati.

Super sexto articulo dictus testis interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera, quoniam a pluribus et diversis personis antiquis fidedignis loci de Fanajove et aliunde, tam viventibus quam deffunctis, audivit dici contenta in dicto articulo et ex eo etiam quia de ///////// convolavit et convolat vox et fama publica inter scientes veritatem premissorum.

Super XIIII° articulo, omissis (aliis) de voluntate partis ipsum producentis, dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto XIIII° articulo fore vera ; nam, dicto monasterio et ejus reclinatoriis oculis hominum subjectis, clare constat et evidenter demonstratur quod dicte domine moniales sunt recluse et immurate ab una parte dicti monasterii, et ab alia parte ejusdem monasterii et extra muros dictarum monialium separatim habitant et habitare consueverunt religiosi viri reverendus prior, confessores dictarum dominarum monialium, et alii religiosi dicti ordinis fratrum Predicatorum, inter quos sunt nonnulli officium predicationis tam infra dictum monasterium, in fenestra ferrea dictarum monialium immuratarum, quam extra dictum monasterium, in locis vicinalibus pro instructione animarum exercentes, ad Dei laudem, gloriam et honorem et sancte fidei eruditionem.

Super XV° articulo dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quoniam ipse loquens ita vidit et audivit multotiens ut continetur in articulo memorato.

Super XVI° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit se dici audivisse quod antiquitus esse solebant in dicto monasterio centum moniales, et ipse loquens, duo anni sunt vel circa, cum esset firmarius seu arrendator reddituum et emolumentorum dicti monasterii una cum quibusdam aliis, ejus in hac parte consortibus, vidit dictas moniales, saltem in earum vestibus et non per faciem, cum haberent et tenerent facies suas copertas, et computavit eas ex eo quia indigebant earum vestiario et erat necesse quod ipse loquens, ut confirmarius, refferret dictis ejus consortibus numerum dictarum monialium, et reperiit quod dicte moniales erant sexaginta quinque, modo vero audivit dici quod sunt LXIII. Plura de contentis in dicto articulo se nescire dixit.

Super XVII° articulo dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera, quia conversando in dicto monasterio tam ad causam dicti arrendamenti seu firme quam alias diversimode, ita vidit pluries ut in articulo ponitur. Qui quidem homines quadraginta in dicto articulo mencionati, utuntur diversis artibus mecanicis, ad usum cotidianum nature humane necessariis, tam pro indumentis et calciamentis personarum, tam reparatione dicti monasterii et domorum quam etiam pro nutrimento et gubernatione animalium et pro aliis negociis et operibus diurnis, ex quibus vita dictarum monialium et aliarum predictarum gentium sustentatur.

Super XVIII° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit se scire quod in grangiis, boariis, domibus et aliis maneriis dictarum monialium situatis extra dictum monasterium, morantur et habitant, causa agriculture exercende, multe persone in magno numero; sed si assendunt ad summam seu numerum quinquaginta personarum, ipse loquens de hoc perfecte deponere nesciret; verumtamen in magno numero dicte persone ibi morantur et hoc est notorium inter scientes veritatem premissorum.

Super XVIIII° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit contenta in dicto articulo se credere firmiter fore vera, quia, cum dicti necessarii infra dictum monasterium residentes sunt numero XL[a] vel circa, ut supra dictum est, et alii mercenarii residentes extra dictum monasterium sint in magno numero, ut supra deposuit, et solidate seu opere ac mercedes seu logeria mercenariorum sint care seu cara, credit ob hoc contenta in dicto articulo fore vera.

Super XX°, XXI°, XXII°, XXIII°, XXIIII° et XXV° articulis dictus testis loquens singulariter interrogatus dixit contenta in dictis articulis fore vera, quia, tempore arrendamenti et firme de quibus supra deposuit, vidit et cognovit redditus et proventus spirituales et onera de quibus in dicto articulo fit mentio, esse talia vel circa sicut in dictis articulis continetur. Verum est tamen quod aliquando, secundum diversas annatas, plus valet sextarium bladi uno anno quam alio; unde, quando bladum est carum, dicti redditus sunt meliores, majoris utilitatis respectu pecunie summarum de quibus in articulo fit mentio; ac tamen, uno anno cum alio compensato, dicti articuli continent veritatem, arbitrio suo, ut ait.

Super XXVI° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit se credere firmiter contenta in dicto articulo fore vera, quum ipse loquens expertus est, duo anni sunt lapsi vel circa, videlicet tempore dicte firme seu dicti arrendamenti, quod redditus, proventus et emolumenta spiritualia de quibus in dicto articulo mencio habetur, hodiernis temporibus, non excedunt summam mille librarum turonensium, prout constat ex tenore recepte quam ipse loquens tunc una cum dictis ejus sociis fecerunt, deductis tamen omnibus prelibatis de quibus in ipso articulo fit mentio.

Super XXVII° articulo dictus testis interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera, tam ex hiis que supra dixit et deposuit, quam ex eo qui adiminucio dictorum reddituum maxime ecclesiasticorum est adeo sibi loquenti notoria, quod ipse loquens et dicti sui socii confirmarii ex dicta diminutione fuerunt dampnifficati in summa mille et ducentorum scutorum auri et ultra, credentes quod dicti redditus plus valerent de medietate quam faciant; dicens ulterius quod, nisi fuisset intercessio precesque et rogamina plurium et diversarum notabilium personarunt, precipue domini Geraldi de Regno, legati domini nostri pape, ipse loquens et alii sui socii confirmarii fuissent, ad causam dicti arrendamenti, destructi, et depauperati; nam dictum arrendamentum fecerant ad sex annos et tamen infra biennium fuerunt ita dampnifficati quod adhuc

sentiunt jacturam, et si dictum arrendamentum fuisset continuatum, opportuisset ipsum loquentem et ejus socios firmarios mendicasse per mundum.

Super XXVIII° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit se credere firmiter contenta in dicto articulo fore vera, et pro eo credit quia, tempore dicti arrendamenti et firme, ipse loquens et ejus socii predicti solverunt duas decimas, quarum exhactio gravavit eos quamplurimum propter exhactiones rigidas servientum, et ita credit eciam quod gravet quamplurimam dictas moniales exhactio decime prelibate, maxime quia videtur sibi loquenti quod sit quamplurimum excessiva taxacio memorata centum librarum, considerata diminucione reddituum predictorum; quin ymo credit ipse loquens quod, nisi esset prudentia, industria et saguacitas ac diligencia exhactissima domini prioris moderni monasterii Prulhiani, quod dicte moniales ex dictis earum redditibus non haberent unde comode vivere possent, arbitrio suo, ut ait, nec per consequens possent ullo modo solvere decimam prelibatam.

Super XXIX° et XXX° articulis fuit omissus audire, de voluntate partis ipsum producentis.

Interrogatus ipse loquens que sunt necessaria ad alimenta dictarum religiosarum, dixit quod XVI panni laney pro earum vestiario annuo, et ultra hoc, calciamenta et alia victualia ad usum humanum necessaria, que cuilibet ratione utenti liquent, sicut panis, vinum, carnes, pisces, oleum et alia hujusmodi que longa essent recitare, in quibus et etiam in alimentis dictorum fratrum religiosorum de ordine Predicatorum fit et fieri consuevit magna expensa, quoniam ad causam dicti monasterii vivunt et vivere consueverunt ducente persone vel circa, tam infra dictum monasterium quam extra, ultra hospites qui frequentissime veniunt et confluunt in dicto monasterio, aliqui, velut principes et magnates, pro videndo statum dicti monasterii, nonnulli vero pro visitando dictas moniales seu earum aliquas de eorum parentela seu affinitate existentes, cum magnis dictarum monialium dispendiis, sumptibus et expensis; et ultra onera memorata, expendere consueverunt continue in pencionibus annuis et cotidianis advocatorum, procuratorum, notariorum et aliorum curialium et litigiorum pendencium interdum in curiis temporalibus et spiritualibus Carcassone et Tholose et in aliis jurisdictionibus ordinariis, ad causam debitorum nolencium seu recusantium solvere et emphiteotarum etiam recusantium sensum, canonem seu penciones annuas solvere, prout sepissime ipse loquens per experienciam vidit et eciam dici audivit a dicto domino priore.

Interrogatus ipse loquens si dicte domine moniales haberent aliquos redditus temporales ultra redditus spirituales de quibus supra deposuit, dixit quod sic in pluribus et diversis locis circumvicinis, assendentes ad valorem V^{c} vel VI^{c} libras tur., uno anno cum alio compensato, junctis foriscapiis que aliquotiens debentur, ad causam alienationum prediorum, que a dicto monasterio tenentur in emphiteosin, in laudium, foriscapio et alio jure directo. Verum tamen de hiis omnibus reditibus spiritualibus et temporalibus non possent nec possunt, videre suo, tot et tante persone supradicte vivere, nisi esset agricultura de qua supra exposuit.

Interrogatus ipse loquens testis si doctus, instructus, rogatus, subornatus prece, precio, precibus, amore, timore, favore, ira, odio vel rancore alicujus, predicta deposuit et si fuit aliquid sibi datum, promissum, quitatum, remissum aut alias renunciatum ut ita in presenti causa deponeret, dixit quod non. Interrogatus ipse loquens si est de parenthela, affinitate dictarum monialium aut officiarius, familiaris vel pencionatus ipsarum, dixit quod non. Interrogatus ipse loquens si fuit aliquid sibi datum, promissum, quitatum vel remissum ut ita deponeret in hac causa dixit quod non. Interrogatus ipse loquens si mallet dictas moniales

obtinere quod supplicant in hoc causa, quam si non obtinerent, dixit se tantum velle unum quantum aliud, prout juris ordo dictat.

Deposuit dictus testis in dicto monasterio Prulhiani, die prima mensis martii, anno Domini M°III°XXVI°, serenissimo principe domino Karolo, Dei gratia rege Francorum, regnante, et in romancio repetitus per me, Michaelem Saffontis, notarium regium, qui hic scripsi, presente dicto domino commissario, perseveravit. R. Terre[ni] ita est.

Déposition Jean Basterii

« Johannes Basterii, mercator oriundus et habitator loci de Fanajove etatis, ut dixit, XL annorum vel circa, memorie vero XXX annorum vel circa, cujus bona valere dixit centum libras tur. et ultra, testis productus, receptus et juratus puram deponere veritatem quam noverit, super quibus interrogabitur; et ipse loquens fuit interrogatus super contentis in litteris regiis et articulo supra insertis, super quibus deposuit ut sequitur:

Et primo, dictus testis interrogatus super secundo articulo, primo omisso de voluntate partis ipsum producentis, dixit contenta in dicto articulo fore vera et sunt ita notoria quod cuilibet de dicto monasterio noticiam habenti, patent manifeste.

Super tertio articulo dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera et ita vidit ipse lo[quens] a tempore dicte sue memorie citra et per ipsum tempus conversando in dicto monasterio.

Super quarto et quinto articulis dictus testis interrogatus dixit se scire quod dicte moniales fuerunt, sunt et esse consueverunt in possessione et saysina seu quasi percipiendi fructus, redditus et proventus spirituales ecclesiarum in dictis articulis nominatarum, et credit ipse loquens quod dictas ecclesias teneant et possideant a manu domini nostri pape seu ejus predecessorum; plura de contentis in dictis articulis se nescire dixit.

Super sexto articulo dictus testis interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera, quia ita, ut in articulo continetur, audivit dici a pluribus et diversis personis fidedignis, quas de presenti nominare nesciret.

Super XIIII° articulo, omissis aliis de voluntate partis ipsum producentis, dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera ex notorietate inspectionis loci seu monasterii, prout cuilibet inthuenti apparere potest manifeste.

Super XV° articulo dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo fore vera quia ita vidit et audivit usitari et observari ipse lo[quens], prout in articulo continetur, a tempore dicte sue memorie citra et per ipsum tempus.

Super XVI° articulo dictus testis interrogatus dixit quod fuit et est vox et fama publica in dicta villa Fanijovis et aliis locis circumvicinis, inter habentes noticiam de dicto monasterio, videlicet quod in dicto monasterio erant antiquitus centum sorores moniales, et bene scit ipse loquens quod, hodiernis temporibus, non sunt ultra LXIII et pro eo se scire dixit quia, retroacto tempore, videlicet duo anni sunt effluxi vel circa, ipse loquens, una cum pluribus aliis ejus sociis, fuit firmarius seu arrendator reddituum et emolumentorum dicti monasterii et tunc scivit quod dicte moniales LXIII ////////////// prout dixit.

Super XVII° articulo dictus testis interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera, quoniam ipse loquens vidit magnum numerum hominum mecanicorum et agricultorum ac artificium morari in

dicto monasterio et credit quod usque ad numerum in articulo designatum ; nam alias ipsos non computavit, sicut ait.

Super XVIII° articulo dictus testis interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera quoniam dictum monasterium habet multas grangias videlicet grangiam de Ramundenchis, de Sauzenchis, de Forciaferranda, de Picamora, de Aguassenchis, de Vezola, in quibus grangiis et boariis sunt necessarie quamplures persone pro agricultura ibi facienda, et credit idem loquens quod usque ad numerum ibi descriptum et designatum.

Super XIX° articulo et contentis in eodem, dictus testis interrogatus dixit se credere contenta in dicto articulo fore vera et ex eo dixit se credere quia, hodiernis temporibus, est raritas gencium et exinde contingit quod recipiunt magnas mercedes et salaria, prout notorium est in partibus istis.

Super XX°, XXI°, XXII°, XXIII°, XXIV°, et XXV° articulis dixit contenta in dictis articulis fore vera quoniam ita ut in dictis articulis continetur, per experientiam reperiit ipse loquens, tempore firme seu arrendamenti de quibus supra deposuit.

Super XXVI° articulo dictus testis interrogatus dixit se credere quod antiquitus dicte moniales percipiebant in redditibus spiritualibus, de quibus in dicto articulo fit mencio, predictam summam duarum mille librarum tur. : quod ita dici audivit a pluribus et diversis personis fidedignis de premissis notitiam habentibus. Verumtamen bene scit quod, hodiernis temporibus, oneribus in dicto articulo mencionatis, dicti redditus spirituales non valent, uno anno cum alio compensato, summam mille librarum turonensium et pro eo se scire dixit quia ita reperiit per experienciam tempore quo fuit arrendator seu firmarius emolumentorum dicti monasterii, prout supra dictum est.

Super XXVII° articulo dictus testis loquens interrogatus dixit se credere firmissime contenta in dicto articulo fore vera. Nam tanta fuit et est diminutio reddituum tam spiritualium quam temporalium dicti monasterii, prout ipse loquens vidit et cognovit, dum fuit firmarius et arrendator dictorum reddituum et emolumentorum, temporibus retrolapsis, una cum nonnullis aliis hominibus loci de Fanajove et de Villapicta, quod dicta decima bono modo non poterat nec potuit solvi sine maxima perdora et detrimento dictarum monialium seu earum firmariorum : recordatur namque ipse loquens quod idem loquens et dicti sui socii arrendaverant et ad firmam receperant dictos redditus et emolumenta monasterii prelibati ad sex annos tunc immediate sequentes, quod quidem arrendamentum solum tenuerunt per biennium, in quo fuerunt dampnifficati de summa mille et ducentorum scutorum auri et ultra, et nichilominus amiserunt labores personales quos in premissis adhibuerunt : et credit firmiter quod si dictum arrendamentum per dictos sex annos fuisset continuatum, quod ipse loquens et alii sui socii confirmarii fuissent totaliter depauperati ; ced videntes eorum destitutionem notoriam, tantum laborarunt cum eorum amicis ergua dictas dominas moniales et dictum priorem modernum Prulhiani quod de dicto arrendamento fuerunt liberati. Credebant enim ipse loquens et dicti ejus socii quod dicti redditus, proventus et emolumenta plus valerent de duplo seu de medietate quam valuerint tunc et valeant de presenti et in hoc fuerunt quamplurimum decepti, ut patet ex premissis.

Interrogatus ipse loquens quanto precio arrendaverunt dictos redditus, jura et emolumenta dicti monasterii, dixit quod precio quingentorum scutorum auri pro quolibet anno et ultra hoc, debebant et tenebantur subportare omnia onera dicti monasterii de quibus in dicto articulo fit mencio ; et tamen quolibet anno

perdebant non solum dictos quingentos scutos ymo etiam centum scutos et ultra ut predeposuit, taliter quod emolumenta et redditus atque omnes proventus dicti monasterii et pertinenciarum suarum non sufficiebant ad subportanda onera dicti monasterii, ymo opportebat quod ultra receptam quam faciebant et fecerunt de dictis omnibus juribus, redditibus et emolumentis dictis dominabus monialibus pertinentibus, ipsi confirmarii plus et ultra expenderent de eorum proprio pro quolibet anno dictos sexcentos scutos auri.

Interrogatus ipse loquens de quo ergo vivunt modo et vivere possunt dicte moniales si plus assendant expense et onera dicti monasterii quam redditus ejusdem, dixit quod ex magna diligencia ac industria agriculture que fit in terris dicti monasterii per mi[ni]sterium, ingenium et laborem nimium dicti domini prioris moderni ; unde credit ipse loquens firmissime quod, nisi esset dicta agricultura, dicte domine moniales non haberent eorum victum necessarium, ymo credit quod multas penurias paterentur et per consequens a cultu divino diverterentur, arbitrio ipsius loquentis : ex quibus apparet sibi loquenti quod dictam decimam nullo modo solvere possunt, sine maximo prejudicio importabili earum atque dampno.

Super XXVII° articulo dictus testis interrogatus dixit contenta in dicto articulo se credere fore vera, causa et rationibus a se supra depositis.

Interrogatus ipse loquens si doctus etc [1]. —

Dictus testis fuit examinatus per dictum dominum commissarium subrogatum anno et die preintitulatis et reppetitus perseveravit. »

Joh. Bastier.

éposition de
n de Vivens

« Johannes de Vivens, mercator oriundus loce de Marciat, diocesis Auxiensis, habitator tamen loci de Fanajove, xxviii annis citra vel circa, etatis, ut dixit, xl annorum vel circa, memorie vero xxx annorum vel circa, asserens in bonis possidere iii^c libras tur. et ultra, testis per modum informationis receptus et juratus ad sancta iiii^or Dei Evangelia sua manu dextra corporaliter tacta, puram deponere quam noverit veritatem de et super contentis in litteris regiis et articulis promisit ; super quibus dictus testis interrogatus dixit se scire et verum esse quod domine sorores moniales de quibus in dictis litteris regiis fit mencio, pro majori parte sunt et consueverunt esse recluse, murate et quodam modo incarcerate infra dictum monasterium taliter quod ab eodem monasterio nunquam exeunt nec recedunt nec recedere consueverunt neque possunt, ymo secundum earum votum, instituta et ordinationes dicti monasterii, dicte moniales habent infra dictum monasterium vivere et mori et semper ac perpetuo ibidem remanere. Quod quidem monasterium est situm in senescallia Tholosana et diocesi S. Papuli et eciam partim in diocesi Mirapiscensi, sub cura tamen, regimine et sollicitudine fratrum Predicatorum, ordinis S. Dominici. Que quidem moniales in horis canonicis et oracionibus ac aliis divinis officiis et exequiis multum devote serviunt et servire consueverunt Deo, vivendo solitarie, caste et honeste, ita quod nunquam fuit auditum cinistrum de dictis monialibus vel earum aliqua et pro liberalius et meliori corde Deo famulando et divinum servicium continuando, fuerunt, retrolapsis temporibus, per summos pontiffices fundate et dotate de ecclesiis parrochialibus villarum Fanijovis, Limosi, de Villafranca Lauraguesii, de Bromio, de Forciaraimundi et de Fenolheto, et eciam de redditibus spiritualibus dictarum ec-

---

1. Même formule que dans les interrogatoires précédents.

clesiarum valentibus, tempore dicte fundacionis et expost per multos annos sequentes, ut dici audivit a pluribus personis antiquis fidedignis, summam duarum mille librarum tur. et ultra; sed ex post, supervenientibus et causantibus pluribus et diversis pestifferis mortalitatibus, guerris, tempestatibus, fructuum sterilitatibus et pluribus aliis calamitatibus et tribulationibus, multum notoriis, dicti redditus spirituales et eciam temporales non solum dictarum monialium ymo etiam quarumcunque personarum in presenti patria existencium, fuerunt et sunt diminuti de medietate et ultra, et maxime fructus et redditus dicti monasterii, taliter quod dicte moniales vix habent unde vitam earum necessariam seu victum necessarium valeant sustentare, nec habent unde comode reparationes earum domui necessarias faciant fieri. Que quidem moniales sunt in numero LXIII, prout ipse loquens vidit, et eas numeravit hac die presenti in presentia dicti domini procuratoris regii et commissarii et plurium aliarum honestarum personarum, tam religiosarum quam secularium, videlicet domini prioris Prulhiani et confessorum dictarum monialium. Qui quidem dominus commissarius, ut dicebat et dixit, pro melius se informando de vero numero dictarum monialium voluit eas videre et remanere in presentia quorum supra, quas vidit infra earum monasterium predictum velatas et facie coperta cum earum velis nigris, et fuit repertum quod erant LXIII moniales in dicto monasterio.

Interrogatus dictus loquens quantum valent redditus spirituales quos percipiunt dicte moniales in ecclesiis memoratis et ad causam ecclesiarum predictarum, dixit quod octingentas libras tur. vel circa et non ultra, et ita dicti redditus fuerunt et sunt diminuti de medietate et ultra, et pro eo se scire dixit premissa quoniam ipse loquens fuit arrendator seu firmarius reddituum, juriumque et emolumentorum dicti monasterii, duo anni sunt, elapsi una cum pluribus aliis eorum in hac parte consociis, et arrendaverunt dictos redditus et emolumenta per sex annos tunc immediate sequentes, precio videlicet quingentorum scutorum auri anno quolibet solvendorum dictis monialibus seu dicto domino priori earum nomine: et ultra hoc debebant et tenebantur subportare et solvere secundum formam dicti arrendamenti, omnia onera dicti monasterii et dictarum dominarum monialium necessaria et consueta, et tamen dictum arrendamentum non duravit nisi per duos annos, obstante perdora et dampno quod et quam passi fuerunt. Nam in dictis duobus annis amiserunt et fuerunt damnifficati de summa mille et trescentorum scutorum auri et ultra et eciam ultra hoc amiserunt et perdiderunt eorum labores personales dictorum duorum annorum; et nisi fuissent preces et supplicationes quas fecerunt et fieri fecerunt dictis dominabus et dicto domino priori ut dictum arrendamentum amplius non continuaretur, sed ab eodem liberarentur, quod factum extitit, credit firmiter quod fuissent et essent penitus depauperati et ad extremam inopiam devenissent, quoniam plus assendebat et assendit expensa necessaria dicti monasterii et pertinentiarum suarum quam assenderet universalis recepta ejusdem, quolibet anno, de VI[c] scutis auri et ultra, quamvis, pendentibus dictis duobus annis, quibus fuerunt firmarii antedicti, nullas fecerunt reparationes in domibus vel hedifficiis dicti monasterii ac pertinentiarum suarum, nisi in sola recopertura tecti et tegularii.

Interrogatus si dicte moniales habent aliquos redditus temporales, dixit quod sic valentes et assendentes in universo ad summam sexcentarum librarum tur. vel circa, arbitrio et videre ipsius loquentis, ultra dictos redditus spirituales.

Interrogatus si dicti redditus temporales fuerunt comprehensi in dicto arrendamento dixit quod sic, et tamen, hoc non obstante, passi sunt ipsi arrendatores dampnum et perdoram dictorum mille et tres centorum

scutorum auri in dictis duobus annis, quoniam dicte moniales non poterant nec poterunt vivere de recepta dictorum reddituum spiritualium ac temporalium insimul neque eciam alie persone supramencionate.

Interrogatus dictus loquens si hodiernis temporibus dicte domine moniales arrendarunt seu ad firmam tradiderunt dictos redditus, jura et emolumenta dicti monasterii, dixit quod non; nec reperirent, ut credit, aliquem hominem mundi qui vellet dictos redditus, proventus et emolumenta arrendare seu ad firmam recipere, obstantibus seu causantibus dampnis et dictorum fructuum diminutionibus et oneribus dicti monasterii necessariis, excedentibus valorem et receptam dictorum reddituum et emolumentorum, ut patet per ea que supra dixit et deposuit.

Interrogatus de quo ergo vivunt et vivere possunt dicte moniales, hodiernis temporibus cum teneant dictos redditus ad earum manum, dixit quod de cultura agrorum et aliorum prediorum rusticorum et de fructibus exinde exeuntibus et provenientibus ex industria, ingenio et diligentia maxima dicti domini prioris moderni; et credit firmiter ipse loquens quod si dicta agricultura cessaret, quod, dicte moniales non haberent de quo vitam comode sustentare possent nec etiam haberent de quo reparationes suorum hedifficiorum fieri facerent, ymo ad ruinam pervenirent et corruerent: propter quod videtur sibi in periculo anime sue quod dicte moniales, bono modo et absque magno earum prejudicio, non possunt nec possent deinceps solvere taxam antiquam dicte decime; que taxa erat centum librarum tur.

Interrogatus quomodo scit quod dicta taxa esset C librarum tur., dixit quod ex quia dictam decimam secundum taxacionem predictam ipse loquens et alii sui socii solverunt bina vice, dicto pendente arrendamento. Preterea dixit quod majus prejudicium et gravamen quod contingit et contingere consuevit in oneribus dicti monasterii, tempore dicti arrendamenti et alias, est et fuit ac esse consuevit exhactio dicte decime, prout per experientiam viderunt et cognoverunt ipsi arrendatores, tempore eorum arrendamenti predicti, ex eo quia exhactores dictarum decimarum consueverunt servientes et exequtores mittere et rigidas exequtiones facere, de quibus multa dampna et gravamina provenire consueverunt, ut dixit. Quare videtur sibi quod super hoc esset per dominum nostrum regem providendum, alioquin credit quod dicte moniales in futurum pacientur inconvenientia de quibus in dictis literis regiis fit mencio.

Interrogatus dictus loquens si doctus etc.

Dictus testis prenominatus fuit per dictum dominum commissarium examinatus et reppetitus perseveravit et se suscripsit. »

Joh. de Vivens.

Déposition de Raymond Fabri

« Venerabilis vir dominus Ramundus Fabri, presbiter et notarius apostolicus, oriundus loci de Meserado villa diocesis Mirapiscensis, etatis, ut dixit, quinquaginta annorum vel circa, memorie vero XL annorum vel circa, possidens in bonis valorem C lib. tur., ut dixit, testis productus, receptus et juratus ad sancta IIII[or] Dei Evangelia manu sua dextra corporaliter tacta, puram deponere quam noverit veritatem super contentis in litteris regiis et articulis per partem supplicantem traditis, superius insertis, super quibus literis et articulis et contentis in eisdem et eisdem, dictus testis loquens interrogatus dixit se scire de contentis in eisdem et verum esse quod dicte domine moniales, in dictis literis regiis mencionate, pro majori parte sunt nobiles et de nobili genere procreate, et eciam sunt et consueverunt esse recluse, immurate et quasi incarcerate infra

muros dicti earum monasterii in tantum quod a dicto monasterio rescedere non possunt nec rescedere consueverunt, quin ymo, secundum ordinationes et instituta dicti monasterii et juxta votum dictarum monialium, ipse sorores moniales habent et tenentur infra idem monasterium in eternum permanere, vivere atque mori nec a dicto monasterio exeunt in vita nec in morte; et istud est publicum, manifestum et notorium in partibus istis inter scientes veritatem premissorum; et ipse loquens conversando in dicto monasterio frequentissime, ad causam divini cultus, de premissis noticiam habuit atque habet. Preterea dixit quod dictum monasterium est situm in diocesi S. Papuli, senescallie Tholosane; in quo monasterio dicte domine moniales reguntur et regi consueverunt valde honeste, sub cura et sollicitudine religiosorum fratrum Predicatorum, videlicet domini prioris Prulhiani et dominorum confessorum ipsarum religiosarum monialium, que multum devote in orationibus quas dicunt, et maxime ac singulariter pro domino nostro rege et conservatione regni sui et pro pace habenda, necnon pro statu universalis ecclesie conservando et etiam in aliis divinis officiis atque horis canonicis serviunt et servire consueverunt Deo et beate gloriose Virgini Marie et toti curie supernorum nocte dieque, vivendo etiam solitarie, caste, pudice et honeste; et nunquam fuit aliquod malificium de ipsis monialibus vel earum aliqua scitum vel auditum, saltem quod ipse loquens per famam vel alias sciverit vel dici audiverit, et ulterius etiam dicti domini prior Prulhiani, confessores et omnes religiosi ac etiam servitores dicti monasterii omnes et singuli consueverunt esse casti, devoti, bone vite, fame laudabilis et conversationis honeste et pro eo se scire dixit premissa quia, a tempore juventutis ipsius loquentis citra et per ipsum tempus, de die et de nocte conservatus fuit in dicto monasterio non solum ad causam divini cultus, ymo etiam pro recipiendo instrumenta publica contractuum qui de XX[ti] annis citra vel circa in dicto monasterio fuerunt celebrati, saltem pro majori parte, cum ipse loquens sit notarius appostolicus, ut ait. Rursus dixit ipse lo[quens] interrogatus quod, pro serviendo devocius et meliori corde Domino nostro Jhesu Xristo, preffate domine moniales fuerunt, retroactis temporibus, fundate et dotate de benefficiis ecclesiarum parrochialium villarum et locorum Fanijovis, Limosi, de Bromio, de Villafrancha Lauraguesii, de Fenolheto et de Forcia ferrandi, et pro eo se scire dixit quia dicte domine moniales seu earum gentes, earum nomine, percipiunt et percipere consueverunt redditus et proventus spirituales dictarum ecclesiarum, qui solebant valere antiquitus, ut palam et publice dici audivit, duo mille libras tur. et ultra, quod ipse loquens firmissime credit esse verum quia ita vidit contineri et legit in libris receptarum dicti monasterii, qui quidem libri solempniter custodiuntur et custodiri consueverunt in archiviis dicti monasterii: sed ab aliquibus annis citra, propter pestifferas mortalitates que frequenter in hiis partibus viguerunt atque vigent, guerrasque et discursus gencium armorum, fructuum sterilitates et tempestates pro dolor! nimium vigentes, dicti redditus spirituales et eciam temporales fuerunt et sunt diminuti de duobus partibus vel saltem de medietate et ultra, adeo et in tantum quod dicte sorores religiose non habent comode, hodiernis temporibus, unde vitam earum necessariam seu alimenta necessaria valeant subportare, nec ex dictis redditibus possent vivere, prout ipse loquens vidit per experienciam, nisi esset agricultura quam multum industriose, prudenter et diligenter fieri facit dictus dominus prior modernis in prediis rusticis monasterii sepedicti, et multominus haberent vel habent dicte moniales aliquid de quo possent reparaciones ipsius monasterii domorumque et grangiarum ex dicto monasterio deppendencium fieri facere, nec alia onera subportare nec mercedes et salaria servitorum et mercenariorum dicti monasterii solvere, presertim considerata multitudine

necessaria dictorum servitorum necessariorum dictarumque monialium et religiosorum fratrum predictorum.

Interrogatus ipse loquens quot sunt numero dicte sorores moniales, dixit quod LXIII et pro eo se scire dixit quia eas aliquotiens numeravit et vidit per vestes et non per faciem, cum haberent facies velatas earum velis nigris, more earum solito, et recepit pluries ipse lo[quens] earum nomina et cognomina pro ea describendo in publicis instrumentis sindicatuum monialium predictarum, que instrumenta sindicatuum ipse loquens recepit, velut notarius memoratus.

Interrogatus ipse loquens quot sunt religiosi fratres de ordine Predicatorum in dicto monasterio, clerici et presbiteri, dixit quod sexdecim, quia ita vidit ipse loquens et eos numeravit pluries, salvo quod unus dictorum XVI nondum est presbiter sed acolitus et servit in choro prout et alii religiosi supradicti. Qui quidem XVI religiosi celebrant eorum missas cotidie tam in ecclesia dictarum dominarum monialium quam in ecclesia dictorum fratrum. Nam dicti fratres morantur ceparati et extra muros dictarum dominarum monialium; nec est mutuus accessus inter se nisi quod de aliquibus foraminibus valde exhiguis dicte domine moniales audiunt missas et vident Deum in earum ecclesia memorata. Preffati vero religiosi fratres Predicatores etiam in eorum ecclesia ad partem et ab alio latere dicti monasterii constructa, etiam celebrant eorum missas et dicunt alta voce horas suas canonicas et alia divina officia nocte dieque, quemamodum dicte domine moniales faciunt et facere consueverunt in earum choro recluso et immurato, in tantum quod de una ecclesia ad aliam ecclesiarum predictarum, quantumcunque alta voce clamando eorum dicant officia, non possent nec possunt se invicem exaudire quia in medio sunt plures muri, claustrum ac distantia magna, prout loco oculis subjecto cuilibet intuenti notorie apparet.

Interrogatus ipse loquens quot in dicto monasterio servitores continuam residentiam facientes, dixit quod pro negotiis et operibus dicti monasterii peragendis, inclusis fratribus laycis et secularibus et aliis personis laycis ad dicta negocia peragenda necessariis, sunt XL persone et ultra utentes pluribus et diversis artibus mecanicis, veluti arte fabrili et fusterie, sutorie et sartorie; et quorum aliqui deserviunt in coquina pro cibariis preparandis dictis fratribus religiosis, servitoribus et hospitibus in dicto monasterio sepissime confluentibus; alii vero vacant in furno, alii deserviunt in molendinis, alii in cultura agrorum et vinearum dicti monasterii, alii sunt ortolani vacantes ad plantandum et nutriendum olera, de quibus comedunt dicte domine moniales ac fratres religiosi et alie persone superius declarate; aliqui vero ex dictis servitoribus sunt pastores et bubulci et sic de aliis ministeriis.

Interrogatus quot gentes seu persone morantur extra dictum monasterium, in grangiis, domibus boariis et aliis maneriis dictarum religiosarum, dixit quod quinquaginta persone vel circa, prout ipse lo[quens] vidit, utentes diversis artibus, sicut superius dictum est, et sic persone layce dicti monasterii et pertinenciarum suarum, tam infra dictum monasterium quam extra, illud degentes, in universo sunt nonaginta persone in numero vel circa, que sunt necessarie pro operibus et negociis dicti monasterii peragendis.

Interrogatus quas mercedes et logueria ac salaria recipiunt dicti servitores et mercenarii ac persone layce de quibus supra dictum est, dixit quod octingentas libras tur. vel circa, prout vidit contineri in dictis libris dictarum receptarum et expensarum preffati monasterii, et videtur sibi loquenti quod est bonum forum quia non ascendit ad decem libras pro homine vel uno homine cum alio compensato, et tamen sunt plures de dictis artifficibus qui recipiunt de mercede XIIII, XV, vel XVI scutos auri, prout ipse lo[quens] scit, quia fuit sepe

presens in conductione seu conductionibus aliquorum ex ipsis, et ultra hoc recipiunt et recipere consueverunt eorum cibaria, videlicet panem, vinum, pitanciam seu companagium.

Interrogatus ipse loquens si sunt animalia aratoria in dicto monasterio vel grangiis suis, dixit quod sic, videlicet LX^ta animalia bovina et ultra; et eciam sunt et esse consueverunt de necessitate animalia plura et diversa bastum seu |/|/|/| bladorum, vinorum, lignorum et aliorum victualium portancia et eciam kadrigas et currus trahencia usque ad numerum XII vel XIIII, prout ipse lo[quens] vidit et videt frequenter; que quidem animalia faciunt magnos sumptus, et expensas, prout et quemadmodum alia similia animalia facere consueverunt, prout cotidiana experiencia docet illi vel illis qui talia vel similia animalia tenere consueverunt.

Interrogatus, cum superius fuerit locutus de hospitibus in dicto monasterio confluentibus, si plures hospites consueverunt venire ad dictum monasterium, dixit quod sic, prout ipse lo[quens] vidit frequentissime et vidit quasi omni die. Nam aliqui ibi veniunt videlicet magnates transeundo per patriam, multi vero nobiles utriusque sexus ad causam visitationis dictarum monialium que sunt de nobili genere, ut dictum est, et alique earum de prosapia dictorum visitancium et etiam plures alii viri notabiles, taliter quod, uno die cum alio compensato, assendunt ad decem personas extraneas in dicto monasterio hospitantes et victum recipientes cum eorum equitaturis.

Item dixit ipse loquens quod ultra premissa sindici dicti monasterii habent necessario et ob culpam plurium et diversorum maliciosorum emphiteotarum et debitorum dicti monasterii, in pluribus et diversis curiis spiritualibus et temporalibus et etiam presidalibus senescalliarum Tholose et Carcassone, litiguare et jura dicti monasterii prossequi et deffendere, cum maximis sumptibus et oneribus dicti monasterii, solvendo scripturas et salaria notariorum, procuratorum curialium; quos sumptus seu expensas ipse loquens nesciret extimare, tamen de hoc se reffert ad libros expensarum monasterii prelibati.

Item dixit ulterius ipse lo[quens] interrogatus quod dicte domine moniales sustinent et sustinere consueverunt plures et diversas alias expensas et sumptus circa reparationes necessarias monasterio, domorum, grangiarum et aliorum hedifficiorum, que, nisi fierent omnia, corruerent et, jamdiu est, corruissent et ad ruinam devenissent et, quod deterius est, causante eorum impotentia et paupertate, plura et diversa hedifficia dictarum monialium corruerunt. que non potuerunt facere reparari, cum non haberent unde.

Interrogatus que sunt illa hedifficia que corruerunt, dixit quod pro majori parte corruerunt grangie de Auriaco. de Vezola et de Aguassenchis, quamvis essent et sint utiles dicto monasterio; idem dicit de grangia de Ramundenchis.

Interrogatus quantum valent, hodiernis temporibus. redditus ecclesiarum de quibus supra deposuit, dixit quod de dictis oneribus earumdem necessario faciendis, videlicet solutis pencionibus vicariorum et aliorum onerum consuetuorum, solum et dumtaxat valent, hodiernis temporibus, in universo summam octingentarum librarum tur. vel circa et non ultra; et pro eo se scire dixit quia de hoc se informavit et de hiis notitiam habuit, ad causam contractuum predictorum et ad causam eciam frequentissime conversationis quam facit in dicto monasterio et eciam quia ita vidit contineri et legit in libris dicti monasterii superius mencionatis. Ex quibus superius depositis clare apparet sibi loquenti et apparere potest cuilibet de premissis se intromittenti quod dicti redditus et proventus spirituales sunt et fuerunt diminuti de medietate et ultra.

Interrogatus ipse loquens si dicte domine moniales habent aliquos redditus temporales, dixit quod sic

in pluribus et diversis locis, assendunt ad summam sexcentarum lib. tur. vel circa, computatis bladis, pecunia, gallinis et foriscapiis; tamen juramento suo dixit et asseruit quod de die in diem dicti redditus temporales diminuuntur.

Interrogatus si dicti redditus spirituales et temporales sufficiunt ad vitam dictarum dominarum monialium et dictarum suarum gencium sustinendam, dixit suo juramento quod non, ymo opporteret ipsas mendicare. ut credit firmiter ipse loquens, nisi esset agricultura ruralis de qua supra deposuit, et per consequens videtur sibi loquenti in periculo anime sue quod dicte domine moniales importabiliter gravantur in solucione seu exhactione dicte decime, juxta taxam solitam que erat ut et consuevit esse. Et nisi per dominum nostrum regem seu ejus gentes super hoc potestatem habentes provideatur de anichilatione seu saltem diminutione dicte taxe ipsius decime, opportebit ipsas moniales mendicare, ut verisimiliter credit ipse loquens per ea que supra dixit et deposuit et prout in dictis literis regiis continetur, et pro eo se credere ymo quasi assertive se scire dixit, quia vidit in dictis libris compotorum contineri quod per finem cujuslibet compoti diversorum annorum retrolapsorum, dicte moniales remanent debitrices receptoribus et administratoribus redditum et emolumentorum predictorum et aliquibus aliis creditoribus earumdem in pluribus et magnis et diversis pecuniarum summis.

Interrogatus dictus loquens si amore, favore etc —.

Dictus testis deposuit in dicto monasterio Prulhiani, die tercia marcii, anno et regnante quibus supra, et perseveravit. »

Déposition de Guillaume Junchas

« Guillermus Junchas mercator, oriundus et habitator loci de Fanajove, etatis, ut dixit XL annorum et ultra, memorie vero XXX[ta] annorum et ultra, cujus facultates dixit valere quingentas libras tur. et ultra, testis productus, receptus et juratus ad sancta Dei quatuor evangelia per eum corporaliter tacta, puram et meram deponere quam noverit veritatem, et dictum dominum commissarium bene et vere informare de et super quibus productus est et interrogabitur, et ipse loquens fuit examinatus super contentis in dictis litteris et articulis superius insertis, super quibus dixit se tantum scire videlicet verum esse quod dicte domine sorores religiose, de quibus in dictis litteris fit mencio, pro majori parte sunt nobiles et nobili genere procreate, suntque et consueverunt esse immurate, recluse et velut prisonerie seu clause detente et existunt infra muros dicti monasterii Prulhiani perhempniter et absque ullo dicessu; nam, ipsis deffunctis, etiam ibi remanent et remanere consueverunt corpora seu cadavera earumdem, et hoc juxta ordinationes et institutiones dicti monasterii et eciam juxta ipsarum monialium votum seu voluntatem, et istud est valde notorium in partibus istis et alibi inter habentes noticiam de premissis et pro eo se scire dixit quia conversando sepissime in dicto monasterio, solum distante a dicto loco Fanijovis per quartam vel quintam partem unius leuce vel circiter, ita vidit et quilibet hoc videre potest, dicens ulterius ipse loquens quod dictum monasterium Prulhiani situatur in diocesi S. Papuli, senescallie Tholosane, pro majori parte et partim in diocesi Mirapiscensi. Que quidem moniales in dicto monasterio consueverunt vivere sub regimine religiosorum fratrum Predicatorum valde honeste, que religiose mulieres devotissime et multum sanctimonialiter in divinis officiis et horis canonicis aliis aliisque earum orationibus Deo et Virgini gloriose Marie ac toti collegio paradisi de die et de nocte cum magna et ferventi diligencia serviunt et servire consueverunt, solitarie, caste et honeste vivendo; et nunquam fuit aliquod malificium de ipsis monialibus vel earum aliqua scitum vel auditum, sal-

tem quod ipse lo[quens] sciverit vel dici audiverit; dicens etiam quod dicti fratres Predicatores vel prior et ceteri inibi habitantes sunt bone fame, vite laudabilis et conversationis honeste, prout de hoc ipse loquens in dicto monasterio frequentando noticiam habuit et habet.

Interrogatus si dicte moniales habent aut habere consueverunt aliquos redditus spirituales ac temporales, dixit quod sic, quum dicte moniales per earum vicarios et gentes suas tenent et possident, tenereque et possidere consueverunt ecclesias parrochiales locorum et villarum Limosi, Fanojovis, de Villafrancha Lauraguesii, de Bromio, de Fenolheto et de Forcia Ferrandi una cum earum proventibus, redditibus et emolumentis, valentibus antiquitus, prout ipse loquens palam et publice dici audivit a pluribus personis fidedignis, summam trium mille lib. tur. et ultra; et de hoc fuit et est vox et fama publica in partibus istis inter scientes veritatem premissorum; verumtamen ab aliquibus ultra temporibus, propter guerras et latrunculos ac tempestates, fructuum sterilitates et, quod pejus est, propter pestifferas mortalitates, que quasi incessanter in hiis partibus vigere consueverunt, dicti redditus fuerunt et sunt diminuti de duabus partibus et ultra, arbitrio ipsius loquentis. Preterea, cum dicte moniales antiquibus haberent redditus temporales valentes mille et quingentas lib. tur. et ultra, prout in hiis partibus publica fama reffert, tamen dicti temporales redditus sunt de presenti diminuti de medietate et ultra, quoniam hodiernis temporibus dicti redditus temporales, uno anno cum alio compensato, non valent ultra summam sexcentarum lib. tur. et pro eo se scire dicit ipse lo[quens] quod redditus spirituales et temporales sunt diminuti et non valent hodie nisi summas superius declaratas vel circa, quoniam ipse lo[quens], duo anni sunt elapsi vel circiter, fuit firmarius et arrendator dictorum reddituum spiritualium et temporalium omniumque jurium et emolumentorum dicti monasterii, una cum pluribus aliis ejus in hac parte consortibus et confirmariis, et pendente dicta firma que fuerat facta ad sex annos, quam ipse loquens et alii ejus socii solum tenuerunt per biennium, et sic tenendo dictam firmam, vidit et cognovit per experienciam diminucionem jamdictam reddituum predictorum.

Interrogatus ipse loquens quo seu quanto precio arrendarunt dictam firmam, dixit quod precio quingentorum scutorum auri quitiorum, omnibus oneribus consuetis dicti monasterii subportatis, et tamen cum crederent in dicto arrendamento lucrari, amiserunt et dampniffícati fuerunt in dictis duobus annis in summa et de summa mille et trescentorum scutorum auri et ultra, et etiam perdiderunt et amiserunt eorum labores personales dictorum duorum annorum in et pro negociis dicti monasterii impensos, taliter quod si dictum arrendamentum continuatum fuisset et durasset per dictos sex annos completos, ipse lo[quens] et alii socii predicti, qui erant et sunt divites, fuissent ad magnam et quasi extremam paupertatem deducti; dictum vero arrendamentum non fuit continuatum ex eo quia, post preces et supplicationes multimodas dictis monialibus et dicto priore factas super relaxatione et abolitione dicti arrendamenti, cum relaxationem nolebant ab inhitio consentire, tamen ex importunitate supplicationum, compasciendo destructioni ipsius loquentis et aliorum suorum sociorum qui sunt parrochiani, emphiteote atque vicini dictarum monialium, consenserunt relaxationi dicti arrendamenti.

Interrogatus si de redditibus et emolumentis predictis dicte moniales et dicti religiosi fratres et alie gentes dicti monasterii poterant tunc et possunt de dictis redditibus vivere, dixit suo juramento quod non, quoniam, tempore dicti arrendamenti seu dicte firme, plus assendebat et assendit expensa, quam necessario pro gentibus dicti monasterii habebant et tenebantur facere, quam assenderet universalis recepta emolumentorum

omnium ejusdem monasterii et pertinentiarum suarum, anno quolibet de multo in tantum quod in dicto arrendamento amiserunt summam pecunie superius declaratam.

Interrogatus si, tempore dictorum duorum annorum arrendamenti et firme, ipsi firmarii fecerunt fieri aliquas reparationes in hedifficiis dictarum monialium, dixit quod non, nisi solum recoperire tectum dicti monasterii ubi fuit necesse.

Item, cum superius dixerit quod plus assendit expensa quam recepta dicti monasterii, de quo ergo vivunt et vivere possunt dicte sorores religiose et earum gentes, dixit quod de agricultura, quam cum magna diligentia, discretione et ingenio dictus dominus prior modernus exercere facit. Qua cessante, credit ipse loquens firmiter quod non haberent unde comode vivere possent, neque etiam possent reparationes dicti monasterii et aliarum domorum a dicto monasterio deppendencium facere, ymo forcitam minarentur ruinam et dicte moniales haberent necessario mendicare, et pro eo se credere dixit quia ita per experientiam vidit et cognovit, tempore dicti arrendamenti et firme de quibus supra deposuit, et multominus possent arbitrio suo solvere mercedes ac salaria servitorum, famulorum et mercenariorum dicti monasterii, precipue attenta multitudine personarum dictarum monialium dictorumque fratrum Predicatorum servitorumque et famulorum predictorum, que persones omnes insimul juncte assendunt videre suo ad ducentas et quinquaginta personas vel circa, tam infra dictum monasterium quam extra dictum monasterium, pro negociis ejusdem degentes, computatis eciam hospitibus ad dictum monasterium more solito confluentibus.

Interrogatus ipse lo[quens] quot sunt moniales in dicto monasterio, dixit quod LXIII, quia ipse lo[quens] die dominica proxime lapsa, eas numeravit in presencia dicti domini commissarii, qui voluit eas videre et manere, pro melius sciendo veritatem premissorum, que fuerunt vise in earum raupis habentes facies velatas, more earum consueto, cum earum velis nigris.

Interrogatus quot sunt dicti fratres religiosi de ordine Sancti Dominici in dicto monasterio, dixit quod XVI, prout ipse loquens vidit sepissime et videt adhuc frequenter, qui celebrant et celebrare consueverunt eorum missas cotidie in eorum ecclesia et eciam in ecclesia dictarum monialium.

Interrogatus si dicti fratres vel alii possunt habere adhitum ad dictas moniales et intrare infra earum ceptra, dixit quod non regulariter, nisi ex magna causa et tunc cum magna solempnitate, et pro eo se scire dixit quoniam ipse lo[quens] vidit plures dispositiones seu situationem dicti monasterii, in quo dicti fratres morantur, ad partem ceparati et extra muros dictarum monialium, ac tamen de aliquibus modicis foraminibus valde foratis dicte sorores audire consueverunt missas et aliquando sermones : preffati vero fratres Predicatores etiam in eorum ecclesia propria ab alio latere dicti monasterii constructa, celebrant eciam missas et alia divina officia nocte dieque ; et tanta est distantia de ecclesia dictarum sororum ad ecclesiam dictorum fratrum quod non possunt se exaudire quantumcunque alta voce clament, prout ipse lo[quens] per experienciam cognovit, in dicto monasterio frequentando.

Interrogatus quot servitores seu operarii commorantur in monasterio supradicto, dixit quod infra dictum monasterium, inclusis fratribus laycis et secularibus et aliis personis laycis, in operibus dicti monasterii necessario vaccantibus, sunt et consueverunt esse XL persone et ultra, pluribus et diversis artifficiis dicto monasterio et illis qui in eodem morantur, necessariis, utentes, quorum artifficia et ministeria prolixa essent recitare.

Interrogatus quot persone morantur extra dictum monasterium in grangiis boariis et aliis pertinentiis dicti monasterii, dixit quod quinquaginta persone vel circa, prout ipse loquens vidit pluribus et diversis vicibus, maxime tempore dicti arrendamenti et firme, utentes diversis artibus et mecanicis operibus et eciam agricultura, taliter quod tediosum esset recitare adeo quod persone layce dicti monasterii grangiarumque et aliarum pertinenciarum simul juncte assendunt ad numerum centum vel circa.

Interrogatus si dicte persone layce recipiunt magna salaria et mercedes, dixit se credere quod recipiunt omnes insimul mille lib. tur. et ultra pro mercedibus et salariis eorum, et pro eo se credere dixit quia, tempore dicti eorum arrendamenti, tantumdem vel circa solverunt ipse loquens et alii sui socii confirmarii memorati ; nam recordatur ipse loquens quod molendinarii, furnerii, bubulci, quadrigarii, cultores vinearum, pastores et vaquerii recipiebant magnas mercedes, aliquando XVI, aliquando XVIII, aliquando XX[ti] scutos et ultra pro quolibet homine ; et ulterius recordatur quod pro sola factura sotulorum dictis monialibus et dictis fratribus religiosis tam clericis quam laycis seu conversis, tempore dicti arrendamenti, solverunt dicti firmarii IIII[xx] scutos auri, pro quolibet anno dictorum duorum annorum, ultra corium et filum super hoc necessarium et sic de singulis artifficiis predictis ; et ultra premissa recipiebant dicti mercenarii et recipere consueverunt viatica ad vivendum necessaria, videlicet panem, vinum et companagium.

Interrogatus quot hospites consueverunt communiter hospitari in dicto monasterio expensis ipsius monasterii, dixit quod plures, quorum numerum ipse loquens nesciret designare perfecte, ac tamen credit ipse loquens quod, uno die cum alio compensato, pro qualibet die, veniunt in dicto monasterio decem hospites vel circa, plures ex eis cum equitaturis videre suo, ut ait, et ita vidit ipse loquens per experienciam tempore dicti arrendamenti.

Interrogatus si in dicto monasterio sunt aliqua animalia aratoria dixit quod sic, videlicet LX[ta] animalia bovina pro aratro et ultra, prout credit ipse loquens, quorum cultura sustentatur pro majori parte dictum monasterium, ut supra deposuit.

Interrogatus si in dicto monasterio sunt aliqua animalia ad portanda victualia et alia necessaria, dixit quod sic, usque ad numerum XVI et ultra, prout ipse loquens vidit frequenter, tam pro portando saumatas cum basto quam pro trahendo currus et cadriguas ; que quidem animalia consueverunt facere magnas expensas, prout quilibet bonus pater familias cogitare potest.

Item, dixit ipse lo[quens] interrogatus quod eciam ultra premissa, dictum monasterium consuevit expendere magnos sumptus facere (*sic*) in litigiis et in diversis curiis spiritualibus et temporalibus senescalliarum Tholose et Carcassone, quoniam bona dicti monasterii spiritualia et temporalia sunt situata partim in senescallia Tholose et partim in senescallia Carcassone, et contingit pluries et frequenter quod plures maliciose persone recusant solvere redditus dicti monasterii, quamobrem oportet super hoc litiguare et solvere advocatis, procuratoribus, notariis et commissariis qui faciunt inquestas et pensiones eorumdem, prout ipse loquens vidit et scivit per experienciam, tempore dicti arrendamenti et firme de quibus supra deposuit.

Interrogatus ipse loquens si omnia hedifficia dicti monasterii sunt bene reparata et bene condirecta, dixit quod non, ymo, causante dictarum monialium paupertate et impotencia, plura et diversa hedifficia ex dicto monasterio seu ejus grangiis deppendencia corruerunt, et est liquidum videre in grangia de Aguassenchis,

de Auriaco, de Villafrancha, de Vezola et de Cumieriis et de Ramundenchis, licet essent utiles seu utilia atque necessaria hedifficia dicto monasterio.

Interrogatus si dicte moniales possunt comode decimam de qua in dictis litteris regiis fit mencio, solvere domino nostro regi in futurum, dixit suo juramento et in anime sue periculo se firmiter credere quod non, causantibus dictis reddituum diminucionibus et aliis oneribus necessariis, de quibus supra deposuit, ymo, adhuc cessante dicta decima, opporteret eas mendicare arbitrio suo, nisi esset agricultura ruralis de qua supra dictum est, et ideo videtur sibi loquenti in periculo anime sue quod dicte moniales nullo modo possunt solucionem dicte decime subportare.

Interrogatus ipse loquens que est et consuevit esse taxa dicte decime, dixit quod consuevit esse summa c lib. tur., pro qualibet decima; et tantum solvit ipse loquens et alii sui socii, tempore dicte firme seu arrendamenti; et recordatur quod majus gravamen attulit eis solucio dicte decime quam alia onera prelibata, quia per rigidas exequtiones servientium regiorum fuerunt conpulsi ad solutionem decime memorate.

Interrogatus ipse loquens si doctus, instructus —.

Dictus testis fuit examinatus in dicto monasterio Prulhiani, die quarta mensis marcii, anno Domini M°IIII°XXVI° et reppetitus perseveravit. »

« Subsequenter, sindicus seu procurator dictarum monialium dicti monasterii Prulhiani, ad informandum animum dicti domini commissarii et ad probandum contenta in VII°, VIII°, IX°, X°, XI°, XII° et XIII° articulis articulorum predictorum, produxit aliquas bullas et literas apostolicas in earum prima figura, quarum bullarum clausulas infra insertas in eis descriptas ex integro, cetera consignando in presenti informatione causa brevitatis inseri voluit :

Et primo quandam bullam plumbatam domini Benedicti pape XI, prout in dicto plumbo legebatur, sic incipientem : *Benedictus episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus priorisse et sororibus monasterii b. Marie de Prulhiano, per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum Predicatorum viventibus etc.*, continentem inter cetera clausulam subsequentem :

« *Vobis preterea ut ad prestandum decimas de quibuscumque possessionibus et aliis omnibus bonis vestris, que in presenciarum habetis et justis modis, prestante Domino, acquisiveritis in futurum, vel subventionem quamcumque, aut ad contribuendum in exhactionibus vel collectis aut decimis seu subsidiis aliquibus per litteras dicte sedis aut leguatorum ejus vel ordinariorum aut nunciorum ipsorum seu rectorum terrarum vel regionum quascumque impetratas vel eciam impetrandas, minime teneamini, nec ad id cogi possitis, etiamsi in hujusmodi sedis ejusdem contineatur litteris quod ad quevis exempta vel non exempta loca vel monasteria se extendant, et aliqua eis, cujuscumque tenoris existat, ipsius indulgentia, non obstante etc., nisi forsan litere ipse dicte sedis de indulto hujusmodi et monasterio vestro plenam et expressam fecerint mencionem, auctoritate presentium indulgemus etc.* »

Item, produxit aliam bullam plumbatam domini Clementis pape VII sic incipientem : *Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus priorisse et sororibus monasterii b. Marie de Prulhano, per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum Predicatorum viventibus, S. Papuli diocesis, salutem et apostolicam benedictionem etc.*, in qua quidem bulla in effectu continetur « *quod dudum Benedictus papa XI in quodam privilegio per eum dicto monasterio concesso, inter cetera*

concessit quod dicte moniales ad prestandum decimas de quibuscumque possessionibus et aliis omnibus bonis suis, que tunc habebant et justis modis acquirerent, ad subvencionem quamcunque aut ad contribuendum in exhactionibus vel collectis aut decimis seu subsidiis aliquibus per litteras dicte sedis aut legatorum ejus aut nunciorum ipsorum seu rectorum terrarum vel regionum quascunque impetratas vel etiam impetrandas minime teneremini nec ad id cogi valeretis etc., confirmando in effectu bullam superius recitatam, datam apud Castrum Novum, Avinionensis diocesis, VIII kalendas octobris, pontifficatus sui anno quinto.

Item, produxit aliam bullam plumbatam domini Benedicti pape XIII sic incipientem : *Benedictus episcopus,* in qua bulla sunt verba sequentis tenoris : *Felicis recordationis Benedicti XI et pie memorie Clementis VII, Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum, in hac parte vestigiis inherentes, vobis auctoritate presentium indulgemus ut ad prestationem decimarum de quibuscunque possessionibus et omnibus aliis bonis vestris que in presenciarum habetis et justo titulo, prestante Domino, adquisieritis in futurum, seu ad exhibendum annuum redditum sive sensum vestris diocesanis episcopis, necnon pedagia, tolonea et alias exhactiones quibusvis regibus seu aliis personis secularibus, etiam ad dandum et solvendum procurationes aliquas leguatis vel nunciis apostolice sedis, sive ad decimam vel aliam portionem aut subventionem aliquam de vestris proventibus cuiquam exhibendam, vel ad contribuendum in exhactionibus vel collectis seu subsidiis aliquibus minime teneamini etc., indulgendo in effectu, prout in aliis bullis precedentibus etiam continetur. ||||||| Datum Saone, secundo nonas februarii, pontificatus nostri anno |||||.*

Item, produxit quandam aliam bullam plumbatam domini Johannis pape XXIII sic incipientem : *Johannes episcopus,* in qua quidem bulla verba sequentis tenoris reperiuntur descripta : *Eapropter, dilecti in Domin filii, sic vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et monasterium vestrum predictum cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adhispisci, sub b. Petri protectione suscipimus atque nostra, omnesque libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontifficibus, sive per privilegia vel alias indulgentias vobis et monasterio vestro predicto concessas, necnon libertates et exemptiones quarumcumque exhactionum a regibus, principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et monasterio vestro predicto concessas, sicuti ea juste et paciffice possidetis, vobis et vestro monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus etc. Dat. Rome apud S. Petrum* IIII *kalendas julii, pontificatus nostri anno tertio.*

Item, produxit quoddam instrumentum publicum receptum, signatum et subscriptum manu et signo magistri Arnaudi Durandi, notarii Tholose, anno Domini M° CCC° LXXI°, in quo est insertum instrumentum sindicatus dicti monasterii ; quod quidem instrumentum, Tholose per dictum Durandum receptum, in effectu continet quandam apostolorum dacionem factam per dominum Guasbertum de Luganno, licenciatum in legibus, vicarium generalem reverendi in Christo patris et domini, domini tunc archiepiscopi Tholosani ; in quo quidem instrumento inter cetera sunt sequentia verba : *Quia, vestris visis privilegiis, constat michi vos a prestatione decime fore exemptos et non est nec unquam fuit ||||||||||| in aliquo derogasse, ideo quantum in me est, sententias contra vos latas, suspendo, donec per sanctam sedem apostolicam aliud extiterit ordinatum etc.*

Item, produxit quasdam alias litteras exequtorias earumdem bullarum superius proxime mencionatarum, concessas per dominum Petrum Boerii, legum doctorem, camere apostolice clericum et ad Narbonen-

sem, Tholosanam et certas alias provincias nuncium apostolicum destinatum, datas Tholose die IIIIta mensis junii, anno a Nativitate Domini M° CCC° LXXXVIII°.

Item, produxit quasdam alias litteras exequtorias dictarum bullarum domini Benedicti pape XI et domini Clementis VII concessas per dominum Petrum de Tarascone, canonicum Albiensem, sedis apostolice capellanum et in provinciis Tholosana et Auxitana nuncium, datas Tholose die VIta mensis martii, anno a Nativitate Domini millesimo CCC° XCI°.

Item, produxit quasdam alias litteras concessas per dominum Petrum, tunc miseratione divina archiepiscopum Arelatensem, domini pape camerarium, exequtorias et in effectu continentes quod monasterium Prulhiani non solvat decimam collectori apostolico.

Item produxit quasdam litteras regias hujus tenoris : *Philipus, Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod religiosis* |||||||| *priorisse et conventui monasterii sororum de Prulhano, divine* [*pietatis*] *inthuitu et pro nostre ac progenitorum nostrorum animarum remedio* |||||| *concedimus per presentes quod ipse, ratione bonorum suorum decimalium vel aliorum* ||||||| *ad dictum monasteterium pertinentium, ubicumque consistentium vel alias* ||||||| *contribuendum, solvendum vel exhibendum aliquid in talliis, financiis, subvencionibus, vel collectis pro nobis vel successoribus nostris vel alias cavalcate aut quoquo modo minime compellantur,* |||||||||||| *cum gentibus suis, a talibus de cetero sint immunes; quod ut ratum* [*et stabile*] *perseveret, fecimus nostrum presentibus apponi sigillum. Actum Biterris anno Domini M° CCC° III° mense februarii.*

G. DE RIVO.

Que quidem littere sunt cum cera viridi in filis siricis sigillate.

Item, produxit quasdam litteras exequtorias per dominum Ramundum Atonis, condam judicem majorem Tholose et locum tenentem domini tunc senescalli Tholosani, in quibus sunt incorporate certe littere domini ducis Andeguavensis, locum tenentis domini nostri tunc regis, directe collectori decimarum, dicto domino duci, ut locum tenenti dicti domini nostri regis, concessarum, in quibus inhibet dicto collectori decimarum ne de cetero priorem, priorissam et ceteras moniales monasterii de Prulhiano, contra formam dictorum earum privilegiorum, vexet, compellat seu molestet, et facta in contrarium ad statum pristinum reducat libere et sine custu.

Item, produxit alias literas regias per dominum nostrum regem ultimo deffunctum concessas, datas Parisius mense octobris, anno Domini M° IIIIc VIII° et regni sui XXIX°, in quibus incorporantur dicte litere regie dicti domini regis Philipi; deinde subjunguntur verba sequentia : *Quas quidem literas et contenta in eis, nos ratas et gratas firmaque et grata habentes, eas et ea volumus, laudamus et in perpetuum* ||||||||||||| *de nostra auctoritate et de speciali gratia tenore presentium confirmamus etc.* Que quidem litere sunt cum cera viridi in filis sericis sigillate.

Hec presentis inquisitionis per dominum commissarium subrogatum, in ea nominatum, facte copia et precedentia omnia, in presentibus decem et novem foliis papiri contenta, fuerunt scripta per me, Michaelem Saffontis, loci de Bromio notarium auctoritate regia publicum, superius nominatum, et extracta ab originali penes me existenti. In quorum fidem ego idem notarius hic subscripsi et solito meo signo signavi. » (*signet*).

Sans date.

Pierre de S. André rend compte de son enquête aux généraux des finances.

YHUS

« *Reverendissimis et metuendissimis dominis nostris, dominis generalibus consiliariis regiis super facto et regimine omnium financiarum regiarum in patria Lingue Occitane deputatis, vester humilis servitor, Petrus de S. Andrea, procurator regius in senescallia Carcassone et Biterris, me ipsum cum omni promptitudine servicii et honoris offerens.* Noverint vestre metuende dominationes quod nuper, scilicet die XXIIII mensis februarii, anno Domini M° IIII^c^ XXVI°, michi exhibitis et presentatis per partem scindici monasterii Prulhiani, in burgo Carcassone et in domo mee habitationis, quibusdam literis regiis patentibus et apertis cum cera crocea et simplici cauda in pendenti sigillatas, datis Biturris die XXVII^a^ febroarii anno Domini M° IIII^c^ XXV, cum quibus erant annexe et alliguate litere a vestris metuendissimis dominationibus emanate, subrogationem seu subdelegationem meam continentes, date die XII^a^ mensis junii, anno Domini M° IIII° XXVI°; et facta requisitione per dictum sindicum ut ad contenta interinationemque et exequtionem dictarum literarum procedere vellem, easdem literas cum ea qua potui reverencia recepi meque fore paratum obtuli ad faciendam informationem seu inquisitionem fieri mandatam procedere; et mox literas de adjornandos testes quos producere volebat et voluit, concessi ad certam diem tunc futuram in dicto monasterio pro subiciendo locum oculis et melius ac magis veraciter de contentis in dictis literis inquirendo comparituros et facturos quod esset rationis; ad quam diem, intitulatam primam mensis martii, in dicto monasterio etiam applicui et ad dictum monasterium me personaliter transtuli, vocato mecum magistro Michaele Saffontis, notario regio. Ubi cum fui, iterum dictus sindicus me requisivit ut super contentis in dicta mea subdelegatione procederem, producendo testes super hoc adjornatos, quorum juramenta per eos ad Sancta Dei quatuor Evangelia prestita recepi, et deinde super contentis in dictis literis et eciam quibusdam articulis per dictum sindicum, more hujus patrie, que jure scripto regitur, traditis et productis, eosdem testes ad partem et secrete examinavi. Qui deposuerunt ut in singulis eorum depositionibus, inferius insertis, latinis continetur. Per quorum depositiones in effectu reperi quod moniales et religiose mulieres, de quibus in dictis litteris fit mentio, sunt pro majori parte nobiles et de nobili genere extracte; sunt etiam et consueverunt esse immurate, recluse et quodam modo incarcerate infra muros dicti monasterii, in quo necessario habent vivere et mori et nullo modo discedere ab eodem; quod monasterium est situm in diocesi S. Papuli, senescallie Tholosane, et dicte moniales inibi reguntur et regi consueverunt sub cura et sollicitudine fratrum de ordine Predicatorum, scilicet domini prioris Prulhiani et confessorum dictarum monialium religiosarum, que multo ////// et sanctimonialiter in divinis officiis, orationibus et horis canonicis Deo consueverunt famulari, solitarie vivendo, caste et valde honeste et nunquam fuit de earum aliqua aliquod cinistrum per famam publicam vel alias scitum vel auditum. Que quidem moniales retrolapsis temporibus fuerunt sufficienter fundate et dotate per summos pontiffices de benefficiis sex parrochialium ecclesiarum, in dictis testium depositionibus declaratarum, quarum redditus solebant valere antiquitus summam duorum mille librarum tur. et ultra; redditus vero temporales ejusdem mo-

nasterii qui, hodiernis temporibus, valent vi^{c} lib. tur. vel circa, solebant antiquitus plus valere, prout dicti testes constanter asserunt, ymo, quod plus est, reperi per documenta dicti monasterii, coram me producta, quod redditus dicti monasterii, tam spirituales quam temporales, nondum sunt LXXX^{ta} seu quatuor viginti anni elapsi, valebant et valuerunt communiter, tam in blado, vino, peccunia, lana, carnalagio et aliis fructibus et redditibus ac proventibus dicti monasterii, undecim mille lib. tur. et ultra, in uno et eodem anno quo fuit facta generalis refformacio dicti monasterii et summaria aprisia reddituum predictorum; hodiernis vero temporibus, dicti redditus spirituales, deductis et subportatis oneribus, in universo valent summam octingentorum scutorum auri vel circa, aliqui vero ex dictis testibus dicunt quod solum valent octingentas lib. tur. vel circa; dicti autem redditus temporales, ut dictum est, nunc solum modo valent vi^{c} lib. tur. vel circa. Et sic apparet de maxima diminutione reddituum et proventuum jamdictorum, causata et proventa occasione mortalitatum que in hiis partibus proh dolor! sepissime viguerunt; adhicientes ipsi testes quod tanta est dictorum reddituum diminutio, quod dicte sorores moniales, que sunt de presenti numero LXIII, necnon dicti religiosi fratres Predicatores, qui sunt in numero XVI, ac etiam fratres layci gentesque et servitores dicti monasterii, qui sunt in numero quatuor viginti et ultra, ut ex tenore dictarum attestationum et informationum apparet, non habent hodiernis temporibus unde comode vivere possent ex redditibus memoratis, nisi esset agricultura prediorum rusticorum dicti monasterii, quam multum industriose, prudenter et diligenter exercere facit dictus dominus prior modernus; et multominus haberent unde possent dicte moniales reparationes dicti monasterii domorumque suarum et hedifficiorum fieri facere, nisi esset ruralis cultura supradicta. Preterea, reperi per libros compotorum dicti monasterii, a decem annis citra factorum et coram me productorum et per me diligenter visitatorum, quod in fine et per finem cujuslibet compoti predicti, dicte moniales remanebant et remanserunt debitrices in aliquibus pecuniarum summis administratoribus negociorum dicti monasterii et aliquibus earum creditoribus. Ex quibus et ex premissorum consideratione et precipue dicta maxima reddituum diminutione attenta, dicti testes dicunt quod eorum arbitrio, dicte moniales decimam de qua agitur, solvere bono modo non possunt, absque magno earum gravamine, prejudicio atque dampno, ymo est periculum quod ob hoc oporteat eas mendicare, nisi per illustrissimum principem dominum nostrum regem aut vos, metuendissimos dominos, provideatur super hoc de anichilatione seu saltem diminutione congrua et moderatione taxe ipsius decime prelibate, quemadmodum plenius per dictarum informationum tenorem videre fide occulata poterunt eedem metuendissime dominationes, quas conservet Altissimus feliciter, prout obtant que michi earum humili clerico precipiant queque grata... [1]

ORIGINAL : Arch. de l'Aude, H, 365.

---

1. Le document est incomplet.

TABLE & INDEX

